
Liber

419.

N. Inv. 419

Concilium Basiliense
Literae Vniversitatis Cracoviensis ad Concilium et ad ~~varias~~ diversas Academias
Bulla Concilii Lausanensis
Vniversitati Cracoviensi

48

1

Iste liber stat in pignore coram domino Bursario
in duobus libris quos dedit pro libraria [illegible]
[illegible] de libraria eius

[illegible]

Universis

Iohannes Baptista de Roma legum doctor sacri palatii causarum principis Xplorum [illegible]
urbe domini nostri pape capellanus et ipsius sacri palatii apostolici causarum et cause ac partibus infrascriptis ab eodem domino nostro papa auditor specialiter deputa[tus]
universis et singulis dominis abbatibus prioribus prepositis decanis archidiaconis scolasticis cantoribus custodibus thesaurariis canonicis ta[m]
cathedralium quam collegiatarum canonicis parrochialium ecclesiarum rectoribus ac locatenentibus eorundem plebanis viceplebanis capellanis
curatis et non curatis ceterisque presbiteris clericis notariis et tabellionibus publicis quibuscumque per civitatem et diocesim Traiecten[sem]
ac alias ubilibet constitutis illique vel illis ad quem vel ad quos presentes nostre littere pervenerint salutem in domino et nostris hu[jusmodi]
immo verius apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis quod nuper sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Eugenius divina
providentia papa quartus quandam commissionis sive supplicationis cedulam nobis per certum suum cursorem presentari fecit quam nos cum [ea]
qua decuit reverentia recepimus hujusmodi sub tenore Dignetur sanctitas vestra causam et causas quam et quas devotus vester Johan[nes]
Scarlkomis de Prijgels canonicus Traiecten[sis] habet et movet seu habere et movere vult et intendit contra et adversus quendam Fran[ciscum]
Ayenn Ade de Dijck decanum premissorum omnesque alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes de et super canonicatu
et prebenda ecclesie [illegible] quam detinet et occupat et eius occasione earumque emergentibus et incidentibus causis sacri palatii causarum apostolicorum
auditoribus committere audiendam cognoscendam decidendam et fine debito terminandam cum omnibus et singulis suis emergentibus [et] incidentibus
pendentibus et connexis Et cum potestate citandi dictum Franciscum omnesque alios et singulos predictos et in ecclesia citatorum nominata
in Romana curia et extra eam inhibendi ac tociens quotiens opus erit non obstante quod causa et cause hujusmodi non sint [de]
sui de sui natura ad Romanam curiam legitime devolute neque in eadem de jure tractande seu coram [illegible] fine debito dicte commiss[ionis]
sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manu superius hec verba cedule pendentis et omnino dissimilis et diver[sis]
hec verba videlicet De mandato domini nostri pape audiat magister Baptista de Roma citet ut petitur et inhibeat faciat justi[tiam]
Cuiusquidem commissionis sive supplicationis cedule presentationis nobis et per nos ut premittitur facte sumus per hoc [illegible] nobis
Johannes Scarlkomis canonicus Traiecten[sis] principalis in dicta nobis facta et presentata commissione principalis [illegible] coram nobis
personaliter constitutus debitaque instantia requisivit quatenus sibi citationem legitimam [illegible] inhibitionem extra Romanam curiam et ad partes
contra et adversus [illegible] dominum Franciscum Ade de Dijck decanum premissorum adversarium principalem in eadem nobis
facta et presentata commissione adversarium principaliter descriptum omnesque alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes in
et secundum vim formam et tenorem commissionis premisse in forma solita et consueta decernere et concedere dignaremur. Nos
igitur Baptista auditor prefatus attendentes requisitionem hujusmodi fore justam et consonam rationi volentesque in causa et causis
hujusmodi rite et legitime procedere et partibus ipsis facere justicie complementum ut tenemur. Idcirco auctoritate apostolica nobis
hac parte commissa vos omnes et singulos supradictos et vestrum quemlibet in solidum tenore presentium requirimus et monemus p[rimo]
secundo tertio et peremptorie vobisque nihilominus et vestrum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena quam
in vos et vestrum quemlibet canonica monitione premissa ferimus in hiis scriptis si ea que vobis in hac parte committimus et manda[mus]
neglexeritis seu [illegible] contumaciter adimplere distulerits precipimus et mandamus quatenus infra sex dierum spacium post presentat[ionem]
seu notificationem presentium vobis seu alteri vestrum factam et postquam pro parte dicti domini Johannis Scarlkomis principalis vigore[m]
sive super hoc fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus immediate sequentium quorum sex dierum duos pro primo duo[s]
pro secundo et reliquos duos dies vobis universis et singulis supradictis pro tertio et peremptorio termino ac canonica monitione a[ssig]
namus ita tamen quod in hiis exequendis unus vestrum alterum non expectet nec unus pro alio se excuset dictum dominum Franciscum
adversarium principalem omnesque alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes in eorum propriis personis si ipsorum copia[m]
commode habere poteritis alioquin in hospitiis habitationum suarum si ad ea tutus pateat accessus [illegible] parrochiali seu parrochialibus ecclesiis infra quarum
[illegible] Traiecten[sis] et dicte parrochiali seu parrochialibus [illegible] ubi [illegible]

Sacrosta generalis synodus Basilien in spu sancto legittie congre-
gata vniuersalez Ecclesiam representans Ad ppetuam rei memoriam
Quoniam facile labit humana memoria et procliuus est homi cursus
in nouitates ad originem dinoscitur gregis felicitat et votiue dirigendus
maxime ptinere dinoscitur ut vniuersalium gesta Conciliorum sub fidelis ap-
probatoe testimonij ad posteritatis memoriam pandantur et in tot notitia
teneantur Namqz qn sepe casus eueniat quorum similes constat apud antiquos
fuisse decisos Utile quidem est scire quale fuit eorum qui nos precesserunt de
simili re iudicium Et cum plerumqz in rebus dubijs ad vtramqz parte rones pluri-
me adducantur ad tollendas lites ac contentoes oportuna creditur veterum auctoritas
Et que ab antiquo fcm legitur scitorum diffinito prim Sic enim scriptum e Interroga
generatoem pristinam et diligenter inuestiga prauium memoriam Et iterum interroga
prem tuum et dicet tibi maiores tuos et annunciabunt tibi In concilijs ptea
generalibus errores usius sctam fidem p tpe insurgentes reprobantur determinatur
questioes ad fidem catholicam ptinentes Quis denique et qualiter intelligenda
sint diuina madata declarat Et qd illis ppriu est p ea sacri canones
eduntur qui constringentes homin uitas scire ab hominibus dent ut pscripto
eorum manifestius cognitio uel inhibita declinet uel pmissa sectentur hec
aut aliaqz plurima attendentes rem utilez et admodum fructuosaz esse co-
gnoscimus magne Constancien Concilij Synodi que ad extirpatoem scismatis eli-
minatoem heresium et errorum ac reformatoem Ecclesie in capite et in membris
fuisse dignoscitur congregata gesta in vnum de quo nemo ambigere debeat
Ad ppetuam rei memoriam liberi redigi Namqz cum plurima ibidem maxima ne-
gotia et digna memoratu pacta fuerint Quis non illa collaudet ad posteri-
tatis notitiaz recondi ppetuam Quis non opere precium dixerit sciri ab hoibus
fidelibus Quo sctam Constancien synodus cooperante ecclesia catholica que p
xxxx fere annos horrendo scismate diuisa fuerat ad pfectam vnitatem
pacis rediit felicis recordatois ppe Martino ppa v° ad summi apice aplatus
assumpto Quis determinatoes ac decreta illius Concilij pro declaratoe
auctoris vlis ecclesie et generalium Consiliorum eandem representantium pro extirpa-
tone pdicti scismatis pro eliminatoe heresium et errorum ac pro reformatoe
ecclesie in capite et in membris et ita non libenter audire et cognoscere uelit
Nempe nos magnam atqz euidentez utilitatem ex cognitoe gestorum illius sce
Synodi resultare prospicientes ac volentes saluti publice et oibus consule-
re comodis decreta ibidem facta ex actis eiusdem Concilij extrahi colligi et
fideliter conscribi Bulla quoqz seu plumbo huius sce Synodi Basilien comu-
niri adhibitis singulis ad id necessarijs uoluimus et madauimus Ad
cuius opis consumatoez dilectissimos Ludouicum tt sce Susanne et Johm
tt sci Calixti sce Romane ecclesie presbiteros Cardinales venerabiles Vil-
lelmum Vercellen et Thoma Duntalden Epos necnon dilectos filios ecclesie
Thoma de Corcellis et Martinum Bonifilij in Theologia Magistros et Johm
de Bachasten Archidiaconum Zagrabien Decretorum Doctorem ordinauimus et de-
putauimus Qui pt ac commissionem nrem instito tpe diligenti cura vacantes iuxta
nrm mandatum extraxerit et collegerunt ac fideliter conscribi fecerunt decreta
et gesta nonnulla pfati Constan Concilij in vnum redigentes uolumen
quorum tenores sequuntur et sunt tales

Acta generalis sacri
Constan Concilij

In nomine sancte et individue trinitatis. Hic liber continet ordinaciones statuta
constituciones decreta et alia acta et gesta in sacro generali concilio Co-
stan. presidente in xpo sanctissimo in xpo patre et domino nostro domino Johanne divina
providencia papa 23. recollecta visa et ordinata per nos prothonotarios nostros
et scribas infrascriptos ad id per eundem dominum nostrum papam ipso approbante con-
cilio deputatos sub anno domini indicione pontificatu mensibus et diebus
infra annotatis

Introitus pape Jo 23 ad Constanciam

In nomine domini nostri Jhesu Xpi Amen. Anno a nativitate domini 1414 Indicione 7 die lune
5 mensis Novembris pontificatus sanctissimi in xpo patris et domini nostri domini
Johannis divina providencia pape 23 anno 5. prefatus sanctissimus dominus noster papa qui
alias continuando generale pisanum concilium statuerat ipsum concilium iterum convo-
candum ad hanc civitatem Constanciam. quam civitatem die dominica 28 mensis
Octobris proxime decursi sollempniter et honorifice intravit et ita convocavit
ad primam diem huius mensis ut patet per suas litteras apostolicas de quibus infra in
sessione dicta 16 huius mensis fit mencio. Sed propter celebritatem festi omnium
sanctorum et commemoracionis defunctorum ad diem sabbati 3am. Et deinde ipsam
3am ex certis causis distulit ad hanc diem qua ipsa tamen die omnium sanctorum
dominus idem dominus noster missarum solempnia celebravit, in qua ipsa sermone facto sermo
ad clerum per egregium decretorum doctorem dominum Jo. Polini per reverendum in
xpo patrem et dominum fratrem sanctorum Cosme et Damiani diaconum cardinalem
lecta fuit ordinacio huius tenoris videlicet

Ad laudem omnipotentis dei et incrementum status tranquillitatis et pacis universalis
ecclesie sancte dei. Cum sanctissimus dominus noster dominus Jo. divina providencia papa 23. paterna pietate
respiciens in civitate Lauden. ydus decembris pontificatus sui anno 4o. continu-
ando sacrum pisanum concilium super reformacione status eiusdem ecclesie de
venerabilium fratrum suorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio indixerit iterum
generale concilium huiusmodi celebrandum in hac civitate Constan provincie
Maguntinen in primo kalendas novembris inchoandum, ipsum pisanum concilium rursus
continuaturus intimavit de eorum fratrum consilio quod intrabit dictum futurum
Constan concilium deo favente die sabbati tercia proxime futura in hac ecclesia
Constan kalendas novembris pontificatus eiusdem domini nostri anno 5o

Inchoacio sacri Concilij

Item dominus noster ipsa die 5 pro felici inchoacione dicti concilij premissa solempni
processione astantibus tam in mitris et habitibus pontificalibus tam reverendorum
dominorum cardinalium quam archiepiscoporum episcoporum electorum abbatum et aliorum
prelatorum cetu copioso missam de sancto spiritu in ecclesia Constan solempniter
celebravit. et per religiosum virum fratrem Jo. de Vercellis sacre theologie
magistrum priorem prioratus de Ymmonto Bellicen. dioc. procuratorem ordinis
Cluniacen. pronunciatus est sermo ad clerum pertinens ad materiam. et reverendus
pater dominus frater sanctorum Cosme et Damiani cardinalis predictus ex pulpito ligneo
quem ascendit hec verba alta et pro intelligibili voce protulit. Sanctissimus
dominus noster papa sacro approbante concilio statuit sessionem tenendam die veneris
16 huius mensis. de et super quibus omnibus et singulis magister Jo. de Scribanis
procurator fiscalis alta et intelligibili voce prothonotarios domini nostri clericos et notarios
camere apostolice peciit fieri publicum et publica instrumentum ad perpetuam rei memoriam

Sessio pma

Die vener' xvi die mesis Novebr' anno Indicõe pont' quibus sup' Sacra
et uli synodo in ecclia Constan' presiden' pfato dno nro ppa solempniter
congregata celebrataq; missa de sancto spu p Reuerem in xo prem
et d. d. Jordanũ Epm Albanen scte romane ecclie Cardinalez de Vrsis
wlgariter nuncupatũ. Cantatisq; letanijs et alijs deuotis ozonibus
porrectis ad deu Idem dns nr ppa inchoans ueritatẽ diligere. zacha
viij c. et adductis auctes noui et ueteris testi allocutus e synodum exhor
tans omnes ad meditandũ et solert insistendũ sup ordinandis hijs que ad
ecclie pacẽ et statu ptinent Quo sermone pfecto Reuerendi in xo p. d. ff
scorũ Cosme et D. Cardinalis floren wlgarit' nuncupat' astans in tha
lamo eminenti ubi d. nr sedebat alta et intelligibili uoce legit cedulã
sequentem videl3

Joh Epus servus servorũ di Ad futuram rei memoriam Intendentes ad
executionẽ eorũ que p felicis recordationis Allexandrũ ppam quitũ predecessore
nrm in concilio pisano fuerunt decretata circa conuocationẽ concilij ge
neral' iterũ faciendam alias pñs concilium conuocauim' p lras nras
quarũ tenorez hic duxim' inserendũ Jo Epus servus servoz dei ad
futuram rei memoriam ad pacem et exaltationẽ ecclie dei et tranquillitatem
xpiani ppli prompto corde et efficaci desiderio intendentes ea libent' or
dinam' et querim' p que huioz pax et exaltatio tranquillitatis merito
ualeat pmoueri Dudũ siquidẽ ff. re. Allexand' ppa predecessor nr sacro
concilio pisano tunc psiden' ex quibusdã negocijs arduis et magnis
causis eundem mouentib' ipo approbante concilio inter cetera decreuit
iterũ gnale concilium extunc ad triennium pñs uel successore suũ in lo
co de quo sibi uel eidem successori suo uideretur fore solempnit' conuocandũ
Idemq; predecessor ea que circa reformationẽ ecclie expedienda restabant
protunc suspendit ipmq; Concilium usq; ad tpus triennium prefatum con
tinuandũ statuit et prorogauit Postmodũ uero ipo Allexandro predecessore
nro sicut deo placuit uita functo Nobisq; diuina fauente clementia ad
apice summi aplat' assumptis cum tpus triennij iam adueneat et nos
per uestigia eiusdez predecessoris incedere et ordinationẽ pfatam ab eo
in concilio factam ut pfertur puro corde et a uoluntate adimplere
peraim' quibusdã rõnibus tunc expressis animum nrm mouentib'
Concilium huioz in romana urbe que paulo de manib' hostium re
cuperata prouinciam maxime pro eius conseruatione plurimum fatigabat
debito tpre conuocauim' Verũ quia veniente tpre statuto plati
et ceteri qui huioz concilio interesse debebat nequaq; in tanto nũo
conuenerẽt qm rez agendarũ pondus et magnitudo requirere vi
debatur Nos plias prorogationes p nos factas tandez concilium ipz
ad mensez decembr' nunc presentem solempnit' prorogauim' celebrandũ
statuim' Nolum aut' infra certũ tpus relinquim' declarandũ ut interim sup
pmissis tam in xpo filij nri Sigismundi electi in regẽ Romanoz et Hungar'
regis illustris instantissime requisiti ut non pperarem' in declaratõe

huius loci pro concilio faciendo / sed tam in declaratione loci predicti / quam etiam
in tempore dicti concilii supersedere vellem donec ipse nuntios suos sup
hoc instructos ad nostram pntiam destinaret Nos votis eiusdem regis
que ex zelo devotionis et puritate fidei emanare conspiciebamus / annu-
entes adventum prefatorum nuntiorum qui de ven fratrum nostrorum cardinalium
sancte romane ecclesie et prelatorum / qui rome in generali consistorio ad
hoc vocati fuerunt voluntate concilii rasspit duximus expectandum / Deinde
cum post romane urbis miserabilem casum / ad nos tunc apud flore
ciam existentes eiusdem regis nuntii accessissent / et ex pte eiusdem regis mit
ta no cta materiam suggessissent / eorum auditis relatibus pro pleiori
expeditione dilectos filios nostros / Anthonium ti sancte cecilie pbrm
et ff sctorum Cosme et damiani diaconum scte Romane ecclesie cardina
les cu plena ptate sup huiusmodi electione sua loci et deputatione temporis ac sil
cu eis dilectum ecclesie filium nrm videlicet nobilem virum Michaelem chrisolare
milite Constantinopolitan / ad pntiam eiusdem regis transmisimus qui
ad eum venientes / concilio et assensu civitatem Constan Maguntinen
provincie pro loco huiusmodi concilii celebrandi concorditer elegerunt ac
tempus ad initiandum huiusmodi concilium statuerunt / diem pma mensis Novebr
proxime venturi / Deinde vero nos pro quibusdam arduis et magnis
negotiis cum eodem rege iuxta nrm et ipsius desiderium psonaliter
convenientes / certificati ab eo de habilitate et securitate civitatis
Constan antedicte / quam securitate ipse rex se prestaturum et in ipso co
cilio psonaliter affuturum pollicetur volentes et ab intimis cupien
ut prefata celebratio concilii salubriter impleatur / et optatum con-
sequatur effectum huiusmodi electionem loci et temporis ut prefertur factam
/ auctoritate aplica tenore pntium de eorundem fratrum concilio et assensu
ratificamus et approbamus ac confirmamus / et ei aplici roboris adicimus
firmitatem / Prefatum quoque concilium in civitate Constan pdicta pma die
Novembris proxime venturi initiandum et auctore dno exinde celebrandum
/ tandem auctoritate et assensu harum serie statuimus pronunciamus et decer
nimus ven fres nros patriarchas Archiepos Epos ac dilectos filios
Abbates ac ceteros ecclesiarum et monasteriorum prelatos hortantes
ac monentes ac in virtute prestiti iuramenti et sancte eiusdem obedien
mandantes / quatenus personaliter necnon carissimos in xpo reges et Nobiles
viros principes duces Marchiones / et alios / qui huiusmodi concilio inter
esse debent vel qui interesse pnt quoquomodo / per viscera caritatis dni
nri ihu xpi invitantes et exhortantes quatinus pro pace ecclesie
et omnium xpianorum etiam personaliter vel si psonaliter non pnt per sol-
lemnes oratores congruo tempore concilio dicto debeant interesse
Et sic congregata multitudine fidelium copiosa / eadem que in eodem
concilio agenda incumbunt / deo auctore et adiutore salubriter
ordinentur / Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nre rati
ficationis approbationis confirmationis pronunciationis et decreta
infringere vel ei ausu temerario contraire Siquis autem hoc
attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum

Petri et pauli apostolorum eius se nouit incursurum Dat laude iiii idus decem
bris pontificatus nostri anno quinto / subsequenter cum venerabilibus fratribus nostris sancte Ro
mane ecclesie Cardinalibus a nostra curia ad hanc ciuitatem Constanciensem venimus
tempore constituto et nunc per dei graciam hic existentes cum huius sacri synodi
concilio intendimus insistere ad pacem et exaltacionem et reformacionem
ecclesie ac tranquillitatem populi christiani Et quia in hac re tam ardua non
est propriis viribus aliquid presumendum / sed dei adiutorio confidendum
Ideo auxilio diuino inchoantes hoc sacro ypbaute Concilio ordi
nauimus quod hac prima die specialis missa ad hoc constituta dicetur / sicuti per
dei graciam nunc celebrata est / quam eciam missam statuimus in hac et
singulis aliis ecclesiis Collegiatis secularibus et regularibus huius
semel in ebdomada videlicet feria iiiia hoc sacro durante concilio colle
gialiter celebrari / et ut meam feruencius huiusmodi sacre celebracioni fideles
quo ampliori munere gracie senserint se refectos omnibus vere penite
tibus et confessis videlicet sacerdotibus dictas missas celebrantibus pro
singulis missis vnum annum Interessentibus vero quadraginta dies de iniunct
eis penitenciis in domino relaxamus Ad cuius misse celebracionem
exhortamur venerabiles fratres nostros sancte Romane Ecclesie cardinales
necnon patriarchas Archiepiscopos Episcopos et dilectos filios Abbates cete
rosque sacerdotes constitutos / ut et ipsi ad impetrandum diuinum au
xilium cum deuocione singulis septimanis predictam missam celebrent
semel / quibus celebrantibus et celebracioni interessentibus similes
indulgencias elargimur Exhortamur eciam omnes et singulos qui in christi
nomine gloriantur / ut ad obtinendam optatam consumacionem tante
rei diligenter insistant oracionibus ieiuniis elemosinis et aliis piis
operibus / ut deus ex nostra et ipsorum humilitate placatus / dignetur
huic sacre celebracioni felicem exitum concedere Preterea conside
rantes quod precipuum agendum in concilio secundum laudabiles obseruan
cias antiquorum conciliorum esse debent de hiis / que concernunt katho
licam fidem / quod talia propter summam arduitatem exigant diligenciam temporis
sufficiens ac studium Exhortamur omnes habentes periciam sacrarum
scripturarum / ut diligenter secum et cum aliis illa cogitent / atque tractent
que eis videbuntur ad hanc rem utilia et oportuna / et quamprimum co
mode poterint illa ad nostram et huius sacre Synodi noticiam perducant
/ ut tempore oportuno possint ea determinare que videbuntur comoda
vel repudianda pro utilitate et incremento ipsius catholice fidei et
specialiter contingencia circa nonnullos errores / qui a certis temporibus
dicuntur in nonnullis partibus pullulasse Et maxime circa illas qui
ortum habuerunt seu dicuntur habuisse a quodam Johanne dicto Wiclew
Insuper eciam exhortamur omnes et singulos catholicos hic congregatos
et alios ad hanc sanctam Synodum venturos ut velint diligenter
cogitare et prosequi / et ad nos et eandem sanctam Synodum perducere
/ per que eciam possit et congregacio catholicorum debitam reformacionem

et optata tranquillitate deo unitate perducti. Expediens namque in tractatione et voluntatis
est ut omnes hac de causa congregati cum omnimoda libertate possent dicere
consulere et facere omnia et singula que pro premissis putauerint pertinere.
Ut autem notum sit modus qui in huius sacre synodi processu seruandus est tam
ad ea que dicenda et determinanda erunt quam ecclesiastici comodi ad gestum et morum
et corporum putamus in hoc recurrendum ad obseruantias antiquorum patrum que
maxime colliguntur ex canone Toletani concilii cuius tenorem duximus
hic inserendum.

Tenor decreti Toletani

In loco benedictionis considentes domini sacerdotes nullis debent aut indiscretis vocibus perstrepere aut quibuslibet tumultibus perturbare, nullis etiam falsis fabulis vel risibus
et quod est deterius obstinatis disceptationibus tumultuosas debent voces
effundere. Siquis enim ut ait apostolus putat se religiosum esse non refrenans
linguam suam sed seducens cor suum illa est vana religio. Cultum enim suum
iusticia perdit quando silentium iudicii obstrepantium turbo confundit dicente
propheta. Erit enim cultus iusticie silentium. Debet ergo quicquid aut considentium
consultationibus agitur aut ab accusantium parte proponitur sic mitissima
verborum relatione proferri ut nec contentiosis vocibus sensus audientium conturbent nec iudicii rigorem de tumultu eneruent. Quicunque ergo in
conuentu concilii hec que premissa sunt violanda crediderit et contra hec interdicta
aut tumultu aut contumeliis vel risibus concilium perturbauerit iuxta
legis diuine edictum quo precipitur eice derisorem et exibit cum eo iurgium, cum
omni dedecore de consessione abstractus a communi cetu recedat et trium dierum
excommunicationis sententiam ferat. Et quoniam contingere potest
quod aliqui ex considentibus non erunt de dictis sedibus debite collocati eodem
sacro approbante concilio determinamus pro expressione huiusmodi nulli ecclesie vel
persone preiudicium generet.

Cum vero ad prosecutionem huius concilii requirantur certi ministri et officiales
ideo hoc sacro approbante concilio deputamus infrascriptos videlicet dilectos
filios Argonum de malaspinis loco cuius promotus fuit per ea Bradisinam
pro natione italica fuit electus et appositus dominus Jacobus dodum de
Camera, Paulum de pirraco, Hermannum de Uberlz, Thomam polton, Johannem
de Zompleyo notarios nostros qui videndo omnes scripturas que in eodem
concilio fient curam habeant specialem. Ita quod concordent et ordinate fiant
sicut decens est in omnibus ordinatis in prefato concilio se subscribant.
Necnon dilectos magistros Antonium de Justys Angelum de reate Job de
Restus et Petrum de turrillia prefati concilii notarios et scribas qui si
alteri notariis supradictis. Dilectum et nobilem virum Bertoldum de ursinis
Comitem suanorum et palatinum ipsius concilii custodem. Dilectos filios
magistrum Johannem basse litterarum apostolicarum correctorem Jacobum de campo carum
pallacii nostri auditorem Petrum paulum de Justinopoli Cayetanum Cananatem
decretorum doctores scrutatores votorum quorum duo ex una. Alii vero
ex altera prefati concilii parte vota scrutentur et ad ipsos duo ex
eisdem notariis et duo ex scribis supradictis in votorum scrutatione semper
debeant interesse. Dilectos filios magistrum petrum de Antonaro utriusque iuris

Simone de parusio Jurisconsulto Raphaele de fulgosiis utriusque iuris et
Ardicinum de novaria Jurisconsultis doctores prefati Concilii advocatos
Necnon dilectos filios magistrum Jo de scribanis et henricum de piro dicti
Concilii procuratores et promotores magistrum barontu de pistorio Bartho
lomeum de paulo et Michaelem bolosinis ordinatores debencium sedere
in Concilio supradicto
Lecta itaque cedula et bulla predictis dominus Cardinalis alta voce interrogans
consultatus est Utrum omnia et singula in dicta cedula contenta ipsi
Sinodo placeret Ad cuius interrogacionem omnes et singuli prelati in sinodo
existentes concorditer nemine discrepante responderunt placet Super quibus omnibus
et singulis magistrum Jo de Scribanis petiit fieri prothonotarios pape et notarios
ad hoc deputatos publicum et publica instrumenta ¶ Sequitur sessio
quando dominus noster papa obtulit cessionem sui papatus 2a in ordine
Anno a Nativitate domini 1415 Indictione viii pont. quo supra die vero Mart
ii mensis Marcii fuit celebrata sessio in qua dominus noster celebravit missam
in ecclesia maiori de sancto spiritu qua celebrata fuerunt facte solempnitates
que consueverunt fieri in sessionibus Demum dominus noster sedens in kathedra
ante altare conversus ad Concilium ibidem congregatum legit cedulam
tenoris sequentis per d. Vitale patriarcha Anthiochenum nomine concilii
traditam alta voce incipiendo videlicet Ego Jo papa 23 propter quietem
totius populi xpiani profiteor spondeo promitto iuro et voveo deo et
ecclesie ac huic sacro concilio sponte et libere dare pacem ipsi ecclesie per
viam vite simplicis cessionis papatus et eam facere et adimplere cum
effectu iuxta deliberacionem presentis concilii si et quando petrus de luna Bened
13 et Angelus corrario Greg 12 in suis obedienciis nuncupati papatui
quem pretendunt per se vel procuratores suos legitimos similiter cedat et eciam in quocumque
casu cessionis vel decessus aut alio in quo per meam cessionem poterit dari
unio ecclesie dei ad extirpacionem presentis scismatis Et dum legebat illam
clausam in prescripta cedula spondeo voveo promitto et iuro deo flexit
genua versus altare ponendo manus ad pectus dixit hec verba et ita
promitto servare ¶ Quo facto imperator surgens
de sua kathedra regraciatus fuit eidem domino nostro et nomine Concilii et fuit
flectendo genua deponendo Coronam et osculando pedem eiusdem domini
nostri Et eciam dominus patriarcha fuit regraciatus eiusdem nomine concilii
Post hec cantores inceperunt cantare Te deum laudamus Et procurator concilii
Jo de scribanis petiit nomine Concilii confici publicum instrumentum a pro
thonotariis et Notariis ac scribis apostolice sedis
¶ Prima Sessio post recessum pape et 3a in ordine
Die lune 26 mensis Marcii supradicti fuit sessio generalis in qua presidebat
dominus petrus Cardinalis Cameracensis tituli sancti Crisogoni presbiteri Cardinalis
qui dixit officium misse et in qua Rex romanorum in habitu imperiali fuit cum
suis nobilibus prout decuit regem Romanorum Qui regi assistebat dominus ff

Cardinalis florentinus diaconus cardinalis sanctorum Cosme et damiani. In qua sessione
quidem missa cantata fuit de domina nostra de annunciacione facta fuit officium
letaniarum cum introitu Exaudi nos domine quoniam benigna est et collecta pro
pace Subsequenter dominus flo. cardinalis iuxta deliberationem sancte synodi
pronunciavit certos articulos sive constituciones servatas ad perpetuam
rei memoriam quorum tenores sequuntur

Ad honorem laudem et gloriam sanctissime trinitatis patris et filii et spiritussancti
pacemque hominibus in terris bone voluntatis divinitus promissam in dei ecclesiam
consequendam Hec sancta Synodus sacrum generale concilium Constan. nun-
cupata pro reformatione et unione ecclesie predicte in capite et in membris
fienda in spiritu sancto legitime congregata determinat declarat diffinit et ordinat

¶ Et primo quod ipsa Synodus fuit et est rite et iuste [illegible] ut sequitur
convocata ad hunc locum civitatis Constan. et sic recte et rite inchoata

¶ Item quod per recessum domini nostri pape de hoc loco Constan. et [illegible] et celebrata
etiam per recessum aliorum prelatorum seu aliorum quorumcumque non est dissolutum
hoc sacrum concilium sed remanet in sua integritate et auctoritate etiam
si que ordinationes facte essent in contrarium vel fierent in futurum

¶ Item quod istud sacrum concilium non debet dissolvi nec dissolvitur usque ad per-
fectam extirpationem presentis scismatis et quousque sit ecclesia reformata
in fide et moribus in capite et membris

¶ Item quod ipsum sacrum concilium non transferatur ad aliud locum nisi ex causa
rationabili et de consilio huius concilii deliberanda et concludenda

¶ Item quod prelati et alii qui debent interesse huic concilio non recedant de hoc
loco ante finitum concilium nisi ex causa rationabili examinanda per deputandos
seu deputandos ab hoc sacro concilio qua causa examinata et approbata possint
recedere cum licentia huius vel illorum qui habent ut habent auctoritatem et tunc re-
cedens dimittere potestatem suam aliis remanentibus sub pena iuris et
aliis per hoc sacrum concilium indicendis et eius sanctionis exequendis Et sic
hiis autem articulis lectis et approbatis per cardinales et concilium magister
henricus de piro procurator et promotor nomine tocius concilii et imperatoris
petiit instrumentum ¶ Quarta sessio in ordine in qua fuerunt 200 pre.

Die sabbati penultima mensis Marcii supradicti fuit sessio generalis in ecclesia
cathedrali Constanciensi predicta in qua fuerunt quasi 200 pre. ut creditur et fuit
ibidem factum officium de sancto spiritu cuius officii missam celebravit dominus
patriarcha Anthiochenus In qua sessione fuit Romanorum rex in habitu et
insigniis ad regem Romanorum spectantibus Et cardinalis flo. pronunciavit
articulos et constituciones sequentes

Et primo quod ipsa Synodus in spiritu sancto legitime congregata generale concilium
faciens ecclesiam catholicam militantem potestatem representans a Christo immediate habet cui
quilibet cuiuscumque status vel dignitatis etiam si papalis existat obedire
tenetur in hiis que pertinent ad fidem et ad extirpationem dicti scismatis

Item quod sanctissimus dominus papa Jo. 23 Romanam curiam et officia publica

illius seu illorum officiariorum de hac civitate Constan ad aliud locum non mittet transferat seu personas dictorum officiariorum ad sequendum eum directe vel indirecte cogat sine deliberacione et consensu ipsius sancte Synodi et hoc quo ad illos officiarios et illa officia per quorum absenciam concilium vis[i]bil[ite]r dissolveret seu lederet Et si contrarium fecisset seu faceret infuturum aut aliquos processus seu mandata contra dictos officiarios vel alios quoscumque huic concilio adherentes eciam censuras ecclesiasticas aut penas alias quascumque continentes ut ipsum sequerentur fulminasset fulminaret seu fulminavit totum sit irritum et inane nec eisdem processsibus censuris et penis tamquam irritis et inanibus quoquomodo obediendum fore et ea et eos irritat quinymo dicti officiarii in dicta civitate Const suis officiis utantur et illa exerceant libere et prout quamdiu ipsa sacra Synodus in eadem civitate celebrabitur

Item quod omnes et singule translaciones prelatorum necnon privaciones eorum aut aliorum beneficiatorum quorumcumque commendarum aut donacionum revocaciones moniciones censure eciam processus sive acta et gesta agenda gerenda et fienda per prefatum dominum nostrum aut suos officiarios aut commissarios in lesione Concilii seu adherencium ad idem a tempore sui recessus contra adherentes huic sacro Concilio vel existentes in eodem aut ipsorum preiudicium seu aliorum eorundem quoquomodo ipsis invitis facta aut fienda facti vel facte faciendi vel faciende ipso iure sint nulla et cassa irrita et inania ac casse irrite et inanes ac nullius roboris vel momenti et sancta synodus ea cassat irritat et annullat

Item fuit declaratum et conclusum quod pro qualibet nacione eligantur .3. qui cognoscant de causis recedere volencium et penis recedencium sine licencia infligendis

Item pro bono unionis non creentur novi Cardinales et ne fraude vel dolo dicantur facti dudum Cardinales aliqui declarat concilium sacrum pro non cardinalibus haberi qui non erant Cardinales publice reputati et tenti in recessu eiusdem domini nostri a civitate Constan

Quibus lectis et approbatis per generalem Synodum Henricus de piro promotor Concilii petiit fieri a notariis Concilii et eorum quolibet ipsius concilii nomine Instrumentum et instrumenta presentibus ibidem illustribus principibus Friderico Burgravio Nurenburgen Rodulpho duce Saxonie Comite de Swartzeburg Magistro Curie regis Romanorum Comite Bertoldo de Ursinis Ambasiatoribus regis Francie Anglie Polonie Norwegie Cipri aliisque plurimis in multitudine copiosa

Sessio Quinta

Die Sabbati 6a mensis Aprilis Anno a nati domini 1415 Indictione viii fuit sessio generalis in ~~ecclia~~ kathedrali Constan deputata

in qua fuit serenissimus rex Romanorum prefatus in veste imperiali cum nobilibus
suis ministrantibus sibi in insigniis. in qua sessione inter alios Cardinales
ibidem existentes presidebat concilio dominus Jordanus Episcopus Albanensis Cardinalis
de Ursinis et cantabatur missa de domina nostra per dominum Raynaldum Archiepiscopum
p[ri]ma Remensem. fueruntque pronunctiati articuli et constituciones per Reverendum patrem
dominum Andream laskarii electum Poznaniensem
In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Hec sancta synodus
Constanciensis generale concilium faciens pro extirpacione presentis scismatis
et reformacione ecclesie dei in capite et in membris. Ad laudem omnipotentis
dei in spiritu sancto legittime congregata ad consequendum facilius liberius
unionem et reformacionem ecclesie dei ordinat diffinit determinat et declarat
In sp[irit]u ut sequitur. Et primo declarat quod ipsa in spiritu sancto legittime congregata concilium
generale faciens et ecclesiam catholicam representans potestatem a Christo immediate habet
cui quilibet cuiuscunque status vel dignitatis eciam si papalis existat obedire
tenetur in hiis que pertinent ad fidem et extirpacionem dicti scismatis et re-
formacionem ecclesie in capite et in membris. Item declarat quod quicunque
cuiuscunque condicionis status dignitatis eciam si papalis qui mandatis
seu statutis ordinacionibus aut preceptis huius sacre synodi et cuiuscunque
alterius Concilii generalis legittime congregati super premissis seu ad ea
pertinentibus factis vel faciendis obedire contumaciter contempserit
nisi resipuerit condigne penitencie subiciatur et debite puniatur eciam ad alia
iuris subsidia si opus fuerit recurrendo
Item diffinit et ordinat dicta sancta Synodus quod dominus noster Johannes papa 23 Roma-
nam curiam et officia publica illius vel eorum officiarios de hac
civitate Constanciensi non mutet ad aliud locum seu transferat seu personas
dictorum officiorum ad sequendum directe vel indirecte cogat sine deliberacione
et consensu ipsius sancte Synodi et si contrarium fecisset seu faceret
in futurum aut aliquos processus aut mandata contra dictos officiarios
aut alios quoscunque huic sacro Concilio adherentes et censuras ecclesiasticas
aut alias penas quascunque continentes ut ipsum sequantur fulminasset
fulminaret vel fulminavit totum id sit irritum et inane nec eisdem
processibus censuris et penis tamquam irritis et inanibus obediendum fore
quinymmo dicti officiarii in dicta civitate Constanciensi sua officia exerceant
et illa exerceant libere ut prius quamdiu ipsa sancta Synodus in dicta civitate
celebrabitur
Item ordinat et diffinit quod omnes et singule translaciones prelatorum necnon privaciones
eorundem aut aliorum beneficiatorum officialium administratorum quorumcunque
commendarum ac donacionum revocaciones moniciones censure ecclesiastice
processus sentencie et quecunque acta gesta gerenda agenda et fienda
per prefatum dominum Johannem papam aut suos officiarios et commissarios in lesionem
dicti concilii seu adherencium eidem a tempore inchoacionis dicti Concilii quod
adherentes huic sacro concilio vel existentes in eodem seu in ipsorum aut

alicui eorum preiudicium quolibet ipsis invitis facta vel fienda facte
vel facti faciende vel faciendi auctoritate huius sacri concilii ipso facto
sint nulla cassa irrita et inania casse irrite et inanes ac nullius
roboris vel momenti et eas auctoritate cassat irritat et annullat
Item declarat quod dominus Johannes papa et omnes prelati et alii ad hoc generale concilium
vocati et alii in eodem concilio existentes in plenaria libertate fuerunt
et existunt ut visum dicto sacro concilio nec ad noticiam dictorum vocatorum
seu dicti concilii contrarium deductum est et hoc testificatur dictum sacrum concilium
coram deo et hominibus
Quibus articulis seu constitucionibus lectis dictum concilium eos et eas
uniformiter approbavit et conclusit Super quibus Henricus de piro procurator
et promotor ipsius concilii nomine petiit instrumentum Presentibus ibidem illustribus
et magnificis viris Rudolpho duce Saxonie Hermanno comite de
Mocziln Philippo comite magistro de Vrtz et ceteris nobilibus et ambasiatoribus
regum et principum universitatum studiorum seu civitatum in multitudine copiosa

Sessio sexta

Die xvij mensis aprilis supradicti fuit sessio generalis in ecclesia kathedrali
Constanciensi supradicta in qua primo iuxta morem retroactarum aliarum sessionum fuit celebratum
officium misse de spiritu sancto per reverendum patrem dominum Nicolaum Archiepiscopum Gneznensem et cantate letanie
et orationes more aliarum sessionum cum ewangelio Ego sum pastor bonus In qua
sessione fuit rex Romanorum in insigniis regalibus cui assistebat dominus Jordanus
de Ursinis et Angelus Landensis Episcopus Cardinales Et eidem sessioni presidebat
protunc Reverendus pater dominus Johannes Episcopus Hostiensis vitellarum Cardinalis vivariensis
Et ascendit ambonem in quo publicari solent constituciones et alia que
aguntur in concilio Reverendus pater Episcopus Atrebatensis pro natione gallicana Archiepiscopus
Rigensis pro natione germanica Hiszrensis pro natione anglicana et Abbas
florentinus pro natione ytalica et de mandato concilii fuerunt pronunciati articuli
sequentes per dictum dominum Atrebatensem
In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen Hec sancta Constanciensis
synodus Concilium generale faciens et ecclesiam catholicam representans in spiritu
sancto legitime congregata Ad consequendum facilius pacem et unionem ecclesie
dei decrevit declarat ordinat statuit diffinit ut sequitur
Et primo decrevit declarat procuratorium super renunciatione papatus faciendum
per dominum Johannem papam 23 per quatuor naciones huius sacri concilii deliberatum ordinatum
esse bonum utile et expediens pro unione sancte matris ecclesie
Item decrevit declarat quod dictus dominus Johannes papa 23 tenetur dare et facere dictum procuratorium
ad cedendum papatum pro bono unionis et pacis ecclesie iuxta formam ce-
dule per ipsum oblate cuius procuratorii forma sequitur in hunc modum

Procuratorium dandum per Johannem papam 23 decretum per concilium

Nos Johannes etc Pridem ad laudem omnipotentis dei pacem et quietem totius populi christiani
unitatemque consumacionem ac extirpacionem presentis scismatis generali applicate

Concilio viam cessionis papatus libere obtulimus Iclamque per nos fiendam cum
effectu promissione voto et iuramento firmavimus sicut in quadam cedula per
nos in sacro concilio lecta latius continetur et est talis Ego Johannes papa xxiij pro
quiete totius populi christiani profiteor et spondeo et promitto et iuro deo et
huic ecclesie ac huic sacro concilio sponte et libere dare pacem ecclesie
per viam simplicis cessionis papatus et eam facere et adimplere cum effectu iuxta
deliberacionem presentis Concilii et quando petrus de luna benedictus xiij et Angelus de
corrario Gregorius xij in suis obedienciis nuncupati papatui quem pretendunt per
se vel per suos procuratores legitimos simili cedant Et eciam in quocumque casu cessionis
vel decessus eorum aut alio in quo per meam cessionem poterit unio dari
ecclesie dei ad extirpacionem presentis scismatis Ne autem prouentus tanti
boni quibuscumque sinistris casibus impediri valeat aut modo quolibet
retractari sed expedito desideratum sortiatur effectum quod desiderium
nostrorum maximum est ad dictam cessionem et renunciacionem faciendam in
omni casu in dicta cedula prefate obligacionis nostre comprehenso procuratores
nostros et nuncios speciales in plenaria libertate et securitate constituti
sponte et ex nostra mera libertate constituimus et ordinamus talis et tales
Et ex ipsis quoslibet duos ipsisque ex eis quibuscumque duobus cedendi et
renunciandi nostro nomine cuicumque pro nunc papatum concedimus omnimodam auctoritatem et
facultatem et potestatem Ita quod occupantis condicio melior non existat per
occupacionem aliorum potestas impediatur Sed duo quicumque ex dictis procuratoribus
sive constitutis sive aliis contradicentibus ignorantibus et irrequisitis
et eciam non presentibus et cessionem personalem facere volentibus vel quod per
de constitucione procur. 4 alios quam per nos renunciacio fiet quolibet contradicentibus tali eorum pro
curio possint valeant et debeant ipsius renunciacionis actum expedire
pacifice et excusat contradicentes pacto et contractu irrevocabilibus cum
sancta universali ecclesia et sacro Constanciensi concilio ipsam universalem ecclesiam represen
tante promittentes voventes et iurantes deo et ecclesie et sacro concilio
quod dictos procuratores aut eorum aliquem et potestatem illis concessam modo premisso
ex quavis causa aut causa orta vel oritura Ite in iure expressa et preter
quam causam vel causas procuratores constitutos revocatur tacite vel expresse re
vocari potest vel possit directe vel indirecte revocabimus nec ipsum procuratorium
forma aut per eos constituendorum aut constitutorum impugnabimus nec quippiam
procuratores aut procuratores constitutas quoque de iure vel de facto in iudicio
vel extra exceptionem. Quinimmo non diximus aut fecimus nec dicemus aut faciemus
in futurum vel impediemus directe vel indirecte quominus dicti procuratores potestate
sibi data iuxta in eodem procuratorio iuxta eius tenorem libere uti possint et
valeant denunciantes expresse omnibus exceptionibus vel iuribus que
nobis competere possent de iure vel de facto in presenti vel in futuro revo
cacionem anullacionem invalidacionem procuratorum et procuratorum huiusmodi
Quascumque exceptiones et iura volumus in hac parte aliqualiter nobis suffragari

Et huioi constitucom et forma pcuratoy necno renuttiatom p duos ex
ex eis ut premittit' fiend' valere volum' et statuim' no obstantib' quibus-
cuq excoiis suspensionis et alys inhibitois Sentencys a iure vel ab alio
quocuq in eos vel eoz aliquem quacuq auctte vel causa pmulgatis
seu promulgand' quibus forsan mac ut tpre cessionis et renuttiatois
huius seu intim pcures huioi seu aliqui sit vel erunt ligati quos
et quoz quemlibet quo ad huioi procura recipiend' et pdictam renuttiatoz
faciend' absoluim' et habilitam' pntes Non obstan' et alys quibus
quibuscuq volen q renuttio huius p eos fienda p in valeat ac si ces-
sionem huioi psonalit fecissem' Et supplentes ex de plenitu' ptatis aplice
omnes defectus in hac nra constitutoe pcuratoz si qui intervenint Ita
q huioi procures p quascuq clas etiam curatura ostitucoi pcurs
in ea exprss' ipi et eius effectui nocuas aut inutiles seu in ipo utiles
et necias sed deffitien' cuiuscuq tenoris ut effect' existat nequeut quo-
quomodo impugn Sed firmu et valid in omib' et p oia existat ac si
in eo clae utie vel utiles existent expresse. qd qd pcure quo ad
totalem eius effectu firmu et valid volum' remanere Sed quo
ad clas huioi remanaccies que erunt q nam constitutois pcuratoz posite
que sint apposite Nos ex certa scia omi via et mo quib' melius
possum' promittim' iuram' et obligam' deo et ecclie ac deo concilio
declarantes et statuentes ex sup habundanti ipa iura in quem volum'
concedat aut faciet procuraz vel pcures ex certis causis ut ab revo-
cari posse seu irrevocabiliter constitui Ea q' ad causz pntez expsse
et ex certa nra scia cu hoc agat de statu vlie ecclie et pace ac uti-
litate publica totius xpianitatis Volumq loci no hre nec pindictum
aliquod afferre. nec nos p pmissam pcury constitucoz ab obliga-
tone qua fuim' astricti ad renuttiatom ppat' facte iux deliberatom
sacri Concilii in quocuq tam obligatoie nre cedula cophensa quolz
volum' libari Quinymo illaz in sua integritate robore et firmitate
psistere et pmane quousq p cessiom p decessiom huioi aut aliud
tamz quecuq in pdca cedula nre obligatoie cophensa vmo pfcu
fuit in ecclia scita dei Et si quouismodo contigit huioi pcuriu
aut pcures revocare etiam cu adiectoe harz dictoium videlz de fratz
niroz sancte Rome ecclie Cardinalium consilio et assu seu ipm pcuriu
seu pcures invalidare impugnare aut annullare seu qtpm pcuriu ut
procures de iure vel de facto et ex quacuq cu vel actoe extipe seu
ipos pcures directe vel indirecte quomo iux tenore ipius pcury
ptate auctte et facultate sibi data uti valeat possint et declae
impedire in omib' casib' et singulis pdcis ex nunc prout extunc ipe
ppatui cedim' et renuttiam' ipso facto et deinceps pro no ppa haberi

ab omnibus xpifidelibus volumus penitus et decernimus absolvimus exnunc
a juramento fidelitatis et obediencie debito ligamine omnes et singulos dicte
Romane ecclesie Cardinales nec non patriarchas Archiepiscopos Episcopos platos
ac nostros et sedis apostolice officiales ac eciam nostros familiares et officiales
Romane curie et quoscumque alios ecclesie fideles ecclesiasticos et seculares
cuiuscumque status gradus vel condicionis existat. ac eciam totum populum
xpianum. quos eciam tenore presencium absolvimus Et ultra premissa pro
mittimus ratum et gratum quicquid per dictos procuratores aut eorum duos actum
factum gestum ve fuerit in premissis seu aliquo premissorum firmiter habituri sine
aliqua contradiccione Dat etc

Quod papa constituat in procurio personas infrascriptas

Item decernit ordinat diffinit et declarat quod dominus d N papa in dicto procurio
ad dictam suam renunciacionem preter alios faciendum quos constituere velit co
stituat procuratores suos personas infrascriptas Et primo pro nacione gallica
dnos Theobaldum bisuntinum [illegible] Episcopum ebrahicen Iohannem episcopum Gebonen
magistrum Benedictum Gentiam magistrum in theologia ordinis sancti Benedicti pro
nacione Italica Pileum Archiepiscopum Januen Anthonium Episcopum Concordien Ja
cobum episcopum Adrien Iacobum episcopum tarvisinum pro nacione Anglica
Nicolaum episcopum bathonien Robertum episcopum saresbirien Iohannem episcopum lichfelden
Thomam Abbatem sancte Marie ex muros eboraci ordinis sancti Benedicti
pro nacione germanica Iohannem Archiepiscopum Rigen Iohannem episcopum lithomislen Iohannem
episcopum Ripen Andream electum poznanien omnes constituat et saltem
de qualibet nacione duos Concilium deputat legatos ad requi
rendum papam super procuratorio faciendo

Item deputat dicta sancta synodus ac constituit et ordinat ex parte huius sacri
Concilii suos legatos infrascriptos de dominis Car. Re. p. d. sancti
Marci et Floren Cardinales pro nacione gallica Geraldum episcopum car
cassonen Iohannem datari in theologia Iacobum de [illegible] in medicina magistros pro
nacione Italica Episcopum felcren Albertum sancte Marie de Floren pro nacione
germanica Conradum abbatem [illegible] Lambertum de stipite decretorum
doctores ordinis sancti Benedicti pro nacione Anglica Thomam palthon
prothonotarium sedis apostolice Benedictum de plathca decretorum doctorem ordinis sancti Benedicti
ad dominum d N papam xxiii ad petendum et requirendum ex parte dicti concilii quod
constituat procuratores ad resignandum papatum infra duos dies postquam
fuerit requisitus et procuratorium ad dictam renunciacionem faciendum faciat
et expediat pro bono unionis et pacis ecclesie sub dicta forma et sub bulla

Quod et requirat papam quod veniat Constan

Item decernit et ordinat quod dicti legati ipsum d N papam exhortentur et requi
rant ex parte dicti sacri Concilii ut veniat ad hanc Civitatem Constan
vel ad civitatem Basilien ad tractandum et perficiendum per eum quam in eo est
omnia et singula que expedire videbuntur pro unione et reformacione
ecclesie per hoc sacrum Concilium delibata et delibanda

Item quod dicti legati securitates debitas concepte huiusmodi sacri concilii et dicti serenissimi principis domini Regis Romanorum ipsi Johanni pape porrecte et cum effectu realiter illi offerant atque tradant casu quo tunc premissa ad alterum de dictis locis cum effectu attendat

Item quod dictus dominus Johannes papa promittat et iuret unum de predictis locis eligere infra duos dies post requisitionem sibi hoc eidem faciendo computandos et infra 10 a tempore dicte requisitionis ad locum dictum per eum eligendum attendat / et abinde non recedere sine consensu dicti concilii vel quousque premissa fuerint ad effectum adimpleta Et in casu quo oppositum faceret recedendo sine consensu dicti concilii vel promissa non adimplendo / contra prout exivit consentiat per bullam huiusmodi pro nunc papa etc cum clausulis opportunis Et si non consentiat tunc propter hec et multa alia / procedatur contra eum tamquam contra notorium fautorem huiusmodi scismatis / et suspectum heretice pravitatis / ut fuit conclusum

Item pendentibus istis / supersedeatur de citatione et processu contra ; / et rationis eum faciendum donec super premissis habeatur eius et nostri mo salvus conductus ducis austrie in forma petita / infra horam sessionis diei crastine / que erit Jovis 18 presentis mensis Aprilis pro dictis legatis et Cardinalibus mittendis habeat / et si non habeat infra dictum terminum determinatum citatorium per edictum et alias procedatur contra dictum dominum Johannem papam ut fuit conclusum

Item quod in casu quo dictus dominus Johannes papa pro bono pacis et unionis ecclesie / non adimpleverit cum effectu et dictum sacrum concilium concordaverit cessabitur a citatione et processu / et agetur secum de securitate et provisione status eius cum omni caritate et honestate

Item decernit diffinit declarat et ordinat dicta sancta Synodus quod dominus Cardinalis Ostiensis Sancte Romane ecclesie Vicecancellarius / supplicationes consistoriales de iusticia partibus auditis / et alias ut in talibus in publico consistorio est solitum / signet et expediat quamdiu non steterit procedetur contra eum ut fuit conclusum /

Item in materia fidei contra Johannem Huss citatione huiusmodi sacri concilii procedat Archiepiscopus Ragusinus pro natione Italica / pro natione germanica Episcopus Sleswicensis / magister Ursini de talaranda / pro natione gallica / magister Gy tome / pro natione anglicana sacre pagine magister / contra dictum huss et sectam eius sequentium examinando et in illa procedendo usque ad diffinitivam sententiam inclusive

Item quod supradicti Commissarii videlicet dominorum Cardinalium Cameracensis sancti marci / et florentinus / de processu facto super condempnacione librorum et articulorum tam xl in parisiensi et pragensi quam etiam 2 et 60 in oxoniensi studiis factam necnon super condempnatione memorie Johannis Wyclew ac confirmacionem sententiam latam in concilio Romano / super condempnatione et combustione librorum predicti Johannis Wyclew et relationem super premissis faciat nationibus et huic sacro Concilio quamtotius commode illam facere poterunt

Item decernit dicta Synodus citationem contra Jeronimum de praga de heresi infamatum quoque dictam citationem contra eum exequatur in forma que sequitur

Citacio contra Jeronimum de Praga

Sacrosancta generalis synodus generale concilium faciens in spiritu sancto fidelium con-
gregata, ulterius ecclesiam universalem representans, Jeronimo de Praga qui
se magistrum in artibus quam pluriorum studiorum fore scribit et pretendit,
que recta sunt ad sobrietatem et non amplius sapere quam oportet. Scriptum quoddam
tamquam ex tua persona affixum in portis ecclesie civitatis Constanciensis, alias die
dominica qua cantabatur in ecclesia dei Quasimodo geniti, ad nostram noticiam
noviter pervenisse, in quo tuis obstrectatoribus tuis errores et hereses tibi
obicientibus te asseris publice responsurum, de quibus apud nos
multipliciter infamatus existis et presertim de doctrina Johannis Wikleff
dampnata aliis doctrinis catholice fidei obviantibus, dummodo ad veniendum
tibi salvus et securus conductus prebeatur. Et quia nostrum principalius in-
terest capere vulpeculas que vineam domini Sabaoth conantur demoliri,
dicto persona tua tamquam de multorum doctrina errorum temeraria assertione
suspecta et multipliciter diffamata, revocamus et citamus peremptorie sub tenore
quibus infra terminum xv dierum v pro primo, v pro secundo et reliquos v dies pro
tercio et peremptore termino ac monicione canonica tibi prefigimus et assignamus,
in publica sessione huius sacri concilii, si ipsa die sessio fuerit celebrata,
alias prima die sequenti qua sessionem esse contigerit, comparere, super dicti
tui scripti responsurus ad ea que tibi aliquis vel aliqui in causa fidei velint
obicere, recepturus et facturus in omnibus iusticie complementum, ad quod a
violencia iusticia semper salva omnem salvum conductum nostrum quantum in nobis
est et fides exigit ortodoxa tenore presencium offerimus et eciam plenius assi-
gnamus, certificantes quod sive in dicto termino comparueris sive non, nichilominus
contra te per ipsum sacrum concilium vel eius commissarios vel commissarios lapso
termino supradicto procedetur tua contumacia in aliquo non obstante. Datum
Constancie in sessione concilii generalis, 1 die mensis Aprilis sub sigillis presidencium
quatuor nacionum.

Contra famose libellantes

Item inhibet hec sacra synodus omnibus cuiuscumque status gradus
dignitatis vel condicionis existant ne libellos famosos per se vel per
alium seu alios faciat contra quemcumque in hac civitate Constanciensi, tam
sub pena excommunicacionis quam canonica monicione premissa contra facientes
contrarium fert in hiis scriptis, eciam sub pena carceris quod contra
tales qui in premissis culpabiles seu infamati reperientur procedatur
auctoritate huius sacri concilii, et fuit conclusum.

Item decrevit sancta synodus litteras missivas ad dominos reges principes et
universitates per naciones huius sacri concilii ordinatas et ordinandas
quam citius fieri poterit fore mittendas sub sigillis prelatorum et nacionum.

Post quorum articulorum publicacionem fuit petitum per dominum presidentem
dominos Arelatensem et alios sibi assistentes an placerent, fuit responsum per
omnes nemine discrepante placet approbando, et promotor concilii petiit
instrumentum fieri, domino non recitare, quantum ad articulos eum contingentes, et quod ulterius

Aliaque commissiones d[e] iusticia sed no[n] que contra ius scripta

Septima sessio

Anno a nat[ivitate] d[omi]ni 1415 indictione 8 pontificatus sanctissimi in xpo patris et d[omi]ni n[ost]ri d[omini] Jo[hannis] pape 23 die iouis 2a mensis May fuit sessio g[e]n[er]alis in eccl[es]ia maiori Constan[tiensi] supradicta ad hoc deputata mane hora 3a In qua fuit Serenissimus princeps Sigismundus Romanorum et Hungarie Rex cum suis insignys regalibus et Nobilibus in presencia sibi seruientibus et in qua presidebat R[everendissimus] p[ater] d[ominus] Jo[hannes] Ostien[sis] Cardinal[is] Vivarien[sis] fuit cantata missa de sp[irit]u sancto p[er] R[everendum] p[atrem] d[ominum] archiepiscopum Ragusien[sem] qua cantata legebantur letanie et c[etera] more aliarum sessionum. quibus s[ic] finitis, patres procedendo ad ulteriora R[everendus] pater d[ominus] Pileus Archiepiscopus Jannuen[sis] ad legendum et publicandum que legenda et publicanda erat pro natione ytalica Jo[hannes] Arepus Rigen[sis] pro natione germanica Abbas Patriarcha Anthiochen[us] pro natione gallica Ep[iscop]us s[anc]te Marie extra muros Ebrunen[sis] pro natione Anglica deputati p[er] d[ictas] nationes ascenderunt ambonem et henricus de piro promotor sa[cri] concilij petijt decerni et concedi p[er] ipsam synodum citationem c[ontra] Jo[hannem] papam et eius fautores et c[etera] et ultimo eidem Jo[hanni] pape ad comparendum et aliquos comparere volentibus p[er] eandem synodum et Illustrissimum Ro[manorum] Regem ibidem presentem saluum conductum concedi Quibus concessis verbo p[er] totam synodum et Rege ro[manorum] dicto R[everendus] p[ater] d[ominus] Pileus Arepus Jannuen[sis] legebat citationem decretam c[ontra] Jo[hannem] papam et suos fauctores ac receptatores huiusmodi sub tenore

Tenor citationis contra Jo[hannem] papam

Sacrosancta synodus generale concilium faciens et eccl[es]iam catholicam representans in sp[irit]u sancto legitime congregata Vniuersis xpifidelibus vnionem et pacem eccl[es]ie ac gaudium sempiternum Pridem p[er] clandestinum recessum domini Jo[hannis] pape 23 ab hac ciuitate Constan[tiensi] et hoc sacro generali concilio c[on]t[ra] vnionis et pacis eccl[es]ie turbatiuum et impeditiuum ipsam q[ue] eccl[es]iam scandalisante p[er] nonnullos platos et alios Nobiles viros ad eum ex parte huius sacri concilij legatos transmissos eundem requiri et summari fecimus cum debita instancia quatenus ad ipsum sacrum concilium et hanc ciui[ta]te[m] Constan[tiensem] rediret ea que pertinent ad extirpationem presentis scismatis et reformationem eccl[es]ie in capite et membris faciendum impleturus et cum effectu facturus sicut promiserat voueat et iurauerat et in suis l[itte]ris sup[er] conuocatione dicti concilij concessit se facturum publicauit et cum id facere nollet fictis a[u]t[em] recedendo et ad loca magis longinqua fugiendo ostenderat fuimus p[er] viij viros magistros Henricum de piro licentiatum in decretis et Joh[ann]em de Scribanis et de placentia causarum et negociorum huius sacri concilij promotores et procuratores

instanter requisiti quatenus ipsum d[ominum] Jo[hannem] papam xxiii criminibus h[uius]modi heresis fautorie
huius presentis scismatis simonie mala administratione et notoria dilapida-
tione bonorum et iurium Romane ecclesie et aliarum ecclesiarum et aliis criminibus
gravibus necnon infamatum, sed illis notorie in scandalum universalis
ecclesie irretitum ac in suis actibus et operibus vita et moribus notorie
ecclesiam dei scandalizantibus incorrigibilem qui sic ut premittitur clan-
destine de nocte hora suspectam habitu transformato ad dictis ecclesie
et concilio generali fugit et recessit gregem dominicum ut mercenarius
deserens generalemque reformationem ecclesie et heresium extirpationem per
dictum sacrum concilium faciendam in capite et in membris evitare cupiens
ad redeundum et reveniendum ad civitatem Constantiensem et hoc sacrum concilium
generale debite compellere, et eciam ad hoc per edictum publicum in valvis
ecclesiarum et aliorum locorum ut est mos affigendum citare et evocare
personaliter citationem que super hoc in forma iuris decretam contra eum et
eius fautores receptatores et sequaces decernere et concedere inde
dicta sibi exinde omnium alienatione et alias in et super premissis contra
eos procedere dignaremur prout requirit canonice sanctiones. Nos
autem considerantes petitionem huiusmodi rationabilem iustam et iuri consonam
indempnitati universalis ecclesie et aliarum particularis providere volentes
et nulli in exhibendo iusticiam deficere sicuti nec debemus intendentes
in causa et causis et negocio huiusmodi rite et mature procedere ac
dante domino iusticiam ministrare ut tenemur inquisitione super infamia
prius per nos diligenti prehabita considerantesque quod ad locum ad quem idem
dominus Jo[hannes] papa sic discedendo ymmo verius fugiendo contumaciter
accessit et residet de presenti eiusque domicilium sive hospicium pro
huiusmodi citatione exequenda minime tute adiri possit, nec ad eum seu
propinquiore locum quam ad hanc civitatem Constantiensem habitet possit tutus
accessus haberi ex ecclesie potestate veri sponsi qua fungimur in hac
parte per hoc presens publicum edictum in sessione publica dicti sacri
concilii necnon in audiencia publica contradictarum litterarum more
Romane curie solito legendum ac valvis seu portis loci illius
audientie sacre causarum palatii apostolici necnon palatii apostolici domusque
episcopalis Constantiensis ubi dictus dominus Jo[hannes] papa prius in presenti civitate Const[antiensi]
habitabat et habitare solebat, maiorisque et sancti Stephani huius civitatis
Constantiensis ecclesiarum et ipsius civitatis ianuis affigendum et affixum per
certum temporis intervallum dimittendum prefatum d[ominum] Jo[hannem] papam xxiii principaliter
eiusque in dictis criminibus fautores receptatores et sequaces supradictos
ac omnes alios et singulos quos super hoc interesse putantes citandos
fore decernimus et tenore presencium peremptorie citamus ac citari volumus
decernimus et mandamus quatenus infra hinc ad ix dies proxime venturos

a die executionis huiusmodi nostre citationis sic ut premittitur legende publicande affi-
gende et exequende inantea per ix computandos, quos peremptorie termino et cita-
tione canonica et peremptorie assignamus premittendo, ipse dominus Jo papa ad presentem
civitatem Constan et hoc sacrum concilium in propria persona redeat et revertatur
ipseque et sui receptatores et sequaces personaliter compareant in coro ecclesie maioris
personis Constan prima generali sessione proxima huius sacri concilii post
elapsum terminum predictorum ix dierum a presentatione presentium litterarum sicut prefertur facienda
publicatione et executione in ecclesia maiori Const immediate celebranda, visuri
audituri per nos decerni ordinari et declarari dictum suum clandestinum recessum
suum fuisse et esse ecclesie dei dampnosum scandalosum et opprobriosum, ac uni-
onis et pacis eiusdem ecclesie perturbativum notativum impeditivum ac
huius nephandissimi scismatis nutritivum et roborativum heresisque et sus-
pitionis fidei sensitivum, ac a bono pacis ac unionis ecclesie prefate pro-
missionibusque et iuramentis et votis per ipsum dominum Jo papam super hoc factis et
promissis. Testesque super notorietate decreti terminum ad finem procedendi
contra illum super illis tamquam super notoriis iurari et admitti, causasque cur
ipse dominus Jo papa non debeat suspendi a totali administratione papatus
propter malas et scandalosas administrationem et notoriam dilapidationem
dictarum, et alias in et super premissis et aliis velud ecclesiam notorie scanda-
lisantibus contra eum ad electionem appatu seu electionis huiusmodi decla-
rationem et alias per predictos promotores proponendis et proponendis de iure et de
iustitia responsuri, causasque quod non debeat suspendi a totali administratione
ac alias in causa et causis ac negotio huiusmodi debite processuri ac pro-
cedi visuri, aliaque dicturi facturi et audituri que iuris fuerit et ratio-
nis. Deindeque super premissis iustitie complementum usque ad finem sententie diffinitive
inclusive recepturi. Certificantes nichilominus eundem dominum Jo papam et suos
sequaces receptatores et fautores sic citandos, quod sive in citationis huiusmodi
non comparuerint sive non, ad premissa omnia et singula ad ulteriora
et alias ut iustum fuerit contra eos per nos debite procedetur iustitia mediante,
ipsorum absentia seu contumacia non obstante. Loco vero prime sessionis
prefate audientie publice litterarum contradictarum et portarum palatii ecclesiarum et
locorum predictorum tamquam presentia et ydonea ad huiusmodi citationem publicandam
et exequendam duximus eligendos, que presentem citationem ad instar edictorum
publicorum, que olim in albo pretorio scribebantur, suo quodam sonoro preconio
et patulo iudicio publicabunt. In quibus huiusmodi citationem modo et forma
premissis decernimus et tenore presentium decernimus publicandam et exequendam,
Ne prefatus dominus Jo et sui fautores receptatores et sequaces sic citandi
possint seu valeant de premissis aliquam ignorantie causam pretendere

seu allegare cumque non sit visibile apud ipsos sic citatos incognitum remanere
Illud quod tam patenter et notorie omnibus extitit publicatum volentes et
auctoritate predicta decernentes quod hec presens citacio modo et forma premissis executa
prenominatos dominum Johannem et suos sequaces receptatores fautores sic citatos
totaliter arceat et astringat et perinde valeat totamque habeat roboris firmi-
tatem ac si premissi Johannes et sui fautores et sequaces in eorum propriis personis
citati et apprehensi fuissent et eis huiusmodi citacio presencialiter lecta publicata
et intimata fuisset Et ne dictus dominus Johannes papa et sui sequaces valeant
aliquomodo se excusare quominus iuxta premissum terminum compareant ut
prefertur quamquam ad hoc non teneamur Nichilominus ex superhabundanti eidem domino
Johanni et sequacibus damus et tenore presencium concedimus tutum et liberum
salvum conductum ad veniendum ad istam civitatem Constanciensem et sacra-
tissimam Synodum itaque in accessu nullum habeant aut possint habere
impedimentum et eciam in civitate stare et manere secure et libere iusticia
tamen semper salva procurabimus eciam salvum conductum sub eadem forma fieri
et concedi faciemus pro dicto domino Johanne papa et sequacibus eius a serenissimo
Romanorum et Ungarie rege De publicacione vero lectura affixione et
execucione ac salvi conductus prestacione dacione et concessione pre-
missis modo premisso fiendis volumus decernimus et ordinamus unum et
plura publicum et publica fieri et confici instrumentum et instrumenta que nobis ple-
nariam faciant fidem de eisdem In quorum fidem et testimonium premissorum
presentes literas citatorias super hoc solempniter decretas fieri fecimus et
propriis sigillis presidentum iiii nacionum huius sacri concilii iussimus et
fecimus communiri Datum Constancie provincie Maguntinensis in sessione publica
in ecclesia maiori Constanciensi solempniter celebrata die Jovis 2a mensis
May Indictione 8 anno a nativitate domini 1415 Pontificatus prefati domini Johannis pape 23 anno
quinto

Octava sessio

Die Sabbati iiii mensis May predicti fuit sessio generalis in ecclesia cathedrali
Constanciensi supradicta in qua more solito fuit dictum officium misse per reverendum
in Christo patrem dominum Johannem patriarcham Anthiocenum de beata virgine quo officio com-
pleto legebantur letanie ut in sessionibus fieri consuetum est cum evangelio
Attendite a falsis prophetis In qua sessione inter Cardinales presidebat
dominus Johannes episcopus Ostiensis Cardinalis Vivariensis In qua eciam sessione fuit serenissimus
Romanorum et Hungarie rex cum insigniis regalibus tamquam imperator Et
dominus Pileus Archiepiscopus Januensis electus ad legendum que legi debebant
nomine concilii Et dictis reverendis patribus dominis Johanne episcopo Luthomuslensi pro nacione Germanica
Anthonio episcopo Concordiensi pro nacione Ytalica Coloniensi episcopo pro nacione
Gallica et Abbate Sancte Marie extra muros Eboraci pro nacione
Anglicana ad approbandum loco et nomine nacionum ascendentibus in loco
huiusmodi in quo iuxta decretum Synodi fieri debebat Ideo reverendus pater dominus Pileus

Archiepiscopus Januensis in ambone legit l[itte]ra c. firmiter credimus Quo lecto
dominus imperator et alii apparuit et crediderunt Deinde legit sententiam
dampnationis doctrine Jo. Wyclew Cuius tenor sequitur et est talis

¶ Sententia dampnationis doctrine Wyclew

Sacrosancta Constanciensis synodus generalis concilium faciens et ecclesiam catholicam
representans Ad extirpationem presentis scismatis errorum et heresum sub
eius umbra pullulancium eliminationem reformationem ecclesie in spiritu sancto
legitime congregata Ad perpetuam rei memoriam. Fidem catholicam sine qua
ut ait apostolus impossibile est placere deo a falsis eiusdem fidei cultori-
bus immo perversis impugnatoribus et superbam curiositatem intendentibus
plus sapere quam oportet mundi gloriam cupientibus obpugnatam sepius
et per eos illos perfideles ecclesie milites spirituales opposito scuto fidei de-
fensatam fuisse sanctorum patrum scripture ac gestis instruimur. Hec quippe bel-
lorum figura in bellis carnalibus israhelitici populi adversus gentes ydolatras
presignata fuit. In hiis itaque spiritualibus bellis sancta ecclesia catholica
in fidei veritate superni luminis radiis illustrata deo providente et sanctorum
patrociniis opem ferente semper immaculata permanens errorum tenebris velud
hostibus fugatis gloriosissime triumphavit. Nostris vero temporibus vetus
et invidus hostis nova certamina ut probati temporis huius manife-
sti fiant suscitavit. Quorum dux et princeps extitit quondam Jo. Wyclew
pseudo christianus qui dum viveret adversus religionem christianam et
fidem catholicam pertinaciter asseruit et dogmatizavit plures articulos
quorum 45 huic pagine duximus inserendos qui sequuntur. Substantia panis Articuli wicleff
materialis et similiter substantia vini materialis manet in sacramento altaris.
Accidentia panis non manent sine subiecto in eodem sacramento. Christus non est
in eodem sacramento ydemptice et realiter in propria presencia corporali. Si episcopus
vel sacerdos est in mortali peccato non ordinat non conficit non consecrat
nec baptizat. Non est in euangelio fundatum quod christus missam ordinavit.
Deus debet obedire diabolo. Si homo debite fuit contritus
omnis confessio exterior est sibi superflua et inutilis. Si papa sit presbiter
malus et per consequens membrum diaboli non habet potestatem super fideles ab
aliquo sibi datam nisi forte a cesare. Post urbanum 6 non est aliquis
recipiendus in papam sed vivendum est more grecorum sub propriis legibus.
Contra scripturam sacram est quod viri ecclesiastici habeant possessiones. Nullus
prelatus debet aliquem excommunicare nisi prius sciat eum excommunicatum a deo
et qui sic excommunicat est hereticus ex hoc vel excommunicatus. Prelatus
excommunicans clericum qui appellavit ad regem et ad concilium regni eo ipso
traditor est regis et regni. Illi qui dimittunt predicare verbum dei
propter excommunicationem hominum sunt excommunicati et in die iudicii traditores christi
habebuntur. Licet alicui diacono vel presbitero predicare verbum dei absque

auctē sedis aplice vel epi catol. Nullus est dns ciuilis. nullus e
prelatus, nullus est epus dum est in pcto mortali. Dni tpales pnt
ad arbitriū suū auferre bona tpalia ab ecclesiasticis possessionatis
habitualit delinquētib9 / ex habitu nō solū actu delinquētib9. Popu
lares pnt ad suū arbitriū dnos delinquētes corrigere. Decime sūt
elemosine et parrochiani pnt possūt pp̄ter pcta suoꝝ platoꝝ ad libitū
suū auferre eas. Spales orōes applicate uni psone p platos vel
religiosos non plus prosūt qm gnales ceteris paribus. Conferens
elemosinā fratribus est excōicatus. eo facto. Siquis ingreditur religionē p
uatā qualemcūqz tam possessionatoꝝ qm mendicantiū redditur
ineptior et inhabilior ad obseruātiā mandatoꝝ dei. Sancti instituētes
religiones puatas sic instituendo peccauerūt. Religiosi viuētes in
religionibus puatis nō sūt de religione xpiana. Fres tenetur p labores
victū acquirere et nō p mendicitatē / pma ps est scandalosa et psump
tuose asserta pcipue sic gnalit et indistincte loquitur / 2a erronea pro
qnto asserit mendicitatē fratribus non licere. Omēs sūt symoniaci qui se
obligant pro aliis orare eis in tpalib9 subueniētib9. Oro pscita ulli
valet. Omnia de necitate absoluta veniūt. Confirmatō iuuenū. ordi
natō clericoꝝ. locoꝝ consecratō reseruantur pape et epis pp̄ter cupiditatē
lucri tpalis et honoris. Uniuersitates Studia Collegia graduatōes
et magisteria in eisd sūt vana gentilia introducta / et tantū psunt
ecclie sicut dyabolus. Excōicatō pape aut cuiuscūqz plati nō est timēda
quia est censura antixpi. Peccāt fundantes claustra et ingredi
entes sūt viri diabolici. Ditare cleꝝ est contra regulā xpi. Siluest
papa et Constantinus imperator errauerūt ecclesiā ditando. Omēs de
ordine mendicantiū sūt heretici et dantes eis elemosinā sūt excōicati /
Ingredientes religionē aut ordinē aliquē / eo ipso inhabilis est ad
seruanda diuina precepta / et p qns puemendi ad regnū celoꝝ
nisi apostatauit ab eisd. Papa cū omib9 suis clericis possessionē
habentibus sūt heretici / eo qd possessionē hñt et oms cōsentientes eis
s. dni seclares et laici ceteri. Ecclia romana est synagoga sathane
nec papa est immediat9 et proximus xi et aploꝝ. Decretales epole sūt
apocrife et seducunt a fide xpi / et clerici sūt stulti qui eas studēt. Im
perator et dni seculares seducti sūt a dia°lo ut ecclesiā dotarēt tpalib9. De
bonis Electio pape per Cardinales p diabolū est introducta. Nō e
de necitate salutis credere romanā ecclesiā intelligatur vnis ecclesiā aut
concilium gnale, aut p qnto negaret pmatū sūmi pontificis sup
alias ecclesias pticulares. Fatuū est credere indulgentiis pape
et epoꝝ. Iuramenta illicita sūt que fiūt ad roborandū humanos con
tractus et comercia ciuilia. Aug9. Bndc9. Bndc9 n penituerunt

de hoc quod habuerunt possessiones et instituerunt et intraverunt religiones et sic a papa usque ad infimum religiosum omnes sunt heretici. Omnes religiones indifferenter introducte sunt a diabolo.

Dudumque Jo. Witlew libros dialogum et trialogum per ipsum nominatos et plures alios tractatus volumina et opuscula composuit in quibus prescriptos et plures alios dampnabiles inseruit et dogmatizavit articulos, quos libros ad sui dogmatis perversi publicationem publice exposuit, ex quibus inter multa scandala dampna animarum pericula in diversis regionibus et presertim Anglie et Bohemie regnis secuta sunt. Adversus quos articulos atque libros in dei virtute exsurgentes magistri et doctores universitatum et studiorum Oxoniensis et Pragensis articulos predictos scolastice diu post reprobaverunt. Reverendissimi insuper patres Archiepiscopi Cantuariensis et Eboracensis sedis apostolice legati in Anglia, Pragensis Bohemie regni condempnaverunt libros eiusdem Witlew comburendos fore decrevit. Archiepiscopus Pragensis sedis apostolice Commissarius in hac parte similiter inhibuit et eorum qui superessent prohibuit lectionem. Rursus hiis ad noticiam sedis apostolice et generalis concilii deductis Romanus pontifex in concilio Romano ultimo celebrato dictos libros tractatus et opuscula condempnavit iubens illos publice cremari, districtius inhibens ne quis christiano nomine insignitus auderet aliquem seu aliquos ex dictis libris voluminibus tractatibus et opusculis legere vel exponere et tenere aut illis quomodolibet uti vel ipsos nisi in ipsorum reprobacionem allegare publice vel occulte. Et ut de medio ecclesie illa periculosa pestiferrimaque doctrina eliminaretur, iussit omnes per locorum ordinarios libros tractatus volumina et opuscula huiusmodi auctoritate apostolica per censuram ecclesiasticam etiam si opus fuit cum adiectione pene contra non parentes procederetur tamquam contra fautores heresis diligenter inquiri et repertos ac reperta ignibus concremari publice. Hec autem sancta Synodus prefatos articulos XLV examinari fecit et recenseri sepius per plures Reverendissimos patres sancte ecclesie Romane Cardinales Episcopos Abbates magistros in theologia Doctores iurisutriusque et plures notabiles in multitudine copiosa. Quibus articulis examinatis fuit repertum prout in veritate est aliquos et plures ex ipsis fuisse et esse notorie hereticos et a sanctis patribus dudum reprobatos, quosdam piarum aurium offensivos, nonnullos eorum temerarios et sediciosos. Compertum etiam est libros eius plures articulos continere similium qualitatum doctrinamque in dei ecclesiam vesaniam et fidei ac moribus inimicam inducere. Propterea in nomine domini nostri Ihesu Christi Hec sancta Synodus sentenciam prefatorum Archiepiscoporum ac concilii romani ratificans et approbans predictos articulos et eorum quemlibet libros eiusdem dialogum et

trialogum per eundem Jo. Wiclew nominatos, ac alios eius auctoris libros
volumina tractatus et opuscula quocumque nomine censeantur quos hic
vult sufficienter pro expressis Hoc perpetuo decreto reprobat et condempnat
eorundem libros et cuiuslibet ipsorum lectionem doctrinam et exposicionem et al
legacionem nisi ad eorum reprobacionem omnibus christifidelibus prohibendo
inhibens omnibus et singulis catholicis sub anathematis intimacione
nec de cetero dictos vel eorum aliquem audeant publice predicare do
gmatisare vel tenere sive ipsos libros approbare docere tenere vel quomodolibet
allegare nisi ad eorum reprobacionem ut dictum est Iubens illos libros
et tractatus volumina et opuscula prelibata publice concremari prout
decretum fuit in synodo Romano sicut supius est expressum Super quibus
requirendis et debite conservandis mandat predicta sancta Synodus or-
dinarijs locorum vigilanter intendere prout ad quemlibet pertinet secundum iura
et canonicas sanctiones Insuper quia auctoritate sine et decreti Romani
concilij Mandatoque ecclesie et sedis apostolice datis dilacionibus debitis
processum fuit super condempnacione dicti Wiclew et sue memorie, editis
propositis denunciacionibus que ad vocandum eos qui eundem sive eius memoriam
defendere vellent si qui penitus existerent nullus vero comparuit qui
eundem sive suam memoriam defensaret Examinatis insuper testibus
super impenitencia finali pertinacia que dicti Wiclew per commissarios deputa
tos per d. Jo. papam modernum et hoc concilium servatis servandis prout
in tali negocio postulat ordo iuris de eius impenitencia ac finali
pertinacia per evidencia signa testibus legitimis comprobata fuit legitime
facta fides propterea instante procuratore fiscali, edictoque proposito ad audi
endum sententiam ad hanc diem Hec sancta Synodus diffinit declarat et
sententiat eundem Jo. Wiclew fuisse notorium hereticum pertinacem ac in
heresi decessisse anathematizando ipsum pariter et suam memoriam
condempnando decernitque et ordinat corpus eius et ossa si ab
alijs fidelium corporibus discerni possint exhumari et procul ab ecclesie
sepultura iactari secundum canonicas et legitimas sanctiones
Super quibus lectura publicacione pronunciacione diffinicione sive con
dempnacione dominus Ostien. presidens et quatuor nacionum presidentes inter
rogati an placeret responderunt omnes et primo Ostien. post nacionum presidentes
quod placet et approbaverunt omnia predicta de quibus supra

Nona sessio in qua producebantur excusaciones citacionis

Die lune 27 Mensis May supradicti fuit sessio generalis in ecclesia cathe li
dralis Constan. supradicta In qua presidebat Rev. d. Jo. Episcopus Ostien. Card.
Vivarien. Cui sessioni interfuit serenissimus princeps Sigismundus Romanorum
et Hungarie Rex cum suis nobilibus in insignijs regalibus et fuit
cantata missa de Angelis videlicet Benedicite omnes angeli per Reverendum

p. d. Robertum epm Sarisberien nacionis Anglicane Qua siquidem missa cantata lectis lectantur letanie et alia more aliarum sessionum cum evangelio erunt signa
Item vero d. Andreas electus Pozn. legebat quasdam constituciones et litteras quarum tenores sequuntur

Sacrosancta Synodus Constan. ecclesiam catholicam representans in spiritu sancto legittime congregata Auditis et intellectis propositis promotorum et procuratorum huius sacri concilii generalis contra d. Jo. papam intendentes cum mansuetudine et maturitate et unitate in spiritu sancto procedere prefatum d. Jo. quoad premissa que cum proposita et petita usque ad diem crastinam hora qua celebrabitur sessio de solita benignitate expectandum decernit et super iam propositis seu petitis parte eius fore iudicandum

Item eadem sancta Synodus deputat et constituit super propositis contra d. Jo. papam 23 commissarios Rev. d. Card. de Ursinis et sancti Marci necnon Rev. p. d. epos Concordien. et Tervisen. ac Jo. de Borda sacri apostolici palatii causarum auditorem nacionis Ytalice et epos Dolen. et Abbatem sancti Lupi necnon Guillelmum Maliconii dicti palatii auditorem nacionis gallicane Et epm Wirburgen. Auditorem generalem Epm Herforden. et Abbatem sancte Marie Eboracen. nacionis Anglicane Quibus dat potestatem super dictis testibus recipiendis citandis et compellendis ipsos examinandis super petitionibus dictorum promotorum prout natura cause requirit Ita quod quilibet ipsorum tres possit predicta inchoare prosequi et finire et super notorietate et scandalizacione et incorrigibilitate dictorum tamen plenam relacionem facere et ad fine procedendum contra predictum papam ut iustum fuit et racionis

Item eadem sancta Synodus constituit et deputat in iudices seu commissarios ad audiendum omnes causas ad dictam synodum per appellacionem seu querelam deductas devolutas seu deducendas et devolvendas Rev. p. Matheum Epm Pistorien. nacionis Ytalice Jo. epm Lauren. nacionis gallicane [Jacobum] Jacobum epm Ploten nacionis germanice et Robertum epm Sarisburien. nacionis Anglicane Quibus dat potestatem in predictas citandi in curia et extra et alia faciendi que ad dictas causas pertinet et pertinebit usque ad finalem diffinitivam conclusionem

Item eadem synodus constituit deputat in sessionarios pro ordinandis prelatos Ambasiatores rectores in sessionibus concilii prout fieri solitum videlicet de nacione gallicana antiquos naciones et de nacione ytalica d. Jo. de sancto Severino et pro nacione germanica magistrum Ebrardum Lupi

Predictis lectis promotores ipsius Synodi pecierunt ab ipsa Synodo si placet addicere si aliquis sit cui non placet uxor facultatem et potestatem possit libere surgere et dicere id quod sibi placet Et sic ab omnibus fuit responsum per d. presidentem et omnes alios placet nemine discrepante

Decima sessio

Die martis ix mensis supradicti fuit sessio in ecclesia cathedrali Constan supradicta In qua Rev. p. d. Bertrandus Epus sancti Flori Ambasiator regis

Cuius cantavit officium misse de sancta trinitate. presidebat in eadem sessione r. p. dominus Jo. Ostien. episcopus Cardinalis Vivarien. rege romanorum ibidem presente in insigniis regalibus letaniis ac aliis in sessionibus legi consuetis lectis et factis r. p. d. Jo. patriarcha Anthiochenus legebat decretum suspensionis pape cuius tenor sequitur in hunc modum

Tenor suspensionis pape

Sacrosancta sinodus generalis Constan. ecclesiam catholicam representans ad extirpationem presentis scismatis et reformationem in capite et in membris faciendam in spiritu sancto legitime congregata Universis christifidelibus unionem pacem ecclesie et omne bonum. Pridem post clandestinum recessum domini Jo. pape ab hac civitate Constan. et hoc generali concilio Const. unionis et pacis ecclesie perturbativum et impeditivum ipsam ecclesiam scandalizante per nonullos Cardinales et prelatos et alios notabiles viros ad eum ex parte sacri concilii transmissos eundem requiri et moneri mandavimus et fecimus cum debita instantia quatenus ad hoc sacrum concilium et hanc civitatem Const. rediret eaque que pertinebat ad extirpationem presentis scismatis et reformationem ecclesie in capite et in membris impleturus faceret cum effectu sicut promiserat vovit et iuravit ac in suis litteris super convocatione dicti concilii concessis se facturum publicavit et cum ea facere nollet facto non redeundo et ad loca magis longinqua fugiendo ostenderet fuit per venerabiles magistros Henricum de piro in decretis licentiatum et Jo. de Scribanis de placentia causarum et negotiorum huius sacri concilii promotores et procuratores instanter requisitum quatenus ipsum d. Jo. papam notorium simoniacum notoriumque bonorum rerum et iurium Romane ac aliarum ecclesiarum dilapidatorem fautorem huius pestiferi scismatis et aliis criminibus gravibus ecclesiam dei scandalizantibus necnon infamatum sed illis in scandalum ecclesie notorie irretitum et incorrigibilem qui sic ut premittitur clandestine hora suspecta in habitu transformato ab hac civitate et concilio generali fugiens recessit quodque dimisso ut mercenarius deserens hereseos extirpationem generalemque ecclesie reformationem cui se submiserat per dictum sacrum concilium in capite et in membris faciendam evitare cupiens ad redeundum et revertendum ad civitatem Constan. et hoc sacrum generale concilium debite compellere et eum ad hoc etiam per edictum publicum in valvis ecclesiarum et aliorum locorum ut est moris affigendum citare et evocare ut est moris personaliter citationem quod super hoc in forma iuris debita contra eum et eius fautores receptatores et sequaces decernere et concedere et alias in et super premissis contra eos procedere dignaremur prout requirit canonica sanctione. Nos quod tamen iustitie debitum exequi volentes ut canonica sanctiones tenentur contra eundem d. Jo. papam 23 et alios prefatos citationem personalem decrevimus ipsumque et predictos per edictum publicum in valvis ecclesiarum maioris et sancti Stephani ac portis civitatis affixum necnon per auditorem

contradictarum ut est moris ad comparendum coram nobis nona die ab execucione ci-
tacionis huiusmodi computanda citari mandavimus et fecimus visisque et
auditis per nos ordinarie discernimus et declaravimus dominum Johannem clandestinum fuisse
et esse ecclesie sancte dei dampnosum scandalosum et opprobriosum ac unionis
et pacis ecclesie perturbativum et impeditivum huiusque nephandissimi
scismatis nutritivum et roborativum hereseosque et suspicionis fidei
sensitivum et a bono pacis et unionis ecclesie prefate promissionibus
et iuramentis ac votis per ipsum datis. Johannem papam super hoc factis detectatum
testesque super notorietate dictorum criminum ad finem procedendi contra eos
super talibus tamquam super notoriis iuratos visos. Causaque cur ipse Johannes papa
ab omni administracione spirituali et temporali ex nunc suspendi non debeat
propter malam eius administracionem simoniacam bonorumque et iurium Romane
ac aliarum ecclesiarum notoriam eius super facto culpabili contigente ac ipsius
super premissis incorrigibilitate manifestam et alias in et super premissis et aliis
ecclesiam dei scandalisantibus notorie quod erit ad execucionem apparatus seu
execucionem huiusmodi declaracionem et aliis per dictos promotores propositis et proponendis
de iure et iusticia consurit et alias in causa et causis et negocio huiusmodi
debite processuri et procedi visuri aliaque dicturi facturi et au-
dituri ut iuris fuit et racionis. Indeque super premissis iusticie complementum
usque ad sententiam diffinitivam recepturi, sicut in aliis nostris litteris inde confectis
et instrumentis super execucione earum in desuper latius continetur. Et subsequenter
dicta die que fuit dies lune xiij huius mensis May, coram nobis sessionem
publicam in ecclesia maiori dicte civitatis demane celebrantibus comparuerunt
predicti promotores, et contumaciam dicti domini Johannis pape citati personaliter non
comparentis accusaverunt, et in eius contumaciam pecierunt illum ab admini-
stracione papali propter causas supradictas assignatas suspendi, et alias quod illud
iuris sive in litteris dicte citacionis comprehensos procedi. Nos cum maturitate
mansuetudine et caritate in hac causa procedere intendentes dominum dictum Johannem
papam per iiijor presidentes iiijor nacionum huius sacri generalis concilii
Constan., videlicet Johannem patriarcham Anthiochenum, Antonium archiepiscopum Ragusinum,
Nicolaum archiepiscopum Gneznensem et N. episcopum Luthomicensem, commissarios et per
nos ad hoc deputatos in valvis dicte ecclesie maioris alta et intel-
ligibili voce vocari et proclamari tria vice fecimus ad cautelam,
prothonotariis sedis apostolice et aliis notariis publicis cum eis ad hoc
rogatis ibidem una cum multitudine populi presentibus, et tandem facta nobis il-
lico super hoc relacione per commissarios predictos quod dictus Johannes papa sic citatus vocatus
et proclamatus minime comparebat adhuc ipsum de benignitate ecclesie
solita usque ad sessionem presentis in dicta ecclesia maiori per nos celebrandam
expectandum decrevimus sicut in processu dicte cause et instrumentis inde receptis
latius nostris continetur. Cum autem in hac die presenti que est ix huius

Magri ꝯparuit coram nobis dci promotores petentes p nos determi pro
nunciari et declarari eund d. Jo. ppam ꝑpter eius malam administratiom
notorie simoniacam bonorumqz et iurium Romane ac aliarum ecclesiarum
dilapidatom notoriam facto et culpa ipius d. Jo. ppe continuatam deci
qz ecclesiam scandalizantem ab omi administratoe spali spuali et tpali
ante oia suspendi et ultius crimina prefata cont eum p dcos pro-
motores ꝑposita fuisse et ee notoria Et in illis tamqz sup notoriis
cont eum fore procedend et pet pronunciari et determi ac declari
et alias cont eum procedi ut iuris e et alias petitum fuit Nos debitum
iusticie exequi et indempnitati ecclesie ac ꝑiculis animarum quantum tamen
possum obviare volentes prefatum d. Jo. ppam ꝑ ... abundanti cautelam
in valviis dce maioris ecclesie alta et intelligibili voce ter vocari
et proclamari fecim p ff Floret et Lucidum de Comite Card.
et alios commissarios ꝑbatos ut est moris Et deinde fcm nobis
relatoe p eos qz non compebat detentum eund fore contumacem ad
intam ordinatoz sup pmissis ꝯmunem ꝑponit et petit procedend dixi
in hunc modo

In nomine scte et individue trinitatis p et f et spc sti amen Quia nob
legitime constat d. Jo. ppam xxiii a tpre quo fuit assumpt ad ppatum
usqz nunc ipm papatum politiam ecclesie in scandalum notorium ipius ecclie
male administrasse et ... rexisse ac gubernasse vitaqz sua dam-
pnabili eiusqz nephandis moribus ꝑplis exm vite male ꝑbuisse
et prebere et insup ecclesias cathedrales monasteria poratus conve-
ntuales et beneficia ecclesiastica pretio aptiato simoniace notorie di-
stribuisse bonaqz et iura Rome et aliarum ecclesiarum plurium noto
dilapidasse qz qz caritatiue monitus a pmissis desistere noluit
sed contumie ꝑseveravit et ꝑseverat ecclesiam dei in pmissis notoe
scandalizando ea ꝑpter hac nram sentam pronunciam determinm
et declaram dictum dnum Jo. ppam ab omi administratoe spali
et spuali et tpali causis pmissis fore suspendend et suspendim
eiqz administratom ipam interdicimus in his scriptis crimina qz pmissa
contra eum sup mala administratoe simoniaca et dilapidatoe
notoria ac eius vita ecclesiam ipam scandalizate prout pmitti
ꝑpositam notoria existere ac de et sup eis tamqz de et sup no-
toriis procedend fore et procedi debere ad finem citandi eum a
papatu prout iuris fuit declaram Quocirca vos et quemlibet vrm
in dno exhortam vobisqz et vrm cuilz in virtute scte obedien et
sub pena fautorie dicti scismatis tenore pntium districte

inhibemus ne vos seu aliquis vestrum cuiuscumque conditionis status gradus seu
dignitatis etiam si imperialis regalis Cardinalis patriarchalis Archiepiscopalis
Episcopalis seu alterius cuiusvis ecclesiastice et secularis existat dicto dicto
Jo. pape ab omni administratione papali per nos ut premittitur suspenso contra
huiusmodi nostram suspensionem dictam huiusmodi Sinodi de cetero directe vel
indirecte obediat pareat et intendat aut de bonis iuribus rebus
seu aliis emolimentis Romane ecclesie ex quacumque causa debitis et ad
eam ac papatum pertinentibus et spectantibus quovismodo videat decer
nen ex nunc contra facientes fore procedendum tamquam contra fautores
dicti scismatis eiusdem d. Jo. pape fautores et sequaces ad penas
iuris et alias ut fuit rome ante huius sacre Sinodi fore procedend
necnon irritum et inane quicquid a quoque quavis auctoritate scienter vel
seu ignoranter in contrarium contingerit attemptari Dat. Const. xvi. martii
Sub sigillis presidentium et nationum huius sacri concilii in
Sessione publica in ecclesia maiori solempniter celebrata xvi. martii etc.

Sessio undecima

Die sabbati xxv mensis Maii fuit tenta sessio generalis in ecclesia
maiori Constan. In qua presidebat Rev. pr. d. Jo. Episcopus Ostien.
et erat ibidem presens serenissimus pr. Sig. Romanorum et Ungarie rex in insigniis
Regalibus cum suis nobilibus sibi ministrantibus In qua quidem sessione
fuit cantata missa de sancto spiritu per r. p. d. Episcopum Atrebaten. qua
cantata legebantur letanie et alia in sessionibus fieri consueta
Quibus sequidem peractis d. A. [lascary] electus Posnan. legebat articulos for
matos contra Jo. papam Quibus articulis et summario attestationum
expositis fuit ad instantiam commissarii promotoris deputati ad portas
dictos articulos pape et summaria ad respondendum eisdem et eundem ulterius
citandum ad audiendum sententiam ad proximam sessionem Hiis autem per
actis fuit petitum per procuratorem concilium an placeret omnibus quod
fieret processus iuxta per eum petita Et r. d. d. Jo. Episcopus Ostien. pro collegio
et se ipso dixit quod placebat Subsequenter ipsi existentes in ambone videlicet
Archiepiscopus Mediolanen. pro natione Ytalica prelocutus Andreas [lascary] pro na
tione Germanica dixit placet Abbas sancti Cipriani pro natione Gallicana
placet Thomas prelocutus prothonotarius pro natione Anglicana placet
Et ulterius per totius Sinodi supporta consensu fuit placet Quibus
sic peractis idem Andreas electus Poznamen quoddam decretum pro
approbatione scripturarum et deputationis notariorum legebat et pu
blicabat Cuius tenor sequitur et est talis

Ite constituit ordinat et deputat dicta sancta synodus pro qualibet natione unum p
thonotarium videlicet pro natione gallicana Jo de Trembleio pro natione italica Ja
cobum de Janua pro natione germanica Hermannum de B pro natione
Anglicana Thomam plorey Item notarios nationum videlicet guillelmum bolosdinis
pro natione gallicana pro natione italica Bartholomeum de gnasti pro na
germanica Simpertum fabri Et pro natione Anglicana Guillelmum porezl
quibus dat auctoritatem et plenariam potestatem omnia et singula in sacro presenti
Constan concilio dicta acta acticata promulgata lecta petita et
omnia alia quecunque gesta et facta et eciam omnia quecunque imposterum
agenda dicenda acticanda publicanda promulgada legeda
petenda et quecunque alia in et pro dicto sacro concilio ad dictum sacrum
concilium quomodolibet pertinentia facienda et peragenda in formam publicam
redigendi et aliis conscribendi Approbat que dicta sancta Synodus
omnia et singula per dictos prothonotarios et notarios in dicto sacro concilio et
ad ipsum sacrum concilium quomodolibet pertinentia constructa et tam in pu
blicam formam quam in scriptis seu actis quomodolibet redacta usque ad
nunc sub quibuscunque verbis per dictum sacrum concilium fuerint statuta
decreta ordinata pronunctiata et quomodolibet diffinita Quo decreto
lecto fuit petitum per procuratorem an placeat prout pronunctiatum fuit
et extitit responsum per presidentem sessionis huiusmodi et etiam maiores presidentium
maiorum nationum et deinde per totius synodi supporta per verbum placet

Sessio xxi in qua fit relatio processus et datur sententia contra Jo papam

Die mercurii etiam fuit sessio generalis in ecclesia maiori Constanciensi In qua
presidebat reverendus pater dominus Jo Eps Osti. Card. V. presente serenissimo principe domino
Romanorum et Ungarie rege in insigniis regalibus cum suis nobilibus In qua
sessione fuit decantatum officium misse de spiritu sancto per dominum patriarcham
Anthiocenum Quo completo dicebatur letanie etc Quibus peractis fuit
facta relatio a legatis et nunciis missis ad Jo papam per organum
domini Jo Epi bavien quemadmodum articulis et attestationibus contentis
in processu sancti generalis concilii contra ipsum dominum Jo papam exhibitis offerentem
ex parte ipsius concilii si quid vellet opponere quod libere posset Item
intimato eidem non ad proferendum sententiam quod rendidisset verbo se pro
dei ecclesia et eius unione plura fecisse et antequam fuisset in papam
assumptus et ante dicti constan concilii inchoationem In quo etiam
obtulit liberam papatus sui cessionem et turpiter ab inde recessisset
bene recognoscebat Maluisset que illa die sine ipsius esse pre-
iudicio mortuus esse quam ita turpiter recessisse Ro que contra
processum sacri concilii nullam defensionem facere volebat sed ·

Prout per cedulam sua manu subscriptam datam Cardinalibus qui ad eum venerant continebatur, volebat penitencialiter stare, promittebat se in omnibus conformare omni ordinationi deliberationi declarationi et determinationi dicti sacri concilii. Et insuper omnes processus per eundem concilium contra eum habitos ratificabat, quod concilium Constanciense sanctissimum esse errareque non posse ac concilii presentem continuationem. Et quod ipsi sacro Constanciensi concilio numquam contradicere vellet, etiamsi in Bononia aut alio quovis loco sibi magis accepto personaliter iam esset. Cum sibi intimatum esset quoniam publice fateretur se in statu illud ius habere de sententia autem ferenda quod multum sibi placeret, ut quanto cito lata foret eidem referretur, quam cum reverentia et cum birreti depositione recipiet, et eam quam in se foret confirmaret ratificaret et approbaret ac emologaret, prout deinde concilium processum et omnia contra ipsum in sacro concilio gesta extunc ratificabat approbabat et confirmabat, promittebatque quod contra ea se aliquo processu temporis non venire. Qua relatione completa R. p. dominus episcopus Atrebatensis legebat sententiam diffinitivam contra Johannem papam et constitutiones quasdam quarum tenores sequuntur.

Sacrosancta et generalis Synodus Constanciensis ecclesiam catholicam representans ad extirpationem presentis scismatis et errorum ecclesieque reformationem in capite et in membris faciendam in spiritu sancto legittime congregata. Ad facilius liberius et utilius unionem ecclesie faciendam pronunciat statuit decernit declarat et ordinat, ut si contingat sedem apostolicam quovismodo vacare, in ipsa vacatione ad electionem futuri summi pontificis nullomodo procedatur sine consensu et deliberatione huius sacri concilii, et si contrarium fieret, sit ipso facto auctoritate dicti concilii irritum et inane. Nullusque electum contra hoc decretum recipiat nec illi ut pape quoquomodo adhereat vel obediat, sub pena fautorie dicti scismatis et maledictionis eterne, privatque hoc casu electores si consenserint ac illi adherentes penitus per hoc sacrum concilium ordinandis. Suspenditque dicta sancta Synodus pro bono unionis ecclesie omnia iura positiva et in conciliis generalibus edita et ipsorum ordinationes statuta constitutiones et consuetudines et privilegia quibuscumque concessa, et penas contra quoscumque editas inquantum effectum dicti decreti impedire possent quovismodo.

Sententia privationis pape

nibus quibus extitit insignitus deponendum et degradandum fore de
clarat et decernit committens insuper Reverendis in Christo patribus Ar
chiepiscopo Mediolanensi Feltrensi Astensi Alexandrino Bugiensi et Vau
riensi Episcopis ut in presencia huius sacrosancte synodi dictam degradacionem
secundum quod ordo iuris requirit debite exequantur

Item Sancta synodus Constanciensis Johannem Hus attento quod ecclesia dei non habeat
ultra quid agere valeat iudicio seculari relinquit et ipsum curie seculari re
linquendum fore decernit

Appello ad Christum
[illegible]

Condempnacio illius proposicionis quilibet tyrannus etc.

Precipua sollicitudine volens hec sacrosancta synodus ad extirpacionem
errorum et heresum in diversis mundi partibus invalescencium providere sicut
tenetur et ad hoc collecta est / Nuper accepit quod nonnulle asserciones er
ronee in fide et bonis moribus ac multipliciter scandalose totius quoque
reipublice statum et ordinem subvertere molientes dogmatizate sunt / inter
quas hec assercio delata est / Quilibet tyrannus potest et debet licite et
meritorie occidi per quemcumque vasallum suum / vel subditum / eciam per insidias / vel

blandicias vel adulaciones non obstante quocumque iuramento seu confederacione
factis timore non expectata sentencia vel mandato iudicis cuiuscumque. Adversus
huiusmodi errorem satagens huiusmodi sancta synodus insurgere et ipsum funditus
tollere prehabita deliberacione matura declarat decernit et diffinit huiusmodi doctrinam
erroneam esse in fide et in moribus ipsamque tanquam hereticam scandalosam
sediciosam et ad fraudes decepciones mendacia prodiciones periuria vias
dare reprobat et condempnat et declarat. Insuper diffinit et diffinit quod perti
naciter doctrinam hanc perniciosissimam asserentes sunt heretici et tamquam
tales iuxta Canonicas sanctiones puniendi.

Contra invasores seu spoliatores venientium seu recedentium a Concilio

Sacrosancta generalis synodus Constanciensis universalem Ecclesiam representans in
Spiritu sancto ad extirpacionem scismatis heresum quoque et errorum necnon pro inte
gra Ecclesie in Capite et in membris debitam reformacionem legittime congrega
ta. Ad futuram rei memoriam. Iusticia et equitate exigentibus non dubitat
si quas valet voluntates captivat pravas intencionis in processibus apertas
impudenter obviare auctoritate sanctionis Canonice. Ecclesiam in aliorum
prohibunt iniurias et offensas Ecclesiasticam censuram percellat et pro de
merito culpe et ignorancie adiciat iudiciarie potestatis. Nam si quibus
per campum licencie suo deposito modestie vacaret impune facile
quisque serviret in proximum et iuris disciplinatis mesciae et imperet.
Sane licet nonnulli Romani pontifices antiquitatem Ecclesie morem et consue
tudinem observantes prout ad eos ex debito pastoralis sibi iniuncti officii
pertinebat per eos suos processus in die cene domini annis singulis solempni
ter publicari fecerint alias omnes et singulos qui ad sedem apostolicam
venientes vel recedentes ab ea necnon omnes et singulos qui ad se
dem apostolicam venientes vel recedentes per se vel per alium seu alias quas
cumque personas Ecclesiasticas vel seculares ad Romanam Curiam super eorum causis
aut negociis accedentes illaque in eadem curia prosequentes aut per iure ge
rentes advocatos et promotores ipsorum et eciam auditores seu iudices
qui super dictis causis seu negociis deputantur occasione causarum seu ne
gociorum huiusmodi occiderint mutilarent vel occiderint cuiuscumque dignitatis or
dinis condicionis aut status foret predictum vel eorum aliqua commitentes
excommunicacionis et anathematizacionis sentencias a quibus nullus preterquam per Ro
manum pontificem posset preterquam in mortis articulo constitutus absolvi. Et eciam
tunc non nisi de stando mandatis ecclesie et satisfactione prestanda sufficienti cautione pre
missa candelis accensis et ad terram proiectis promulgarunt et eos qui taliter
excommunicati et anathematisati vel eorum aliqui presumpserint beneficium absolutio
nis impendere suis innodarunt similibus eosque predicacionis leccionis administ
racionis sacramentorum ecclesiasticorum et confessionum audiendi interdixerunt officium. Nec non
[illegible] inmurmuracionis quibuslibet ad sacra generalia concilia venientium seu stan
tium inibi aut recedentium ab eisdem diversas censuras ecclesiasticas et penas tam

ex Canonice qua diuinitus dispositione intrarant. Tamen sicut nuper ad nostrum
fidedignorum multitudine valida insinuacione peruenit notitiam nonnulli iniqui-
tatis filii perditionis alumpni huiusmodi censuras vilipendentes, ac huiusmodi sacri Concilii
extirpacionem scismatis heresum que ac errorum ipsius que Ecclesie reformacionem perturba-
tores dyabolico spiritu instigante nec dignitati nec ordini deferentes. Et timore
postposito nephariis et sacrilegiis ausibus nonnullas personas ecclesiasticas et secu-
lares, etiam pontificali dignitate preditas, ad sedem apostolicam vel Romanam
Curiam, seu presens sacrum generale Concilium in Ciuitate Constancien. prouincie
Maguntine, ubi nunc Romana curia existit, in Spiritu sancto legittime congre-
gatum, venientes vel recedentes ab eisdem, inuadere capere arrestare detinere
incarcerare mutilare occidere aut spoliare bonis suis vel iniuriis affligere
quamplurimis et aliis maletractare temeritate propria presumpserunt, et in dies pre-
sumunt in apostolice sedis et sacri Concilii vilipendium et contemptum, ac
sedacionis scismatis reformationisque ecclesie et correctionis morum, nec non heresum
et errorum predictorum extirpacionis disturbium, animarum que earundem periculum
et scandalum plurimorum. Nos igitur volentes in premissis remedium adhibere
oportunum, ad ipsum et quelibet alia futura generalia Concilia, accedentes ac stantes
in ipsis seu recedentes ab eisdem, ne ab aliis deinceps non timentibus temerariis
iniuriis inferentur opprimantur violenciis, et ne quibusuis delinquendi
aut excessus committendi pateat audacia, de oportuno et salubri reme-
dio prouidere. huiusmodi nec non omnes et singulos alios processus sentencias et
censuras, aduersus quascumlibet personas ecclesiasticas vel seculares ad sacra ge-
neralia Concilia venientes vel stantes in ipsis seu recedentes ab eisdem
molestaciones perturbaciones vel iniuriaciones auctoritate dei omnipotentis patris
et filii et spiritus sancti extendentes, omnes et singulos cuiuscumque dignitatis
gradus status vel condicionis fuerint, etiam si pontificali imperiali re-
gali dignitate, qui quascumque personas ecclesiasticas vel seculares que ad huiusmodi
sedem apostolicam romanam curiam, hoc presens sacrum Concilium durante
vel ad ipsum et quecumque alia generalia Concilia venientes et stantes in ipsis
aut ab ipsis recedentes temeritate propria per se vel per alium seu alios arre-
stare inuadere capere detinere incarcerare mutilare occidere aut bonis
suis spoliare vel iniuriis affligere, seu ipsos sicut delinquentes receptare
aut aliis quouis modo impedire, seu ea pretextu facta et commissa rata grata
habere, vel eis dare auxilium consilium seu fauorem publice vel occulte directe
vel indirecte presumpserit, vel presumpserint in futurum, similibus excommunicacionis
et anathematizacionis sentenciis innodamus eo ipso. Terras quoque ipsorum et cuius-
cumque sic transgressorum vel contemptorum ultra unam dietam non con-
tineat. Nec non omnia Ciuitates villas Castra opida et quelibet alia
loca in quibus huiusmodi excessum patrantes seu earum receptatores vel
ipsis consencientes fautores aut dantes auxilium consilium vel fauorem publice
morabuntur. Nec non illa in quibus huiusmodi persone sic temeritate propria detente
fuerint, quamdiu extiterit in eisdem, memorata auctoritate ecclesiastico supponimus
interdicto. Et si terra eius duarum dietarum vel amplius contineat domi-
cilii

principalis ipsius et illa etiam in qua fuit delictum commissum si qua sit sua et
duas alias que sub ipso sunt eidem loco magis vicine interdicto subiacere volumus
supradicto. Ac etiam omnes et singulas huiusmodi excommunicationis anathematisacionis
sentenciis ligatos in quibuslibet ecclesiis loco ubi tale delictum fuerit perpetratum vel
terris et locis propter hoc interdictis magis vicinis ubilibet existentibus
omnibus diebus dominicalibus et festivis pulsatis campanis candelis accen-
sis publice nunciari ac terras civitates villas castra opida et loca interdicto
ecclesiastico supposita donec sit excommunicati meruerit ab huiusmodi sentenciis beneficium
absolucionis obtinere, dictum quod interdictum debuerit relaxari. Ita tamen quod nullus
ex transgressoribus ac contemptoribus huiusmodi per alium quam Romanum pontifi-
cem vel sacri Concilii auctoritatem possit nisi duntaxat in mortis periculo
constitutus. Et etiam tunc nisi de stando mandatis ecclesie satisfactione
vel sufficienti caucione si huiusmodi commode fieri posset premissa prestita absolui
vel interdictum huiusmodi relaxari. Eos vero cuiuscumque dignitatis ordinis
status vel condicionis fuerint etiam si pontificali dignitate prefulgeant
qui contra tenorem presencium processuum talibus vel eorum alicui ab-
solucionis beneficium impendere presumpserint volumus statuimus et
decernimus similibus excommunicacionis anathematisacionis sentenciis fore inno-
datos corporis ipsius quod predicacionis leccionis administracionis sacramentorum
et audiendi confessiones officium auctoritate interdicimus supradicta. Insinuantes
transgressoribus et contemptoribus in predictis quod spiritualiter et temporaliter
prout eorum requiret excessum demerita gravius procedetur non obstantibus
quibuscumque constitucionibus apostolicis et quibuslibet privilegiis indulgen-
ciis et litteris apostolicis generalibus et specialibus quorumcumque tenorum existunt
eisdem transgressoribus et contemptoribus vel quibusvis aliis communiter
vel divisim a dicta sede concessis etiam quod suspendi vel excommunicari aut eo-
rum dominia civitates ville castra opida vel alia loca interdici non
possint etiam si de ipsis et eorum tenoribus esset in nostris presentibus pro-
cessibus mencio facienda specialis. Contra huiusmodi summas et processus quomodolibet
includant in eis per cavaleant terras dominia civitates castra ville
opida et loca huiusmodi tueri que quo ad hoc tollimus et penitus revocamus.
Et insuper mandamus ac huiusmodi presentes processus ad noticiam omnium deducantur
cartas sive membranas processus continentes eosdem maioris et sancti Ste-
phani constanciensis ecclesiarum valvis affigi qui processus ipsos suo quasi sonoro preconio
tenebunt ut nulla possint excusacione pretendere vel ignoranciam allegare quod ad
eos processus huiusmodi non pervenerit vel ignoraverint eosdem cum non sit veri-
simile remanere incognitum quod adeo tam patenter omnibus sit publi-
catum. Ceterum omnibus et singulis dominis patriarchis primatibus ar-
chiepiscopis episcopis ceteris quoque locorum ordinariis precipimus et mandamus ut ipsi
et eorum quilibet per se vel alium seu alios sub pena excommunicacionis quam in personam
quelibet qui mandatorum nostrorum huiusmodi transgressor et contemptor ex-
titerit incurrere volumus ipso facto presentes nostros processus per eorum car-
tarum vel membranarum seu transsumptorum continencia eosdem quibus
sicuti nostris processibus tantam volumus fidem adhiberi in ecclesiarum valvis:

seu alys locis affixione publicet, et prefatos transgressores aut contemptores huiusmodi excommunicationis et anathematisationis sententiis ligatos et terras civitates villas castra opida et loca prefata huiusmodi ecclesiastico interdicto supposita quamprimum ipsis vel eorum alicui de hoc legittime constabit tamdiu in ecclesiis dominicis et alys festivis diebus dum in ibi fuerit maior populi multitudo campanis pulsatis et candelis accensis et extinctis denunciet, et interdictum huiusmodi inviolabiliter observari faciat per censuras ecclesiasticas et alia iuris remedia. Invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachy secularis, donec ipsi transgressores et contemptores meruerint ab huiusmodi excommunicationis et anathematisationis sententiis absolutionis beneficium obtinere, dictumque interdictum merito debuit relaxari, non obstantibus omnibus supradictis, seu si aliquibus communiter vel divisim a sede predicta indultum existat, quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Constan. 2o non. July Anno a nativitate domini MCCCCXVo. Sede apostolica vacante Regnorum serenissimi domini principis domini Sigismundi Romanorum et Ungarie etc. Regis videlicet electionis 1o coronationis 1o Ungarie vero 29o

Et finita sessione libri Jo. hus, fuerunt combusti in platea pallacy episcopalis videlicet liber de ecclesia et alia opuscula eiusdem

Sessio 16a

Die Jovis 11a mensis July supradicti fuit sessio generalis in maiori ecclesia Constan. celebrata, in qua presidebat Reverendissimus in christo pater dominus Joh. episcopus Ostien. Cardinalis Vivarien. Et fuit cantatum officium misse de sancto spiritu per reverendum patrem Nicolaum episcopum Merseburgen., quo completo legebantur letanie ut more aliarum sessionum Et dominus Andreas electus Posnanien. legebat certa capitula et ordinationes servandas tenoris sequentis

Deputatio Ambaxiatorum Concily ad Aragoniam

Sacrosancta Constan. Synodus generale Concilium faciens in spiritu sancto legittime congregata secundum mentem et affectum ordinationis seu decreti in ultima sessione facti seu lecti ad recedendum d. p. de luna, Benedictus, xiii in sua obediencia nominatum, et alia faciendi, que fuerint necessaria et oportuna facit constituit et ordinat procuratores generales videlicet Reverendos in christo patres d. Jacobum Tarentin. Archiepiscopum, Petrum Ripen., Jacobum Adrien., Joh. Gebennen. episcopos, Johannem Abbatem sancti Eligy Noviomen., Conradum de Susato sacre theologie magistrum, Johannem de Opizis sacri pallacy apostolici auditorem primum, Paulum nistinopoli utriusque iuris, Lambertum de stipite priorem prioratus conventualis de Bertima, Leodien. dioc. Johannem Voelcls Hugone Holbache, Benedictum de planta decretorum et Johannem de fabrica legum doctores presentes et acceptantes et Benedictum Gentiani sacre theologie professorem universitatis parisien., absentem tamquam presentem Ita tamen quod ipsi omnes aut ipsorum, de voluntate tamen consensu serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum et Ungarie

Retensi prius sunt aliis non volentibus aut volentibus tunc ipso domino Gregorio
xii in sua obedien nominato, aut aliis ab ex simul in sufficiente potestate, quantibus
tractare et concludere ac sponsionem quamlibet in possidendum ipsum dominum Benedictum nova
tum ut perficiatur requirere et alia committi vel dimissionem fiere possint, sit et
prout in instrumentis publicis super hoc fiendis seu conficiendis eisque tradendis
dis plenius videbitur contineri

¶ Datur potestas Iudicibus citandi sub pena privationis

Item eadem sancta synodus Reverendis in Christo patribus Salisburien Ploren
Panormen et Pistorien Episcopis alisque auditoribus causarum ad presens sacrum concilium
devolutarum et devolvendarum seu aliis spectantibus, per idem concilium deputatis
citandi etiam sub pena privationis per edictum in Curia expandendum
sufficienti informatione previa, omnes et singulos prelatos et Curie offi
ciales aliosque ad ipsum Concilium vocatos, qui ab hoc sacro Concilio
clandestine sive sine causa recesserunt, et infra certum competentem
terminum eis assignandum personaliter revertantur et redeant, plenam tri
buit potestatem

¶ Quod littere de iustitia expediantur

Item eadem Synodus sacra ordinavit, ut littere de iustitia, alias in Curia
expediri solite, eo modo prout secundum Curie consuetudinem antiquam
debite cursum suum faciant, sancte synodi nomine et sigillo per
Reverendissimum patrem dominum Io. Episcopum Ostien sancte Romane Ecclesie presbiterum Car
dinalem et Vicecancellarium expedientur

¶ Quod presidentes possint dare licentiam recedentibus

Item eadem sancta synodus presidentibus nationum, ut ipsi omnes
aut eorum quilibet singulis ad presens Concilium vocatis seu vocem habentibus inde
recedere cupientibus, ubi rationabilis causa subest, licentiam recedendi dare
possint, plenam tribuit facultatem

¶ Mandatur Camerario de bonis Camere provideat

Item precipit et mandat domino Camerario sancte sedis Apostolice, aut
eius locumtenenti seu vicecamerario, ut dominis cardinalibus et prelatis, ceterisque
indigentibus in hoc sacro Concilio existentibus necessariis et utilibus
debeat subveniri, et de bonis camere providere

¶ Quibus lectis, dominus deputati et demum dominus Ioh. Ostien presidens, reddit
placet

Item eadem sancta synodus ordinat iubet et decernit, iustitia et ratifi
catione simul depositionis per hoc sacrum Concilium nuper late contra dominum
Baltezarem de Cossa, olim Iohannem papam 23, et non renunciationis
per eum facte de papatu, seu de iure, quod in eo potuit pretendere
apud acta ipsius Concilii in loco suo congruo registrari et inseri
Item ordinat et decernit, bullas et instrumenta olim domini Gregorii
pape 12 in sua obedien nuncupati, super in cessione papatus per
eum seu eius nomine facta, in dicto sacro Concilio producta in forma
propria transsumi, seu de ipsis transsumpta publica fieri, per prothonotarios et
notarios eiusdem sacri concilii, quibus transsumptis decernit fidem indubiam
adhiberi, tamquam originalibus ipsis, auctoritate sacri concilii,

Deputati vero quatuor nationum, ecclesiarum, et d. Ostien. collegii Cardinalium nomi
nibus approbando dixerunt placet.

¶ 17a sessio de recessu Imperatoris quem Concilium benedixit

Die lune 15a supradicti mensis Julii Constancie provincie Maguntin. in ecclesia ma
iori fuit tenta et solempniter celebrata sessio generalis, presente in ea serenissimo
principe domino Sigismundo Romanorum et Ungarie Rege, una cum quampluribus
principibus Ducibus Comitibus et Nobilibus, in qua celebravit officium
misse Reverendus pater d. Ulricus episcopus Verden. presidebat quoque sessioni huiusmodi
Reverendissimus pater d. Joh. Ostien. episcopus Cardinalis Vivarien. indutus ponti
ficalibus, et singulis ordinatis legebantur letanie et alie devote
orationes more aliarum sessionum. Et istis autem omnibus expletis, dominus
Sigismundus Rex predictus stetit ante altare genibus flexis in veste non
imperiali sed quotidiana et capite denudato, assistentibus eidem Reverendissimis
d. Landuncen. Lauden. et de Ursinis sancte Romane ecclesie cardinalibus, post
quam iterum cantata letania. Et cum perventum est ad locum Ut ecclesiam, prefatus
dominus presidens legit in hunc modum Ut ecclesiam tuam et Regem
hunc in imperatorem electum sibi presentem ecclesie tue advocatum et defenso
rem ad reintegrationem unitatis ecclesie prefate iter arripientem
dirigere protegere et conservare digneris, fuit responsum Te rogamus
audi nos. Secundo dixit Ut ecclesiam tuam et eundem Regem electum
ab omnibus malis visibilibus et invisibilibus preservare et defen
dere digneris. Tercio dixit Ut eundem imperatorem electum ad nos
incolumem reducere digneris, fuit quoque responsum secundo et tercio sicut primo.
Completa quoque letania, ipse presidens convertit se ad imperatorem dicens
preces: Salvum fac servum tuum domine. Nichil proficiat inimicus in eo. Esto
ei domine turris fortitudinis, et dicta tota oratione pro pace ecclesie
redeunte quoque imperatore ad sedem suam, dominus Anthonius episcopus
Concordien. legit quandam bullam tenoris subsequentis et alia
capitula infrascripta

¶ Bulla legationis domini Angeli olim Gregorii 12.

Sacrosancta generalis synodus Constan. in spiritu sancto legitime congregata
etc. Cum Christi fideles pii in domino dilecti affectibus, multis
temporibus sollicitudinibus, impensis laboribus atque curis occupati fue
rint, circa extirpanda scismata de ecclesia sancta dei, et post atque inter
alia huiusmodi pestifere morbi quesita remedia, toti pene christianitati
et generali tandem saniori consilio Constancie fatentibus et pariter concorditer
adhuc expediens visum fuit, renunciationes et cessiones fieri debere
per quas etiam pro papa seu Romano pontifice se gerentes, presertim quorum
propter pacem et tranquillitatem sancte matris ecclesie totalis reinte
grationis ordine ad perfectionem auctore omnium bonorum deducto
laudabili humilitate prosecutus sit dominus ille videlicet Reverendissimus in Christo pater d. An
gelus Corrario qui in sua obedientia Gregorius 12 dicebatur, renunciando
videlicet et cedendo quoque expresse in scriptis et realiter cum effectu, Juri, titulo
et possessioni quod quem quam vel si quod quemlibet quam habuit

in papatu et resignando papatui et omne ius papatus titulumque et posses
sionem quod quem et quam habebat in eo tunc duxerat per manum magnifici viri domini
Karoli de Malatestis pro sancta Romana ecclesia Arimini et nonnullarum aliarum
terrarum in temporalibus vicarii et rectoris provincie Romandiole generalis
plenum et speciale ad hoc mandatum habentis quemadmodum in ipsius solemniter
acceptata in sessione dicti Concilii generalis quarta die mensis Julii facta per
instrumenta publica autentica comprobatur Et attendens dicta sancta
synodus Constanciensis quod sponte et liberaliter et in ipsius cessione renuncia
tione et resignatione per ipsum d. Angelum et pro eadem prosecutissime fuit
usque ad effectum deo gratum et commendabilem inclusive circa ad ipsius sancte
synodi declarationem antequam ille dominus qui in sua obediencia Benedictus
dicebatur aut vellet aut voluerit cooperari quanta quoque bona ex huiusmodi pacem sancte
matris ecclesie attulit ac universo christianorum populo proveniant sic quod largi
ente domino proventura Et quod serenissimus princeps et devotissimus dominus
Sigismundus dei gracia Romanorum et Ungarie Rex supradictam eciam pia con
sideratione advertens quecumque capitula seu articulos post ne securitate et quiete
dicti et status condecencia dicti d. Angeli dudum in sua obediencia Gregorii
et marcam generalem dicte sancte synodo exhibuit atque parcepit Volens
dicta sancta synodus quod ecclesie sancte filii videant quanta sibi beneficia
ipsa mater ecclesia gratitudine prosequatur precipue tanti filii et defensores
probus nominatum statuit ordinat et decernit quod dictus Angelus inter
sancte Romane Ecclesie cardinales sit et esse debeat Episcopali titulo per
presens concilium aut futurum Romanum pontificem suo tempore pro parte
ecclesie declarandum cum omnibus honoribus et emolumentis et aliis
debitis seu consuetis per insignitus praedis quod post Romanum pontificem
dignitatibus et ordine habeatur nec des sicut Romane ecclesie Cardi
nalium sibi in hac perseveratur salvo si illis qui in sua obediencia dictum
Benedictus similiter renunciavit et cessit iuri titulo et possessionem
papatus quod quam et quia se pretendit habere et ipsos ambos in eodem
loco simul personaliter convenire contingat quod tunc in sancti Concilii
ante electionem et futuri Romanum pontificis electione potestate consistat
inter ipsos duos gratificando qui preemineat ordine Insuper dicta
sancta synodus statuit ordinat et decernit quod dictus dominus Angelus
quo advixerit sit sancte sedis Apostolice in provincia Marchie Anchoni
tane et presidatus farfensis cum provisione solita a vagis muneribus
et honoribus solitis Cardinalis legatus de latere in spiritualibus et tem
poralibus atque vitalis irrevocabiliter permansurus cum omnibus
et singulis facultatibus et auctoritatibus huiusmodi legatorum que legatis
talibus conferri per sedem Apostolicam in forma plenissima consueverunt
Et quod eidem Angelo favores et gratie sedis Apostolice in persona beneficiis
et aliis provisionibus largiflue provideatur Preterea dicta sancta
synodus statuit ordinat et diffinit quod idem dominus Angelus tunc et
occasione spiritualis et temporalis administrationis papatus vere ac pu
tative quomodocumque et qualitercumque usque in presentem diem et quomodo per

facte

forma constitucionis predicte in sancta synodo facte eidem licebit, que et quam
habuit aut exercuit aut cuiuscunque legationis vicariatus seu innovacionis sedis apostoli
ce vel alterius gestionis sive administrationis nomine Romane ecclesie et ma
[illegible] in provincia Marchie Anchonitane vel alibi dum minori fungebatur
officio, ac etiam occasione vel causa sue persone non possit neque debeat de
actis gestis ordinatis indultis concessis receptis levatis habitis et erogatis
donatis alienatis ac effusis, quitantiis liberatis aut aliis quibuscunque seu
qualitercunque factis seu peractis per eum seu eius nomine, quod ad eum vel
potestatem eius quomodolibet pervenerint cuiuscunque officii vel cuiuscunque persone in
statu cuiuscunque dignitatis preeminentie status gradus ordinis vel
conditionis aut speciei, etiam si papalis imperialis vel regalis existat
de iure vel de facto aut alias qualitercunque convenire denunciare accusare
vexare inquietare impedire ordinarie vel extraordinarie cum processu
vel sine in iudicio vel extra, per se vel alium, apostolica auctoritate presenti
vel alia quavis auctoritate ordinaria vel subdelegatoria seu alias mole
stare vel eum exinde valeat nec ullo unquam tempore realiter vel perso
naliter criminaliter vel civiliter aut mixtim seu alias quomodocumque, etiam si dolus
vel fraus aut quevis alia corruptela circa premissa vel eorum aliquid de
ipso vel aliis notari possent aut dicerentur quomodolibet intervenisse. Et quod
idem dominus Angelus non teneatur nec debeat unquam ut premittitur
comparere in iudicio vel extra de premissis vel aliquo eorum aut de dependentibus em-
ergentibus aut connexis seu extraneis ac premissis vel aliquo premissorum
respondere rationem dare aut cautelam facere etiam coram gentibus apostolice
camere vel aliis quomodocumque directe vel indirecte publice vel occulte
non obstante si ex propria conscientia tunc quod adhuc totaliter relinquit dictavit
facere. Dicta itaque sancta synodus ex superhabundanti liberat dominum
Angelum de hiis omnibus universis et singulis aliis que ad dictum
Angelum et quibuscunque pondere numero ac mensura cuiuscunque qualitatis
quantitatis generis vel speciei in rebus corporalibus comprehensorum vel non existant
que omnia habet et eorum valores nomina cognomina qualitates genera
ac species hic voluit et vult pro expressis et expresse declaravit ac si de eis
expressa mentio facta foret. Etiam si talia fuerint aut personam eius
concernunt vel dimissum seu impositum adque mutuumque valorem ascendant,
attenta libera et spontanea cessione papatus per ipsum dominum Karolum
de Malatestis eius procuratorem pridem in hac sacra sancta synodo facta
pro pace et unione in ecclesia sancta dei perdicta quantum in eo fuit
[illegible] provenerit quibus Romane ecclesie obligatus aut annexus fuerit
vel dici potuit sive possit exinde quittat liberat penitus et absolvit
necnon ulterius renunciat eum ab illis omnibus totaliter exemptum quietum totum. quietum
liberum et absolutum eidem quod domino Angelo pro se et pro suis
heredibus aut successoribus omnia et singula invalidat atque suspen
dit dicta sancta synodus eum restituit in integrum quantum de Romane
sedis ac omnia alia iura et beneficia sive privilegia per que Romane ecclesie

Apostolice quod tamen aut futuris eius pontificibus premissa vel ad eorum sub
veniri aut de ipsis vel eorum aliquo infringere seu aliqualiter possent trans
gredi aut violare decernens irritum et inane si quid in contrarium a quo
vis quavis auctoritate vel quovis ingenio vel colore contingerit attemptari
Non obstantibus quo ad omnia et singula supradicta tam tamquam quamcum
que iuris apostolicis generalibus conciliorum constitutionibus ac aliis
dispositionibus contrariis quibuscumque Statuens et ordinans dicta sancta
synodus quod quilibet futurus Romanus pontifex omnia et singula
supradicta studeat inviolabiliter observare Et quod suis apostolicis litteris
in forma plena concessa et decreti huiusmodi ratificet de novo con
cedat indulgeat atque confirmet Et quicumque in Romanum pontificem
eligendus ad hoc ante sui apostolatus intronizacionem ac coronacionem sub
vinculo prestandi iuramenti obliget efficaciter et astringat Mandans
et precipiens dicta sancta synodus quod inter alia a sacri concilii publica
gesta seu monimenta solito more super premissis conficienda fiant super
premissis omnibus et quorumlibet eorum ad maiorem certitudinem patentes
litere sigillo concilii in forma plenissima cum omnibus et singulis clau
sulis non obstantibus irritativis renovatoriis et derogatoriis et aliis
oportunis dicto domino Angelo seu alteri vel aliis pro recipienti vel re
cipientibus assignande

Contra impedientes imperatorem in via sua sunt excommunicati

Quia dignum est laborantes pro pace sacrosancte Ecclesie plena libertate
securitateque gaudere nullisque impedimentis seu molestiis inquietari
hec sacrosancta Constanciensis synodus Ecclesiam katholicam representans
in spiritu sancto legitime congregata statuit diffinit et ordinat quod quicumque
cuiuscumque status aut condicionis existat etiam si regalis cardinalis
patriarchalis archiepiscopalis episcopalis ducatus principatus comitatus
marchionatus seu alterius cuiuscumque dignitatis seu status ecclesiastici vel
secularis existat qui serenissimum principem dominum Sigismundum Romanorum
et Ungarie etc regem vel alios cum eodem ad conveniendum cum domino Rege
Aragonum pro pace Ecclesie ad extirpacionem presentis scismatis per hoc
sacrum concilium ordinatos ad dictam convencionem euntes vel redeun
tes impedierit turbaverit vel molestaverit aut quod dampnum in
personis aut bonis aut famulis eorum intulerit aut inferri per
alium seu alios directe vel indirecte clam vel palam seu quovismodo
inferri procuraverit sententiam excommunicationis auctoritate huius sacri concilii
generalis ipso facto incurrat a qua absolucionem eiusdem ipsi sacro concilio seu
futuro unico et indubitato summo pontifici preterquam in mortis articulo
specialiter reservata Et ultra hoc omni honore dignitate officio beneficio
ecclesiastico et secularibus sit ipso facto privatus

Quod celebretur missa dicto domino cum indulgenciis

Item ut deus prestare serenissimi principis et aliorum cum eo ad dictam
convencionem Ecclesie sue progressus dirigere corda illorum cum quibus acturi
ad eandem pacem sua clemencia inducere illos cum dicta pace obtenta
ad dictum sacrum concilium incolumes reducere dignetur statuit et

ordinat sancta synodus quod singulis septimanis die dominico fiat processio
generalis in hac civitate Constanciensi missa solempni cum ymnis processioni
et misse omnes prelati in hoc concilio constituti interesse teneantur vestimentis
pontificalibus ut est moris induti Concedit quoque dicta sancta synodus cuilibet pre
missis interessenti centum dies indulgenciarum et totidem cuilibet presbitero
unam missam celebranti et aliis qui devote semel in die pater noster et ave
maria pro dicta necessitate orando dixerint xl dies indulgetur in
in forma ecclesie consueta
¶ Lectis supradictis per deputatos quatuor nationum et domino presidente fuit
concorditer responsum placet ¶ Sessio 18
Anno et indictione quibus supra die vero sabbati xvii mensis Augusti fuit
celebrata sessio generalis in maiori ecclesia Constanciensi in qua presidebat reverendissimus
pater dominus Johannes episcopus Hostiensis sancte Romane ecclesie cardinalis et vicecan
cellarius fuit quoque decantatum officium misse de assumpcione beate virginis Ma
rie per dominum Petrum episcopum Glorien quo finito legebantur letanie et
alia fiebant more aliarum sessionum quibus completis dominus Anthonius
episcopus Concordiensis legebat articulos inferius descriptos
¶ Datur potestas iudicibus diffiniendi etc
Nuper sacrosancta et universalis synodus Constanciensis reverendos in Christo patres dominos
Pistoriensem Vauren Placentinum et Salisburiensem episcopos ad audiendum causas
et querelas ad ipsum concilium devolutas seu deductas et devolvendas
seu deducendas usque ad finalem conclusionem deputavit Requirens igitur ipsa
sancta synodus diversis aliis occupata negociis ipsarum causarum finali de
cisioni intendere Nolensque eas absque finali decisione diu protrahi per
manere potius dominos episcopos etiam causis ipsis finaliter terminandis summarie et
de plano sine strepitu et figura iudicii finiendis et terminandis cum suprascriptis
libere terminandi processibus et sententias proferendi quatuor assessoribus de quatuor
nacionibus eiusdem synodi per eos eligendis partibus non suspectis
super quo eorum conscientie oneret causis tamen kathedralium ecclesiarum
et maioribus earumdem causarum dumtaxat exceptis plenariam tribuit po
testatem Et ut eo facilius negocia et cause ad finem optatum perveniat
eadem sancta synodus ut ipsi quatuor aut tres aut duos ex ipsis
aliis facultatem habentibus non remanentibus vel eos ipsarum in ipsis causis occupari tenere
et observari fuerit et alias usque ad diffinitivam finalem conclusionem in causis
ipsis procedere possint et valeant ordinat statuit et decernit
¶ Ut adhibeatur fides bullis Concilii
Item statuit decernit hec sancta synodus et ordinat quod quibuscumque verbis
litteris sub bulla ipsius synodi conficiendis in quibuscumque causis nego
ciis et factis fiet firmitur in iudicio et extra ubicumque exhibite fuerint
vel ostense illaque fides adhibeatur que veris litteris apostolicis bullatis
consuevit et debet merito adhiberi ac eadem vim illud quod robur habeant
in omnibus et per omnia quam et quod ipse littere apostolice habent et habere de
bent et possint quomodo super tamen bulle usu et custodia per
Concilium deliberabitur etc

¶ Contra falsificantes bullam concilii puniantur ut falsarii

Item predicta synodus similiter statuit ordinat et decernit quod omnes et singuli qui dolum et fraudem seu falsitatem aliquam circa huiusmodi litteras bullandas dicte synodi pro tempore forsitan commiserit et illi etiam qui in hoc consenserint aut talia fieri procuraverint vel litteris falsis scienter usi fuerint illas censuras et penas incurrant quas falsificatores litterarum apostolicarum et qui illis scienter utuntur seu non participes in illo crimine incurrant iuxta canonicas sanctiones

¶ Contra littere non expediantur de parte expectativarum et coarbitralium

Similiter statuit decernit et ordinat dicta sancta synodus quod littere supplicationibus et singulis gratiis per dominum Baltasarem tunc Johannem 23 dictum usque ad tempus ad ministrationis suspensionem in spiritualibus et temporalibus scilicet quae fuit die martis 14 mensis maii presentis anni signate possint et debeant per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Johannem episcopum Ostiensem sancte Romane ecclesie cardinalem et vicecancellarium et 4 alios nominatos de quatuor nationibus videlicet dominum Concordiensem pro Ytalia Ambianensem pro gallicana Theodoricum Nyem pro Germania et dominum Robertum Appelten pro Anglicana nationibus concedi auctoritate dicte synodi sub modis et formis quibus summi pontifices litteras gratiarum et concessionum suorum predecessorum Romanorum pontificum in similibus expedire consueverunt iuxta constitutiones et regulas cancellarie observandas et stilum cancellarie apostolice et sub nomine et bulla dicte synodi expediri expectativis et coarbitralibus duntaxat exceptis

¶ Deputantur ambasiatores ad Ytaliam

Sacrosancta Constanciensis synodus mittit ambasiatores suos ad Reverendissimum patrem et dominum dominum Angelum Corrario episcopum Tusculanum olim 12 in sua obediencia nuncupatum et dominos cardinales secum existentes et ad alias partes Ytalie super facto et negotio unionis ecclesie cum instructionibus et facultatibus deliberatis et conclusis Quorum ambasiatorum nomina sunt hec videlicet Archiepiscopus Mediolanensis Archiepiscopus Ragusinus Episcopus Su... flori... Abbas Florentinus prepositus ... magister Johannes Scolis

Quibus lectis per omnes quatuor naciones deputatos et dominum Johannem Ostiensem nomine collegii cardinalium fuit placet unanimiter responsum

¶ Sessio 19

Anno a nativitate domini 1415 indictione 8 die lune 23 mensis septembris sede apostolica vacante fuit celebrata sessio generalis et publica synodi Constanciensis in qua fuit celebratum officium misse per reverendum patrem dominum Nicolaum episcopum Cretensem qua missa celebrata incipiebantur letanie et alia fiebant ut in sessionibus fieri solitum est presidebat vero in eadem sessione reverendissimus pater dominus Johannes Ostiensis episcopus cardinalis Vivariensis in qua sessione Jeronimus de Praga per reverendissimum patrem dominum Petrum cardinalem Cameracensem et alios deputatos per concilium in materia fidei instructus et informatus de fide vera sancte matris ecclesie cum iam fuerat de heresi accusatus et per concilium super hac incarceratus quandam revocationis seu abiurationis papiri cedulam stans in ambone publice

alta et intelligibili voce legebat, revocavit et abiuravit prout in eadem cedula tenor sequitur

Abiuracio Ieronimi de praga

Ego Ieronimus de praga liberalium artium magister, cognoscens veram catholicam fidem et apostolicam, anathematizo omnem heresim, precipue eam de qua hactenus infamatus fui, et quam preteritis temporibus dogmatizaverunt et tenuerunt Johannes Wicleff et Johannes Hus, in suis opusculis, libellis seu sermonibus ad clerum et ad populum factis, propter quam causam predicti cum suis dogmatibus et erroribus dampnati sunt ab hac sancta sinodo Constanciensi tamquam heretici, et eorum doctrina predicta sententialiter dampnata, maxime in nonnullis articulis expressis in sententiis per hoc sacrum concilium contra eos promulgatis.

Consentio autem sancte Romane ecclesie et apostolice sedi et huic sacro concilio, et ore et corde profiteor in omnibus et per omnia, et specialiter de clavibus, sacramentis, ordinibus, officiis et censuris ecclesiasticis, indulgenciis et reliquiis sanctorum, et ecclesiastica libertate, ac etiam de cerimoniis et aliis omnibus ad religionem christianam pertinentibus, prout ipsa Romana ecclesia et apostolica sedes et hoc sacrum concilium profitentur, et specialiter quod predictorum articulorum plures sunt notorie heretici et dudum a sanctis patribus reprobati, quidam vero blasphemi, alii erronei, alii scandalosi, quidam etiam piarum aurium offensivi, et ipsorum nonnulli temerarii et sediciosi, et pro talibus sunt predicti articuli per hoc sacrum concilium nuper dampnati, et inhibitum omnibus et singulis catholicis sub anathematis interminacione, ne de cetero dictos articulos seu eorum aliquem aliquis predicare, dogmatizare vel tenere presumeret.

Item ego Ieronimus antedictus, quia in nonnullis actibus scolasticis ad persuadendum opinionem de universalibus realibus, et quod una communis essentia speciei esset plura, exempli gracia ut Ieronimus, Ambrosius, Augustinus et ita de singulis, et ad hoc inducendum velut quodam sensibili exposui quandam triangularem figuram, quam scutum fidei nominavi, ideo ad excludendum intellectum erroneum et scandalosum, qui forte ab aliquibus exinde concipi potuit, dico, assero et declaro quod dictum figuratum non feci nec eam nominavi scutum fidei ea intencione quod vellem dictam opinionem de universalibus extollere super opinionem contrariam, sic quod esset scutum fidei, quod sine eius posicione non posset fides catholica protegi et defendi, cum nec dicte posicioni velim pertinaciter adherere, sed hoc ideo dixi, quia in dicta figure disposicione triangulari posui exemplum quod divina essentia est una et trinitas et differencia suppositorum et proprietatum eorundem, scilicet pater et filius et spiritus sanctus, qui quidem catholice articulus est precipuum scutum fidei et veritatis catholice fundamentum.

Preterea ut cunctis pateat que fuit causa quare fui reputatus adherere et favere Johanni Hus, notum facio per presentes, quod cum multociens audivissem eum in predicacionibus et in scolis, credidi eum virum bonum esse, nec in aliquo deviare a tradicionibus sancte matris ecclesie

et sacrorum doctorum / ymmo etiam cum multa in hac materia michi fuissent oblati
articuli per eum positi / et per sacrum concilium dampnati / quorum prima facie non credidi
suos esse / saltem in ea forma / tamen ab aliquibus egregiis doctoribus magistris
in sacra pagina audivissem affirmari ipsos sui esse / postulavi pro
mea plena informacione michi ostendi libros manus sue / in quibus
dicti articuli continerentur dicebantur / quibus michi ostensis / manu propria eiusdem
scriptis / quia ut manum propriam bene cognosco / dictos articulos omnes et sin-
gulos in ea forma qua dampnati sunt repperi ibi esse conscriptos / un-
de iam merito comprehendi et comprehendo ipsum et suam doctrinam cum eorum
sequacibus per sacrum concilium dampnatam et reprobatam fuisse / tanquam
hereticam et insanam. Et hec omnia supradicta dico pure et sine condicione
ut iam plene et sufficienter informatus de predictis sentenciis latis / per hoc
sacrum concilium contra doctrinas doctorum quondam Jo. Wicleff et Jo. Hus et
contra ipsorum personas / quibus sentenciis tanquam devotus catholicus in
omnibus et per omnia humiliter consencio et adhereo

Item ego idem supradictus Jeronimus / qui alias coram reverendissimis
patribus dominis cardinalibus ac reverendis dominis prelatis et doctoribus
et aliis venerabilibus personis / huius sacri concilii in isto eodem loco voluntarie libere
et spontanee proponens et declarans intencionem meam inter alia loquens
de ecclesia eam in tres partes distinxi et ut percepi postea / tunc aliquibus
dabam intelligere quod vellem dicere quod in ecclesia triumphante esset fides
cum tamen credo firmiter quod ibi sit beatifica visio enigmaticam visionem
excludens. Ideo nunc dico assero et declaro / quod nunquam fuit intencionis mee
dicere / quod ibi esset fides sub racione fidei / sed cognicio fidei / sub equivalenti
excedens et gaudium quicquid ibi [illegible] antea dixi eum / [illegible] et subicio
humili corde determinacioni huius sacri Constanciensis concilii / Insuper iuro
et per sanctam trinitatem / et per hec sacrosancta ewangelia me in veritate catho-
lice ecclesie semper et sine dubio permansurum / et omnes qui contra
hanc fidem veniunt cum dogmatibus suis eterno anathemate di-
gnos esse pronuncio. Et si ego ipse aliquando quod absit ad contra
sentire aut predicare presumpserim / canonum severitati subiaceam et eterne pe-
ne obligatus inveniar

Hanc autem professionem et professionis mee paginam coram hoc sacro
concilio generali libere et voluntarie porrigo / et eadem me propria
manu subscripsi et hec singula conscripsi

Deinde dominus Bertholdus Wilding sacri pallacii causarum apostolici auditor
legebat quandam ordinacionis cedulam conceptam super regula
sancti Francisci tenoris sequentis

Pro fratribus sancti Francisci de observancia

Dilectis ecclesie filiis et promptioribus insistendis custodibus cuiuscumque ordi-
nis minorum professoribus salutis et apostolicam dei benediccionem. Simplici-
tatem in hiis personarum que voto religionis sunt astricte illis presertim
libenter annuimus quos ad finem tendere censeamus per quem

persone ipse sub placata tranquillitate in ipsa sua professione quiescat ac sedulum
ac tranquillum in humilitatis spiritu domino reddere valeat famulatum. Super
quibus pro parte religiosorum virorum Gardianorum et fratrum vestri
ordinis conventuum videlicet Cragimensis de sancto Audomaro Morinensis diocesis
de Parenis Remensis. de Sola Bisuntinensis de Lavall Cenomanensis de Ilaro
Reymerensis de Ambasia Turonensis de sancto Johanne Angeliacensis, pavonis de
Bozcenedo de Toleto et de Fonteraudo comitis Malacensis diocesis
provincias Francie Burgundie et Turonensis iuxta modum dicti ordinis
existentium nobis humiliter presentata continebat quod divina accipere gratia
clementia temporibus hiis novissimis regularis observantie viri iam
dicti ordinis in prefatis conventibus incepit vigere sed variis obstantibus
impedimentis per ministros et custodes illarum provinciarum eis prefatis
in ipsa stricta observantia non mediocriter impediebant quorum in
promoverare certe scandala multa pullulabant humiliter et de nobis
supplicantes quatenus eis de remedio oportuno providere dignaremur
Nos igitur eorum supplicationibus tanquam iuste benigne annuentes cupi
entes quod multa scandala de medio vestri ordinis tollere atque uni
tate in eo conservata fratres in pace dulcedine concordie statuimus
et declaramus eisdem supplicantibus fore providendum et de facto providemus
eis providemus in forma per reverendi patris dominos videlicet Jordanum episcopum Albanensem
de Ursinis ipsius ordinis protectorem et petrum tituli sancti Crisogoni
presbyterum Cameracensem vulgariter nuncupatos sancte Romane ecclesie car
dinales et alios ex parte huiusmodi secundum concilium super hoc deputatos spe
cialiter avisatam et ordinatam et traditam atque per religiosum virum fratrem
Ja. Racha in sacra pagina professorem et vicarium ministri generalis
antedicti una cum aliis pluribus magistris et discretis fratribus ipsius
ordinis ex una parte, et fratres prenominatos conventus representantes
ex alia Concordatam videlicet quod fratres conventus predictorum de cetero et
conservi super hoc presentatum generale concilium fuit ordinatum possint et va
leant quilibet in sua ~~provincia~~ provincia eligere de sua stricta observa
ntia unum fratrem ydoneum quem in scriptis ministro illius provincie pre
sentatum ipsum dictus minister infra tempus post huiusmodi presentationem suum
vicarium constituere debeat ad ipsos regendum in solidum loco et vice
eius et eis providendum in omnibus et singulis de ipsis modis quibus ipse
minister provincialis eorum providere posset. Itaque de ipsorum fratrum regimine
in nullo se possint intromittere dicti provinciales vel custodes sed ad ipsos
vicarios cura et correctio eorum omnino pertineat, excepto ad sui facultatem
correctione minister provincialis ipsos possit si voluerit visitare in sua persona et
tunc per ipsum debeat de consensu maioris et discretorum conventus eiusdem
fiet sic visitacio quicquid permissione dignum repertum fuit quod si con
stitutus veniat modo predicto quatenus constitutio eiusdem presentati ad vicarium

ministri generalis in fine anotatum de voluntate et pertineat absolute. Item
quidem vicarii generalis ... provincialium possint et debeant una cum fratribus discretis
sibi subditis forma solita in electionibus ordinis servata insimul eligere
unum seu alium fratrem ad hoc sufficientem et ydoneum pro eorundem vicariorum
correctione et totius huius sancte observancie in predictis provinciis melior
regimine, que per eos in scriptis ministro generali ordinis qui erit pro tempore
similiter presentatum, ipsum minister super illis suum vicarium constituere infra tempus
post illam presentationem benigne debeat et caritative. Aliquo ipso tempore trans
acto sit et habeatur vicarius ipsius generalis auctoritate ipsius sede canonice con
stitutus. Item quidem vicarius generalis in sua congregatione vel alias fratribus
debeat et possit vicarios particulares totiens quotiens opus est preficere
et ipsis ac fratribus aliis sibi subditis providere ne ipsos ut sepius con
tingit quoties generali ministro indiget longius oporteat evagari
et prout habet vita primaria constitutionis in presentium generalis ministri vicarium
fratrem Nicolaum Rudolphi apud nos de huius observancia laudabili
prudentia et diligentia probati multipliciter commendatum, que volumus
posse deponi quotiens vicariis et aliis fratribus discretis se preductis vi
debitur expedire. Possit tamen generalis minister qui nunc est et qui erit pro tempore
ipsos fratres et conventus in sua persona quotiens voluerit visitare, prelibato vicario
non obstante, et premissis que in dicta visitatione premiserit repererit sicut
modo debito morem ordinis et aliis facere consueverit. Verumtamen non intendimus
quod prefati vicarii post mortem depositionem seu mutationem illorum quorum vices
fungerentur possint a suis officiis removeri vel meis impediri, nisi super
hoc assensibus maiorum et discretorum sibi subditorum semper intervenerit,
ad quos semper eos deponere et alios eligere audiendis generali provincialibus
quod ministris presentare modo et forma premissis quotiens fuit oportunum
volumus et decernimus pertinere. Insuper possit et debeat ipse generalis vica
rius et successores eiusdem sibi pro tempore subditos ad statum
dicte sancte observancie ... declarationes et statuta sedis
apostolice et ordinis reducere, tollendo quascunque superfluitates sive sit
in rebus mobilibus sive immobilibus quas sibi patet bono modo,
habito semper consilio maiorum et discretorum sibi obedientium, eligen
do si opus fuit aliquos fideles qui ipsas superfluitates auctoritate
huius sane constitutionis vendat, commutet aut alias in piis operibus commutat.
Insuper statuimus quod omnes et singuli conventus predictarum provinciarum
quotiens maiori vel saniori parti fratrum in eis consistentium placuerit
ad hanc strictam observanciam se reducere et vicario antedicto subdere
huius libere facere possint. Et eciam singuli fratres cum suis subiectis conventis dicti or
dinis contradictione cuiuscumque non obstante ad eorum obedientiam vica
riorum et subiectionem nullus compellere possit sine speciali licentia vicarii
generalis antedicti. Nolo enim per hoc intendimus quin fratres et conventus
qui voluerint possint secundum hanc strictam observanciam vivere manendo
et immediate sub cura ministrorum provincialium excepte tamen provinciale

conventibus et conventu de mirabello putaviensis dioc. que volumus eos esse
et ordinationi et regimini predicatorum vicariorum subesse et commissa ut sicut
in eo hactenus stricta observantia regularis in partibus illis stetisse (?) decernimus ita in
illo tanquam aliorum speculo semper elucescat. Ceterum cum iuxta sinonimam (?) sapientis
volatilia ad sibi similia libenter conveniant statuimus quod quando fratres huiusmodi ob
servantie peregrinationis studio vel aliis premissis de causis proficiscerentur ad loca et conventus
conventualis ordinis declinare si noluerint. Ad alia vero loca fratrum in observan
tia sibi similium semper declinare teneantur in quibus ipsi cordis affectum sortiantur
Insuper quilibet provincialis minister provinciarum premissarum vicario generali
Thomas Senonen

Electi

Johannes Raueren
Andreas Posnanien Laskary
Ambaxiator Regis polonie
et magni ducis Witoldi Lit
wanie
Georgius Militen procurator d ar
chiepi Sudratin et suorum
suffraganeorum

Abbates

Ja. Cisercien procurator generalis pro
toto ordine Cistercien
Caspar sancti Jo.

Henricus de parisio rectore doctor
ambaxiator et procurator pro provin
cia burdegalen
Matheus itacrallis ambaxiator
ecclesie gallicane in theologia magister
Jo de petibus arasticen venete diocesis
in theologia magister
Guillermus sancti pauli de cormeto
Toronen diocesis in theologia magister
Jo visitapi Nemorinen diocesis
Gy sancti saluatoris de manie magna
len diocesis pro provincia Nar
bonen
Gy de monasterio de celis bituricen
diocesis
Nicolaus sancte marie de columba
ordinis cisterciensis placentin diocesis pro
se et pro abbatibus de strata de bru
nulo et de sancto thoma secretorum ra
pary et celsi veronen diocesis
Giffridus de encige ordinis sancti
benedicti augusten diocesis
Abbas sancti p Cabilonen
Everardus abbas in limaz pro se
et monasterio suo et omnibus abbatibus
ordinis sancti Benedicti herbipolen
diocesis
Hermannus de arremillari ab. sancti
pet. or. sancti benedicti tullen diocesis
Allexander ab. sancte marie de bellofonte
ordinis renis sancti benedicti mallearen
diocesis licentiatus in decretis ambaxa
tor ecclesie Regni ffrancie in provin
cia burdegalen et procurator episcopi biturio
nen
Hermen abbas wingarten licentiatus
pro universitate Magunten ab
bas ottoburren ordinis sancti benedicti
Abbas Rumen
Jo Abbas de halsbrunnen eisteten diocesis
Joh ab de fontelene pro provincia
ebroicen
Abbas sancti massen pro ecclesia Regni
ffrancie et delphinatu

Abbas de bolo in anglia
Abbas sancti tuldasii de rie
mere
Abbas de lantherm

Ambaxiator unus et procura
tor unus nomina
Stephanus de galliardo rectore
et Archidiaconus losaten in
ecclesia tholosanen procurator capituli
Magister io. bastie procurator domini
ludouici archiepiscopi Rotho
magen
Jo de tor viblis apostolice sedis
prothonotarius procurator capituli Ebredunen
Nicolaus de woldis sacri palacii
apostolici causarum auditor am
baxiator archiepiscopi bremenen
Nicolaus magnum Gy brillet
Ambaxiatores Regis Cipri
Thomas Abbas beate marie ebro
aci ambaxiator regis an
glie
Petrus contoni ambaxia
tor ducis britannie
ken de natiuo licentiatus
in legibus decanus bisuntini
Theodericus de monasterio pro
universitate Colonien
Jo bremen pro episcopo halberstaden
de
prior de rodis pro hospita
libus sancti Jo Jerosolimitanum
Anthonius mrost pro episcopo
Gratianopolitanen et ordine
predicatorum
Abbas sancti heyn pro Rege Norue
gie et monasterio suo et episcopo
lintopien
Petrus de mera pro episcopo et
capitulo Traiecten
Paulus de praga pro episcopo
luthomislen
Jacobus barut pro Abbate
sancti lamberti salzeburgen diocesis
Raymundus de nouabello pro episcopo
bituricen et Abbate sancti tillerii

Agraten dioc

Frater Angelus abbas monasterii
in Rima salczeburgen dioc ordinis
cisterc pro monasterio suo et dux
Ernestus dux Austrie
Petrus prius canonicorum regularium
monasterii in lagethen pro monasterio
suo et Jo burgravie nurenbur
gen
Magister petrus de pulka pro universi
tate studii Wienen
" wladimiri de tere doctor T 23 — Paulus ladanra " pro universitate Cra
coviensi
Joh. hugnenti pro universitate Aveno
nen et pro certis abbatibus
henricus de Abrude pro uni^te oponien
Stephanus plates pro epo lathomislen
et uni^te pragen
Petrus partis ordinis teutonicorum
pro dicto ordine
Michael bolo sen pro capitulis vien
Narbonen vinarien redimine m
Andreas cantor lubicen pro epo
et capitulo lubicen et pro epo et
capitulo brandeburgen
Jo de barne pro epo monasterii
Wilnen portel pro epo Rusien
Armacan et Affricanensi
Jo gregorii pro abbate mobdenus
pragen dioc ordinis sancti bndti
Mathias de Vine pro preposito in
Romyna pataviensi dioc
Conradus abbas pragamen ordi
nis sancti benedicti
Jo ykeret pro henrico epo verden
philippus de lapsa pro abbate poden
ordinis sancti bndti
Jacobus alberti pro archiepo Ravenna
ten
Jo tregar pro capitulo veneten et Andrei
tus de spu pro epo francen epo pre
mens et marchione francen
Guillermus de guillolerre electus Come
pro epo Arturacen

Frater Anthonius de porto ge
neralis ordinis minorum pro
toto ordine
Jacobus gradin pro epis Cremen
sanctagusten et pro abbate sancti
Andree de sto Jamen dioc
Jo tremesini pro preposito tho
lalebeh prage dioc ordinis
premonstraten
Geraldus pro canonicis colubrien
pro epo colubrien et visen
Jo de camy lemonicen pro
provincia bituricen et epo
lemonicen
Rig gregorii pro epo Cistricen
Egidius archidiaconus sirharen
pro epo sicaren
Jo de flisco prepositus sancti
Adriani de Grandia Ja
mien dioc pro epis
bethlen et viginti inculvenen
Laurentius gnoda canonicus
lincopen pro epo lincopen
Theodricus truchseß cun
cellarius epi vbracen pro du
cibus slesgie
Wilhelmus sals et bed
rector pro epo hilden semen
et capitulo suo
Comite Armonie pro duce bri
tanie rege scotie Comite
Norwegie et Comite Sabau
die
Jo de pona Canonicus pro
capitulo ecclesie Curonien
Frater bug pror domus car
tusie pre Argentinen pro
priore maiori Cartusie
Guillermus de solibus lector
conventus fratrum heremitarum
sti Augusti de forlinis pro
domino Georgio de ordelaffis
domino forlini
Baltasar grasse pro magistro
et totius ordinis sti Jacobi spatha
limitum decretorum doctor

Nicolaus officialis Brixen pro se
ac epo et cap° brixen et Ernesto
duce Austrie
Petrus de hobz barthen pro se et
abbate fulden ordinis sci bndicti
herbipolens
Petrus tething pro se et abbate
fulden ordinis sci bndicti herbi
polen dioc et pro Nurenbergen
batamen dioc in theologia may
ster
ffrater Anthonius coste ordinis
predicatoru mayster in theolo^a
Jo de vicelhis pro abbate ac co
nventus et totius ordinis clunia
cen et procurator Abbatis sancti
Rigaudi et prior de tulkate ma
gister in theo^a
Jo. de gozello ordinis minor conue
tus parisien regens uno fris or
dinis quigonelli dicti ordinis
in prouincia franc prouincialis minist
procurator mayster in theo^a
ffrater petrus turinghelli pro
Abbatis sancti Nicolai ppe Andu
gauen
Jo brossandi pro epi et capli
mirapicen
Simon de betens Archidiaconus
Vapincen pro ca eiusde vallia
ren
Heudiny de anjis pro proti mote
Jouis et sup ordinis et abbate sau
guiaci
Jacobus Crassi lica^r melitie septor
pro capitulis Amonen et Imanen
Bego de Rezijs in legibus licenti
atus pro epi Veicen et deputatis
pro prouincia Narbonen
lot ngaug masserddi pro conuent
dioc sci Guillam de deserte lo
donen
Joh Genestali pro dni Abbatis
premonstraten et totius ordinis
Jo de poulen° por Ro-trie et ec
clesie monastij sancti Anthony
et preceptor Relinen ac pro totiq
ordinis sancti Anthonij et Augusti
et pro epi Caurinen
Ide viuardus p abbate sisonen
dioc ordinis sancti bndicti bo
thomagen dioc
ffrater Anthonius de piero ge
nealis ordinis minoru
pasturq de vallibus bacallaq
in decre pro Abbat sci Ricarij
npponco ordinis sci bndicti als
ambianen dioc
Petrus Gayeani lic^q par pem
bende septor et pro epi et ca
pli Conseranen
Jacobus de grammijs de color
dien prouinc Aschien
Jo de bond pro Reg ffrancie
et pro monasty sci Augu^m
Oliuerq loganet in artib et me
dicina mayst bacculary in decre
pro Treueren et abbatu de brossa
olo de mahertys de Vegen et
Remen sci bndicti et Cistercien
ordinis Verneten baucben et
treren dioc
Ganfrodq dauli licenciatq in
legibus pro epi Lemouicen
et abbat sci Martial lemonien
Petrus de rerostello por fora
bus conuentualis bte m^e de au
rate
Thweneq pro dni Arepi
Thosolanen missus et nouaty
pro prouincia tholosana et epo
Aquen
Raymundq de Kimejia lice
ntiatus in decre por mauori
ecclie electen pro ipius epi
et capituli
Theraius de scto deodato licen
in legibus et mayster in arti
bus ambas^z vniuersitat^e inre
lionen et pro epo4 Tullen
et Pauluen

Wernerus miles de tanne ecclesie
hamburgen bremen dioc et
Heritus de molendino can.
bremen ambaxiatores archiepi
bremen
Wells vocis in utroque iure bacca
larius canonicus ecclesie gratupolitan
Emlbus purtellis domini archa
elis archiepi Arathan primatis
yberine ac domini th ome epi
offorren pau
Emlkinus de spelunca canonicus
ualen missus nomine illustrissime
regine Jo ranarie et regine
Anglie et nomine pro
Robertus prior celsimorum uniu
et pro abbate elunacen et
eiusdem conventus matisconen
dioc pro ipso et suo elunacen
ordine
Symon quatadron canonicus scti de
ungy pro Andegauen et duos
epos Ammonen
Thomas bonavent licenciatus
in legibus pro epo Andegauen
et omni scti Andegl. et pro . de
prate monasterie ordinis sancti
Augustini Maclomen dioc
Ermegandus de casserye licenciatus
in decretis archipresbiter Narbonen
et pro de capite stagni Narbon dioc
ambasiator universitatis montispes
sulani Magalonen dioc
Anthonius de Zwaneuarde pro
posti decanum et capituli ecclesie scti
saluatoris harbibonen et decanum
et capli ecclesie bte Marie Curtracen
tornacen dioc
Hugo de bessito canonicus ecclesie ca
tracen pro epo Cruttzen
Jo dolier licenciatus in legibus archi
diaconus de sabolio et canonicus ecclesie
Clenomen prime Curonen
pro decanum et capli ecclesie Ceno
manen

Frater petrus de saluete celerarius
monasterii Aurelian scti floren dioc
licenciatus in theologia et in decretis vicarius
epi Gratiopalitam ac pro vi
prinen epi Simon abbatis Grenss
Rupeteri dioc
Jo. Gorodus utriusque iuris licenciatus
ambaxiator universitatis Andagauen
Hugo fabri magister in artibus
et medicina pro epo Caincaten
Elsig sculatus pro abbate scti Laurencii
Falucken dioc
Ottho de mulz prepositus ecclesie Hlbipo
len pro se et epo Herbipolen
Jo Habnde pro se et epo Asteten et duce
ffrancomie
Lambertus de Borla pro se et regno
ungarie
Bertholdus rube prepositus Lubucen pro se
et epis Carbaten ostilien et
Curonen
Petrus Sawg in theologia doctor pro universitate
studii Lubiacen
Jo. Cresse licenciatus in utroque pro duce
Bo. bauarie comite Holandrie
Mayster albertus de Neruberga
pro se et epo Bambergen
Phlipus de Lempsa litera apli
ca scriptor pro se et Bartholomeo
abbate monasterii scti Laurencii extra
muros Ariden dioc
Curzo de Ornola auditor sacri
pallacii aplici et Albertus vo
redrup pro se et archiepo pra
gen
Jo et Arnaldus furtheim litera
apliaca scriptores pro se et electo
Gren
Mutzel Gedall rector parochialis
ecclesie in Losen Wrate dioc pro
preposito Maristulen ordinis premonstra
ten Costm dioc
Nicolaus de bulhomby pre
ceptor generalis ordinis sancti sepulcri
domini

Commendatus pro se et abbate
sancte trinitatis vercellensis ordinis
vallis umbrose
Basilius de tr. septem episcopi ...

Fredericus fulginas pro abbate monasterii
... et Jacobo episcopo spoletano
episcopo interamno et pro ... de trevi
et de fulginio
dominus Arsenius de Alexandria episcopo
Altisiamen

Sessio 21

Anno a nativitate domini 1416o die vero sabbati 30 et penultima mensis
Maii fuit celebrata sessio generalis in maiori ecclesia Constantiensi presidente
in eadem Reverendissimo patre domino Jo. episcopo Ostiensi Cardinali. In qua quidem sessione dicto
officio misse de spiritu sancto cum letaniis et aliis in sessionibus consuetis
omnibus completis fiebat sermo ad clerum per reverendum patrem in ... Jacobum
episcopum laudensem qui pro suo themate assumpsit verba hec videlicet Exprobravit
incredulitatem eorum et duriciam cordis. Et eo finito magister Jheronimus
de praga in medio existens ascendens quoddam scannum replicavit contra
prefatum dominum Jacobum et eius sermone et alia diversa dixit et allegavit
specialiter quod revocacione et abiuracione qua fecerat in publica sessione
illam fecisset ob timorem ignis cuius credere erat crudelissimus et quod quicquid co-
nsensit in condempnacione Joh. Hus ... male locutus fuit sicut umquam
fuit locutus fecisset per abiuracionem et similia diceret. Quibus et aliis
pluribus auditis Reverendus pater dominus patriarcha constantinopolitanus unus
de commissariis ipsius synodi dicto magistro Jeronimo presente et audiente
sententiam diffinitivam contra eundem Jeronimum de praga alta et intelligibili
voce in scriptis legit et promulgavit prout et quemadmodum in quadam ce-
dula quam in suis tenebat manibus cuius tenor inferius inseritur plenius
continetur et habetur. Et ea qua sententia lecta idem Jheronimus traditus est potestati
seculari et combustus fuit.

Tenor sententie diffinitive late contra Jeronimum de praga

In nomine domini amen. Christus deus et salvator noster vitis vera
cuius pater agricola est, discipulos ceterosque fideles suos in illa institu-
it inquiens: Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes et
arescet. Cuius summi doctoris et magistri doctrinam sequens et precepta observans
hec sancta Constanciensis synodus in causa inquisitionis heretice pravitatis
per eandem sanctam synodum mota, publica fama referente et clamosa
insinuacione precedente, contra magistrum Jheronimum dictum de praga, magistrum
in artibus laicum, ex actis et processibus constat eundem
Jeronimum tenuisse, asseruisse et dogmatizasse nonnullos articulos here-
ticos et erroneos, dudum a sanctis patribus reprobatos, quosdam vero
blasphemos et alios scandalosos, et alios piarum aurium offensivos,
temerarios et sediciosos, dudum per dampnande memorie Johannem
Wicleff et Johannem Hus assertos predicatos et dogmatizatos
et in libris Jo. Wicleff et Jo. Hus insertos; qui Wicleff dicti et
Joh. Hus persona per eandem sanctam synodum et eius sententiam de heresi dam-
nati et condempnati fuerunt; quam dampnacionem sententie idem Jeronimus
postmodum pendente huiusmodi inquisitionis causa in eadem sancta synodo agno-
scens et profitens, veram catholicam et apostolicam fidem, approbavit et eidem

consensit anathematizavitque omnem heresim presertim eam de qua erat infamatus
et se confitebat infamatum et quam pridem temporibus dogmatizaverunt et tenuerunt
Johannes Wicleff et Johannes Hus in suis opusculis sermonibus et libellis
et personas que cum suis dogmatibus et erroribus ab eadem sancta synodo
dampnati fuerunt tamquam heretici et eorum doctrina similiter dampnata premisso-
rumque omnium dampnacionem et processus et iuravit se in veritate fidei catholice
permansurum Et si quis contrarium sentire vel predicare contempserit
eternam severitatem subiacere et eterne pene voluit obligari recitavitque suam professionem
manu sua conscriptam eidem sancte synodo obtulit atque dedit post quas profes-
sionem et abiuracionem multis diebus transactis sicut canis ad vomi-
tum rediens ut virus pestilentissimum quod in suo latitabat pectore pu-
blice evomeret audiencia publica sibi data in eadem sancta synodo publice
congregata asseruit dixit et professus est in effectu quod iniquam sentenciam dampp-
nacionis doctorum Wicleff et Johannis Hus inique consenserat et illam firmiter
approbando mentitus fuerat nec verebat se confiteri mentitum Quinymo confes-
sionem approbacionem et professionem suas super illorum dampnacione revocavit
bat vivit et mentitum asserendo se in libris Wicleff et Johannis Hus nullam unquam
heresim vel errorem legisse licet ante fuit confessus et probatum sit evidenter
ipsum libros eorum diligenter studuisse et legisse et dogmatizasse et
in quibus constat plures errores et hereses contineri Verumtamen de
de sacramento altaris et transsubstanciacione panis in corpus Christi professus est
se tenere et credere quod ecclesia tenet dicens se plus credere Augustino
et aliis ecclesie doctoribus quam Wicleff et Hus Constat insuper Jeronimum
eundem dominorum predictorum Wicleff et Hus dampnatis et eorum erroribus
adherere illorumque fautorem fuisse et esse Propter que eadem sancta synodus
eundem Jeronimum tamquam palmitem putridum aridum in vite non manentem foras
mittendum decernit ipsumque hereticum et in heresim relapsum excommunica-
tum et anathematizatum pronunciat et declarat atque dampnat

Sessio 22a de unione Ambasiatorum Regis Aragonum

Die Jovis xv mensis Octobris Anno a nativitate domini 1416
indictione 9 fuit celebrata sessio generalis in maiori ecclesia Constanciensi
ad hoc specialiter deputata Et reverendus pater dominus Bartholomeus Archiepiscopus
Mediolanensis cedulam tenoris subscripti legit et publicavit

Decretum locacionis Ambasiatorum Regis Aragonum

Sacrosancta Constanciensis synodus etc. Considerans quod ad suam et suorum adherencium et
perfectorum instanciam oratores carissimorum ecclesie filiorum Karoli et Johanne
Regis et Regine Jherusalem et Sicilie illustrissimorum venisse fuerit et quod expectantur
oratores carissimi eiusdem ecclesie filii Regis Castelle et Legionis illustris
qui ad synodum venturi ad presenciam cum ipsa synodo ecclesie unionem
placeat eisdem oratoribus dictorum Regis et Regine dimittere locum quem in
loco sessionis nunc tenent tamquam qui eisdem oratoribus Regis Castelle
venientibus debebitur et durante presenti concilio vadant ad partem sinistram
immediate post ambasiatores carissimi filii Regis Anglie illustris
Decrevit eadem synodus decernit et statuit quod ab hiis sive veniant sive non

veniant dicti oratores Regis Castelle non preiudicet eisdem Regi et Regine
et eorum Regnis nec dictis oratoribus suis eorum nomine aut aliis quibuscumque
quo ad locum et honorem quem sibi in hac synodo debent tam in sessionibus quam
in processionibus et aliis quibuscumque oratoribus Et si contingat quod medio
tempore ante adventum oratorum dicti Regis Castelle aliquis vel aliqui
oratores alterius Regis sederent in loco predictorum ambaxiatorum dictorum Regis
Jacobi et Johanne Regine dimisso, declarat eadem synodus quod hoc erit
de tollerantia permissione et gratia, et pro hac vice dumtaxat Et quod per hoc
illi vel illis nullum ius acquiratur ex sessione predicta nec preiudicetur
dictis ambaxiatoribus Regis et Regine predictorum et Regnis et proces-
sionibus nec aliis actibus qui occurrerint in hac synodo

Cedula lecta per ambaxiatores Regis Aragonum

Nos Iohannes Raymundi Fabri. Comes Cardone frater Anthonius
Capal sacre pagine magister generalis ordinis beate Marie de mercede
Raymundus Xetmar miles Sperans in deo Cardona Insultus dominus
de Sabello gratie de sancta Maria de Torre et Aymerici de Rotis utriusque
iuris doctores oratores et procuratores illustrissimi principis et domini
mei domini Alfonsi Regis Aragonum et Valentie et intendentes adim-
plere conventionem Narbone initam inter serenissimum principem et dominum dominum Si-
gismundum Romanorum et Ungarie Regem ac plures venerabiles et legatos pre-
sentis congregationis Constantiensis ex una et etiam oratores et procuratores ac nun-
cios dominorum Regum Castelle Aragonum et Navarre necnon illustrissimorum de-
principum ducis Fuxi et Armaniaci comitum ex alia partibus illis presentibus
hinc nos in isto loco coram paternitatibus vestris presentes nos ad prosequen-
dum dictam conventionem et omnia et singula contenta in ea Et sic inter
alia dicitur quod in sexto capitulo dicte conventionis continetur quod quia fiat per
prelatos ceterosque venerabiles ceteros huius congregationis per litteras que diri-
gerent ad dictos principes et alios de obedientia domini B. pape 13 que
nominati Et viceversa prefati domini Reges et principes de obedientia
dicti domini Benedicti faciant litteras convocatorias ad vos prenominatos pre-
latos ceterosque dictos de congregatione predicti vel prefatos ambaxiato-
res vel procuratores mittendos vos hic in Constantia congregatos convocabunt
et attento etiam quod convocatorie litere pro parte vestra dicto domino Regi Ara-
gonum presentate fuerint Volumus et nos satisfacere dicto capitulo cum tenore
presentium ad litteras convocatorias que in se continent tenorem et insertionem
domini episcopi presbiteri et cetera quam legit archiepiscopus Mediolanensis le-
gebat. Et postquam prefatus archiepiscopus suam lecturam complevisset
ambaxiatores dicti Regis Aragonum volentes satisfacere dicto capitulo
deponunt per organum dicti magistri Anthonii Capal

Nos oratores et procuratores illustrissimi principis domini Alfonsi
domini mei Regis Aragonum et cetera Convocamus nos omnes prelatos et ceteros
dictos de hac congregatione iuxta tenorem dicti capituli Deinde prelati et
ceteri in ipsa congregatione existentes per organum archiepiscopi Medio-
lanensis responderunt in hunc modum

Nos miseratione divina Episcopi presbiteri et diaconi Cardinales et patriarche
Archiepiscopi prelati et ceteri hic congregati dicta concessione acceptamus et offerimus
nos paratos sine dilatione quacumque ad procedendum ad ulteriora Et insuper
rogamus vos oratores et procuratores predictos quatenus ad unionem faciendam neces-
sariam procedatis iuxta tenorem tercij capituli conventionis predicte quod incipit
Item quod prestita de obedientia domino Benedicto etc.
Et ipsi domini oratores predicti domini Regis Aragonum responderunt per
organum domini Anthonij Capall
Nos oratores et procuratores predicti domini Regis Aragonum dicto nomine
unimus nos vobis iuxta tenorem capituli antedicti
Mox domini prelati et ceteri dixerunt et responderunt per organum domini Archi-
episcopi Mediolanensis ut sequitur
Nos miseratione divina Episcopi presbiteri diaconi Cardinales patriarche
Archiepiscopi prelati et ceteri hic congregati supradictam unionem vestram acceptamus
et ergo nos vobis predictis procuratoribus dicto nomine iuxta eiusdem capituli
tenorem unimus Et sic compleati quia Ambassiatores predicti dixerunt
submissa voce In nomine patris et filij et spiritus sancti Et super premissis
petierunt instrumentum et instrumenta fieri unde Et presidentes pro nacionibus
ac Cardinalis Ostiensis pro collegio cardinalium responderunt pro illo
Quibus sic peractis prefati domini Ambassiatores Regis Aragonum de-
scenderunt ambonem et iverunt in scampno in quo sedebant domini
Ambassiatores Regis Francie et interpositi fuerunt ibi taliter in hunc mo-
dum primo cum in primo loco sedebat dominus Johannes de Ger-
sano Cancellarius parisiensis sacre theologie professor Ambassiator
Regis Francie Et post eum in secundo loco dominus Johannes Raymundi Comes Car-
donie Ambassiator Aragonum Regis et sic intercipiendo de alijs
Quibus sic ordinate et in bona concordia completis Reverendissimi domini
Cardinales ac ceteri domini et prelati pluvialibus se induerunt mitras
capitibus imponentes et Reverendissimus pater dominus Jo. episcopus Ostiensis sancte Romane ecclesie
cardinalis in eadem sessione presidens episcopus assumpto secum dyacono
et subdiacono et alijs ut communiter moris in talibus sollempnibus fieri consuetis
completis Archiepiscopo Mediolanensi legente dictum capitulum sequentia
¶ Concessio vocum Ambassiatorum Regis Aragonum
Sacrosancta generalis synodus Constanciensis in spiritu sancto legitime congregata et
generalem ecclesiam et catholicam representans nos dicte synodi specialiter monentibus
pro bono pacis et unionis redintegrande in ecclesia sancta dei statuit et decrevit
ac salvis semper protestatione infrascripta quam in omnibus infrascriptis capitulis et
in singulis eorum partibus voluit haberi pro repetita libellis concedit di-
lectis ecclesie filijs nobilibus Religiosis et egregijs viris Johanni Raymundi
Cardone comiti fratri Anthonio Capal sacre theologie magistro generali or-
dinis beate Marie de Mercede et Raymundo de Perinaro militi sperati in deo
Cardona Jurisperito Gundisalvo Garsie de Santa Maria decretorum et Michaeli
de Nava utriusque Juris doctoribus oratoribus procuratoribus et Ambassiatoribus
et consiliarijs carissimi in Christo ecclesie filij Alfonsi Regis Aragonum illustris
Et pro maiore robore et firmitate cum eisdem oratoribus presentibus convenit ac

parsatur quod oratores prefati presentes et alii venturi oratores eiusdem Regis huic
durante concilio pro hac vice incipiat vocare tante virtutis et auctoritatis quanti
essent vive vocis omnium prelatorum ecclesiarum ac personarum Regnorum et terrarum ipsius Regis quas
possidebant et ultra mare que ad generale concilium sunt assuete vocari et hoc
in natione yspanica in qua erunt. Et quod per hoc concilium expediantur negotia
per nationes more modo quo in prioribus conciliis hactenus observatum.
Item quod carissimi ecclesie filii Regis Castelle Portugalie et Navarrie illustres
habeant eandem gratiam que etiam exprimitur nichilominus consanguineitatem ipsorum
predecessores eorum etiam hanc voluerint, ipsis tamen Regibus Castelle et Navarre
observantibus capitula in Civitate Narbonensi inter carissimum ecclesie filium
Sigismundum Romanorum et Hungarie Regem illustrem, et dilectos etiam filios patres
et nuncios dicte Synodi ex una, et patres et oratores predictorum Regis
Castelle Aragonum Navarre ac dictorum dicte ecclesie filiorum comitum Fuxi et Ar-
meniaci Comitum partibus ex altera concordata. Item quod predicta concessio
valeat pro presentibus et personis etiam predictis licet non fuerint in concilio absentibus.
Item quod solemniter protestatur quod predicta concessio atque statuta dicta conces-
siones et pacta huiusmodi omnino intelligantur facta sine aliquo preiudicio capitulorum
predictorum in dicta Civitate Narbonensi concordatorum, quibus capitulis con-
cordatis ac concordie dicta sancta synodus omnino stare intendit nec ab eis
in toto vel in parte recedere. Et ita ipsi etiam oratores predicti solemniter
protestantur.

Sacrosancta generalis synodus Constantiensis in spiritu sancto legitime congregata visis
et consideratis capitulo sexto de capitulis Narbonensibus inter carissimum ecclesie fi-
lium Sigismundum Romanorum et Hungarie Regem illustrem, et dilectos etiam ecclesie
filios patres nuncios dicte synodi ex una et patres et oratores carissimorum
dicte ecclesie filiorum Comitum Fuxi et Armeniaci partibus ex altera con-
cordatis quod incipit Item 2o quod dicte convocationis fiende etc. usque Volens in
omnibus observare dictum capitulum, primitus ratificat approbat et specialiter
confirmat et noviter firmat et statuit ac decernit in omnibus et per omnia
prout in dicto capitulo continetur. Visoque etiam 8o capitulo dictorum capitulorum quod
incipit Item 8o quod premissa etc. Abolet tollit annullat eadem sancta synodus
quoscumque processus sententias ordinationes statuta et penas ut in dicto capitulo
quarto super describitur continetur usque ibi Et quod sententia etc.
Item statuit eadem sancta synodus quod iniurie dicte vel occasione
dicti scismatis aut adhesionis dicti domini Benedicti et suorum predecessorum
domini Clementis processit contra dictos Reges principes et alios de obedi-
entia dicti Benedicti quibuslibet facte in vendicio vel extra, ut in fine dicti ca-
pituli 8i super describitur continetur. Visoque etiam 7o capitulo quod incipit
Item quod predictum statuat etc. Eadem sancta synodus approbat laudat con-
firmat et meliori modo quo fieri potest plenissime firmat omnes et sin-
gulas concessiones dispensationes et gratias factas per d. b. predictum
quibuscumque personis sue obedientie de quibuscumque dignitatibus ut in
dicto 7o capitulo continetur usque in dicta prime concessiones facte eidem
d. Benedicto per Reges et principes sue obedientie, ut in ipso capitulo continetur.

Visis capitulo II° capitulo quod incipit Videatis quod dicitur dominus Rex etc. et attento
quod dicitur in dicto II° capitulo ibi Et quod in prima sessione dicta sancta synodus
nodus faciat concedit statuit et ordinat in omnibus et per omnia ut
in dicto capitulo continetur Omnia premissa tam plan[e] quam certi quamquam notabiles
viri sessionem intecentes quam oratores prefati cognoscere meruerunt
Instrumenta autem predicta nomine concilii et aliorum quorum interesset et
ipsius concilii mandato requisiverunt et receperunt Venerandi patres domini
Paulinus Rodini apto docto in qua sedent Episcopi et presbiteri Cardinales et
Thomas polle sede sedis prothonotarius a parte sinistra in qua sedent dyaconi
Cardinales Quibus peractis prefatus dominus Mediolanensis legit
cedulam tenoris sequentis Et predicta omnia et singula intelligantur
et locum habeant semper attento tenore omnium et singulorum capitulorum Narbone
concordatorum Quibus et eorum cuilibet dicta synodus prout intendit
nec ab eis vel eorum aliquo in toto vel in parte recedere Et vigna ex parte
nationum et dominorum Cardinalium fuit responsum placet
Deinde dominus Anthonius Caxal legit quandam cedulam tenoris sequentis etc.
Cedula acceptationis per ambasiatores Regis Aragonum lecta
Nos Jo. R. Flor. Comes Cardone frater Anthonius Caxal sacre pagine
magister generalis ordinis beate Marie de mercede Raymundus Xatmar miles
Sperans in deo Cardona Jurisperitus Gundissalvus Garsie de Santa Maria
doctorem et Michael de Navers utriusque iuris doctores doctores
procuratores Ambasiatores et consiliarii illustrissimi principis et domini
nostri Alfonsi regis Aragonum etc. dicte nomine et quolibet nostrum nominibus
omnibus quibus aliis melioribus modo iure via forma causa et nobis
quibus validius et efficatius possumus et valemus omnia et singula
dicta statuta et protestationes nullos contenti et peracta per sacrosanctam
generalem synodum Constanciensem nobis dicto nomine facta et edita
et que nunc sunt sacrosanctis lecta inspiciente per sufficienter expressis et solemni
ter repetitis Vice et nomine domini nostri Regis prefati acclamavimus Regum
et tractum suarum acceptavimus assentimus applicamus et solenniter confirmamus
Et similiter fuit ipsa sancta synodus protestata et quod non intendit recedere
amplius ne predicta civitate Narbonensi concordata de quibus in dicto
primis concilii nunc de primo edicto quod habet valuisse habeat pro expresso
et specifice declarato facta continetur metrico specialiter Ita et nos dictis no
minibus et quolibet eorum solenniter protestamur Et super omnibus supradictis
promotores concilii petierunt instrumenta et similiter ambasiatores
Regis Aragonum dicti fratris Anthonii Caxal idem petierunt
Predictus pater frater Anthonius Caxal fecit collacionem ad commendationem
Regis et Regine Aragonum assumens pro themate Rex tuus venit die 21°
Qua collacione facta Reverendus pater dominus cardinalis Sanctorum Cosme et Damiani
nomine synodi respondendo dicto fratri Anthonio Caxal fecit breve collationem
dicens Benedictus qui venit in nomine domini Post cuius collacionem ceperunt decantare ympnum Te deum laudamus etc. Et oratione facta dicta fuit certa missa

primo edicto

de Sancto Spiritu per Reverendissimum in Christo patrem dominum Cardinalem Aquilegiensem vulgariter nuncupatum
Acta fuerunt hec Anno indictione die mense et loco quibus supra

Sessio 23.

Die Iovis 7a mensis novembris Anno a nativitate domini 1416 indictione
9a celebrata fuit generalis sessio in maiori ecclesia Constantiensi presidente eidem
sessioni Reverendo in Christo patre domino Johanne episcopo Ostiensi sancte Romane ecclesie Cardinali
Vivariensi vulgariter nuncupato fuitque cantatum officium misse de Sancto Spiritu per
d. Johannem ... Antthothein quo completo legebantur letanie
et alia fiebant que in sessionibus fieri solent Et eisdem completis Reverendus in Christo
pater dominus Bartholomeus Archiepiscopus Mediolanensis legit et publicavit
ordinationem sancte synodi sub tenore sequenti

Commissio deputatorum super processu citationis Petri de Luna

Sacrosancta et generalis synodus Constantiensis in Spiritu Sancto legitime congregata
in auctorem pacis verum deum dominum nostrum Jesum Christum qui sibi sponsam unicam sanctam ecclesiam
sui pretiosi sanguinis pretio comparavit quique in ea positus summus angularis lapis est ut
in templum sanctum in domino crescens simul parietes faciat utraque unum et in
pace fiat locus eius ad tollendum cetera obstacula concedit scissuram fidelium
in qua ille pacis adversarius caput ecclesie malignantium dolens pacis et erubescens
sevus homine ... ... materia caritate in terra bene, que in occi-
dente ... ipsius sponse Christi per scisma pestiferum ... vigens
et tandem diutius fuit per 38 annorum lapsum preteritis temporibus caritate refrige-
ravit et recedit unitate Que licet in magna parte summo dei munere
sacratissima generali synodo ... congregata cooperante
redempta sit per electionem et renunciationem domini Baltasar olim Johannis
23 et Renunciationem domini Angeli Gregorii 12 in sua obedientia nuncupati qui
inter se cum domino Petro de Luna Benedicto 13o in sua obedientia nun-
cupato de papatu contendebat Regnorum ... et Gregorii ... eidem sancte
synodo obedientie sunt unite Adhuc tamen hostis ille unitatis et pacis
in reliqua parte videlicet in sua obedientia dicti Petri Benedicti nuncupati ea dicti seu
eius parte per eundem dominum Anticrie ... et ... in grave
et maximum scandalum universalis ecclesie et ... populi atque periculum
fidei catholice et ruine fidelium animarum scissuram detinet et ... ...
volueratur Eadem sancta synodus inter alia ad ipsum scisma et heres
alia extirpanda procurando ... ipsius ecclesie unione et proprie congrega-
ta Considerans quod premissis attentis totum ... reliqui scismatis pondus
in personam dicti domini Benedicti consistit et quod in eo solo stat quominus
ipsum scisma radicitus extirpetur et quod inde resultet ... unio
ecclesie sancte dei Et attendens quod in tam diuturnis temporibus quibus hoc
scisma pestiferum pertractatum est omnium doctissimorum virorum
fidelium ingenia circa id sinceris studiis et laboribus ... maxime
difficultatibus eiusdem scismatis nullam viam possibilem et securam
sine fidelium scandalo ad presentem scisma extirpandum reperire potuerit
preter cessionem ... ... quia via ... ... vocatus

asseris ut multorum vox et fidelium testatur ante suam electionem asserens in papa
pro pace et unione ecclesie laudabat et approbabat atque in sua electione quando
fuit electus promisit et iuravit professus in unione ecclesie per omnes vias et
modos usque ad cessionem de papatu inclusive si necesse se ipsum in papam eligi contingeret
per cardinales qui tunc erant vel eorum maiori parti expedire videretur atque post
suam electionem idem iuravit et promisit dictaque conditio postmodum etiam
promissa [illegible] et deinde pro pace et unitate ecclesie promisit et iuravit
papatui suo per se vel alios videlicet Johanne et Gregorio cum eo contendente re
cedere mortuo vel electo que etiam conditio in ambobus videlicet Jo. et Gregorio
predictis solemniter impleta extitit prefertur. Attendens igitur quod idem dominus dictus
assertus Benedictus iam 22 annis completis papatu se tenuit quibus
temporibus multipliciter multisque modis ex parte regum principum prelatorum
et aliorum pro amore [illegible] alterius obedientie etiam post promissionem
[illegible] cum magnis et instantiis [illegible] solemnibus
[illegible] et devotis requisitus quatenus pro tollendo huiusmodi scismate et
unione ecclesie sancte dei vellet suo processu papatui cedere prout bonum fidei
[illegible] seu maioris partis illorum medio [illegible] iure divino et
humano, quod facere ipse semper [illegible] recusavit et subterfugia [illegible]
adhibens ad [illegible] in petras ecclesiam [illegible] in
huiusmodi scismate quod ipse tollere poterat nulla [illegible] curam aut diligentiam
sufficientem et effectualem adhibuit ad ipsum scisma tollendum et ecclesie
unione conservandam sed ad unum [illegible] angulum in castro [illegible]
Paniscole [illegible] ubi [illegible] se reclusit ubi
quantum suo posse prefatum inveteratum scisma nutrivit et fovet et impedimenta
quecumque potest prestat et prestitit ne ad dictam unionem perveniri possit
Hec omnia [illegible] dicta [illegible] manifestatus [illegible]
super premissis et aliis declaratis in processibus et actis latius [illegible]
volens eadem sancta synodus [illegible] quod oportet et [illegible] prefatum
et ad ipsum scisma [illegible] submovendum procedere licet premissa omnia
notoria et vera [illegible] habeantur et reputentur et super illis tota fidelium
clamat multitudo sibi ipsi satagens providere [illegible] huiusmodi pro
unionis remedio [illegible] committit [illegible] ecclesie filiis [illegible]
Martini et [illegible] Cosme et Damiani [illegible] Florentino diacono sancte Romane
ecclesie cardinali [illegible] Constantien. et [illegible] Stephano [illegible]
Roberto [illegible] episcopis ac dilectis ecclesie filiis Jacobo electo [illegible]
[illegible] nepotis [illegible] Anthonio [illegible] generali ordinis beate Marie de
Mercede fratri Mauricio de Praga sacre pagine professoribus Michaeli de Ra
ners Nicolao [illegible] Johanni [illegible] doctoribus
et eorum maiori parti quatenus super premissis omnibus et singulis ac eorum
circumstantiis [illegible] et [illegible] ac aliis [illegible] quilibet [illegible] illorum
[illegible] fama et clamore ac etiam que loca insignia consistunt viciniora
dicto castro Paniscole adque sit tutus accessus summarie et diligenter inqui
rant testes et alia [illegible] recipiant et examinent eorum quod dicta

et attestaciones et alia quecumque invenerint in scriptis et in formam publicam
redigerint seu redigi faciant et etiam sacre synodo representent et fideliter referant
ut exinde ipsa synodus procedat decernat et statuat prout ad pacem et salutem ecclesie
et fidelium extirpacionem scismatis et unionem ipsius ecclesie secundum iusticiam videbitur
expedire. Dat quoque eisdem commissariis et cuilibet ipsorum parti testes et personas per censuram
ecclesiasticam compellendi ut veritati testimonium perhibeant et alios quoscumque contradictores ad
prestanda impedimenta cohercendi et alia faciendi circa premissa necessaria et etiam
oportuna plenam et liberam potestatem.

Lecta autem dicta ordinacione dominus patriarcha Anthiocenus pro nacionibus dicte synodi
nacionibus et de ipsarum consensu respondit pro libro placet. Et prefatus dominus Ostiensis
nomine collegii cardinalium similiter dixit placet.

Sessio 29ª pro decernendo citacionem contra Petrum de Luna

Die sabbati 28 dicti mensis Novembris fuit sessio celebrata generalis prefate synodi
Constantiensis mane hora tercia in ecclesia maiori predicta Constantiensi solemniter
celebrata in qua reverendus pater dominus patriarcha Anthiocenus officium
misse celebravit. Quo finito more aliarum sessionum lectis letaniis etc.
Presidebat eidem sessioni dominus episcopus Ostiensis. Reverendus autem pater dominus Stephanus
episcopus Dolensis ordinatorum ipsorum commissariorum legit citacionem decretam
contra Petrum de Luna, cuius citacionis tenor sequitur et est talis

Tenor citacionis contra Petrum de Luna

Sacrosancta synodus Constantiensis universis et singulis venerabilibus fratribus patriarchis
archiepiscopis episcopis ac dilectis ecclesie filiis abbatibus prioribus prepositis decanis ar-
chidiaconis tam kathedralium quam collegiatarum canonicis prebendatis ac
conventibus et regularium ecclesiarum rectoribus ceterisque viris ecclesiasticis, nec non no-
tariis et tabellionibus publicis quibuscumque ac aliis Christi fidelibus ubilibet
constitutis et cuilibet eorum in solidum, ad quos presentes littere pervenerint salutem
et omnipotentis dei benedictionem ac mandatis nostris et ecclesie diligenter obedire.
Clamat sancta fidelium mater ecclesia sponsa Christi, clamat eciam populi
multitudo, clamaverunt a iam multis annis ad dominum, in presenti tri-
urgentes durius temporibus scismatis pestiferi tribularent et tribulant ut
in toto adesset condoluerunt eos. Attendunt enim quanta pepererit infaustum
pestiferum hoc scisma et divisionis nephandum in universali ecclesia ca-
lamitates, quam inveterata scismata, quamque letalis infirmitas, quamque
postremo graves et periculose tenebras ruinas iam perpetrarunt in vita et moribus
in statu et honestate cleri, iam in libertatibus suis et quod gravius
est in cultu dei et officio divino, quod gravissimum est in religione et fide
Christiana ipsa deformatur. Circa insurrexerunt et pullulant in diversis regio-
nibus heresie atque heu per nitorissimi scismatis. Et ut eidem
ecclesie de unico summo pastore et indubitato Christi vicario provideatur
velocius per divinam providenciam tum dei auxilio prefate ecclesie periculis et tam
gravibus universalis ecclesie morbis competens adhibeatur medela, pertimescendum
est ne labatur prout iam sepe lapsus est omnis decor eius, dictum quod universis
Christi fidelibus in contemptu et scandalum cessit ut iam de ... in obprobrium et

occultatorem. Et quibus etiam deus et fidelis populus xpianus grave scandalum
patiuntur. Et quod licet dictus Benedictus papa 13us a 22 annis citra se in sua obediencia
nuncupatus prefatis istud scisma quod ante eius electionem iam 21 annis per quosdam
te cardinali duraverat tollere totis viribus etiam usque ad deponendum animam pro
grege dominico tenetur et tenebatur, licet etiam eidem B. cum predicte calamitates
scismatis et alia pericula et scandala premissa incognita non fuerint, immo sint
sedi eidem et toti populo xpiano nota, per eum predictis calamitatibus et scismatis
periculis et scandalis obviari, ac totum predictum scisma tollere potuit et adhuc
posset attento maxime quod dominus papa 23us se in sua obediencia nuncupatus
sponte renunciavit, solo ipso Benedicto pro papa, postmodum se gerente, sic quod
et magis post totum pondus dicti pestiferi scismatis et facultas illud sub-
movendi, et a quo premissa omnia mala et pericula provenerunt ac per-
durant constat et consistit adhuc, licet insuper idem B. et confitens cardin-
ales ipsius electionem ad tollendum dictum scisma via renunciacionis mutue
condescenderunt de papatu laudavit et approbavit et dixit esse utiliorem
et faciliorem et mandavit solempniter tunc aliis cardinalibus ipsius obediencie
imminente electione summi pontificis Romani in sua obediencia per eos fienda quod si
ipsum contingeret in papam assumi, sicut fuit assumptus, ipse unionem ecclesie
sine contradictione dilacione et machinacione quibuscumque diligenter prosequere-
tur per omnes vias accomodas etiam usque ad cessionem papatus inclusive si
prefatis Cardinalibus quibus tunc erat vel eorum maiori parti videretur expe-
dire ipseque assumptus in papam idem induat. Et prout dictis Cardinalibus
vel eorum maiori parti, unico omnibus post unum visum fuit expedire, quod ipse unio-
nem ecclesie prosequeretur per viam mutue cessionis et quod illam offerret. Et hec
idem eidem B. per eos in papam assumpto promittit postmodum declaratum et data
premissa conditio fuerunt etiam deinde ex parte karissimi ecclesie filii karoli
ffrancorum Regis prefatos solempnes legatos clare memorie duces bituricen
et Burgundie patruos et Aurelianen fratrem dicti Regis et alios plures
ad eum postea destinatos necnon zelatores pacis ecclesie cardinales prefati
B. nominati. Et postmodum ex parte dicti ffrancie necnon karissimorum ecclesie
filiorum Anglie et castelle Regum prefatos solempnes legatos et deinde speci-
aliter et similiter ex parte eiusdem ecclesie filii carissimi Wenceslay Bohemie
tunc Romanorum Regis et consequenter pallos plures cum magna devocione et
humilitate supplicatum, et etiam in unum prefati mandanti per eum requisitus, quatenus
vellet prosequi unionem ecclesie per viam mutue cessionis sue et alterius conten-
dentium cum eo de papatu, apud quem similiter prosequi habebat in mandatis et
intendebat, que via fuerat fuit et est ab omnibus xpifidelibus maxime principi-
bus et prelatis ac universitatibus generalium studiorum atque predictis viris
et doctoribus dominis sapientibus obediencie predicte vel aut a maiori parte eorum multis
approbatum, et in tam diutinis temporibus nulla alia accomoda secura
et efficax ac facilis ad tollendum scisma presens attentis difficulta-
tibus in iure et in facto potuit reperiri, reputatum est fuit et est a doctissi-
mis et peritis divini et humani iuris, quod idem B. pro unione ipsius

ecclesie ac tollendo ecclesie scandalo et scismate suo papatui cedere tenebatur
et tenet. Sicut insuper idem B. aliquorum dictis instantia Deo et ecclesie pro
misit induit et vovit pro unione ecclesie cedere papatui alio de papatu
tum eo contendente cedente mortuo vel electo. Et Jo. 23us electus fuit et
cessit atque Gregorius prefatus cessit ut prefertur fuit quod idem B. post hec omnia
nullo pro papa se gerente insuper ex parte principum sue obedientie immo universe
fere fidelium solempniter per carissimum ecclesie filium Sigismundum Romanorum qui
propter hoc et clare memorie Ferdinandum Aragonum regem atque nonnullos
alios principes et dominos sue obedientie apud eum personaliter constitutos
necnon legatos Francie Anglie et Castelle predictorum necnon carissimi ecclesie
filii Caroli Navarre regum atque generalis concilii Constan. pro unione
congregantium sic pro obedientiis dictorum Jo. et Gregorii tunc in ea parte cum magna
devotione humilitate et instantia sepe requisitus quatenus premissis attentis cum
non esset aliter possibile dictas duas obedientias ad suam obedientiam redu
ci et in eo plus consisteret pondus scismatis et facultas illud tollendi
vellet dare pacem ecclesie et scisma tollere per suam de suo papatu renunciacionem
ad quod tenebatur de iure divino et humano presertim cum nulla alia via
sedandi scismatis predicti per tot preteritorum annorum ingenia et labores tam diu
turnis temporibus poterit adhuc accomoda ut premittitur reperiri.
Idem tamen B. tantorum regum ac principum quinymmo se totius ecclesie huiusmodi
totiens iteratis precibus requisitionibus et ammonitionibus cum ipsa irrita
ta recusatis et spretis ac minime exaudiens prefatus quod ipsius ecclesie
calamitatibus scandalis atque periculis non compaciens nec providens
de loco Perpiniani ad quem prefati reges et principes ac legati pro premissis
convenerant cum armata manu recessit et ad Colibero portum maris
ubi suas galeas armatas habebat se transtulit in quo loco requisitus
fuit adhuc de premissis requisitus pro parte oratorum regum Castelle
Aragonum et Navarre ac principum predictorum oratorum quia requisitionem
tunc non exaudivit sed in longum protraxit nec etiam postea exaudivit
et de dicto loco recedendo in munitissimo castro Paniscole Dertusen.
dioc. ubi ad eum non est tutus accessus se reclusit. Ubi ex parte prefati regis
Aragonum de premissa cessione fienda pro parte ecclesie fuit iterum
et tercio requisitus et iterum recusavit et suo posse prefatum tam
inveteratum scisma fovet et nutrit impedimenta quantum potest
prestitit et prestat procuravit et procurat ne ad predictam unionem perveniri
possit. Quod hec omnia scisma et heresim inferunt seu inferre debent.
Per que etiam turbatur et scandalisatur leditur et periclitatur status
universalis ecclesie predicte deinque fuit turbatus scandalisatus et lesus.
Quod erat scandalum tantum est quod attento ipsius universalis ecclesie statum
nulla ratione potest de congregatione fidelium removeri insuper cedere mor
tuo vel electo etiam si habet verum ius in papatu. Ex quibus etiam B.
apparet fuisse et esse fautor nutritor inveterati scismatis predicti atque

scismaticus et hereticus esse censendus. Et super hiis in multis fuit et est publice
ac dampnabiliter diffamatus, taliter quod sine scandalo ecclesie dissimulari non possit nec potest
nunc sine periculo tollerari. Et super quibus clamor validus clamat et ingreditur
prostitutus populus plangit, et commissa que in facto consistunt notoria reputantur
atque vera. Commendatores vero nostri more solito canonice commonitati
ac representantes universalem ecclesiam, considerantes in domino qui cepit
in nobis opus bonum, duobus iam penitus ampliatis [illegible] remotis impe-
dimentis et ipse perficiet et corriget. Instabit hora temporis miserendi
eius quia venit tempus. Cor [illegible] dum expectatum
sed adhuc ad cor minime revertentem, decrevimus super premissis omnibus et sin-
gulis fore summarie et deplano per nos procedendum. Et quia super fama et
notorietate premissorum summarie et simpliciter mandavimus per nonnullos
venerabiles fratres ac dilectos ecclesie filios cardinales sancte Romane ecclesie, ac alios
prelatos et alios transmarine patrie, ipsa utriusque iuris professores, commis-
sarios nostros ad hoc electos et specialiter deputatos inquiri, informationemque
recipi. Que legitime recepta, relatione facta in publica sessione
nostra sacrosancte Constantiensis synodi. Et una plene audita et discussa
mature, decrevimus atque digesto consilio, et super premissis salvo quod
[illegible] iudicialiter procedendum fore ut in notoriis. Ipsumque B. esse
attenta natura processus notorii citandum, nimie iuris rigore servato
veniret, citandum fore ad cautelam in hoc [illegible] citationis [illegible] rigori
iuris indulgentes, non intendentes super hoc [illegible] forma nostri processus
seu eius ordine omittere seu relaxare, et iudicialis seu ordinarie pro
[illegible] seu [illegible] forma. Et quia eundem B. fecisse et facere quominus
ad personam suam pateat tutus accessus, super hiis accepta summaria et legit-
tima informatione, reperimus. Nos specialiter contra suum eundem B. citari
decrevimus per edictum publicum, ad instar edictorum in albo pretoris ponendorum,
citatione quam ipsam in audientia publica eiusdem sacri concilii, quia vice
et effectum apostolice [illegible] et audientie apostolice litterarum decrevimus et decrevimus
[illegible] publice fiendam. Vobis quod omnibus et singulis et cuilibet vestrum
qui super hiis requirendi publice fueritis requisiti et fuerit requisitum, in virtute
sancte obedientie precipimus et mandamus, quatenus vigore harum nostrarum litterarum
per vos vel alium seu alios citetis publice prefatum Benedictum, quem etiam nos
earundem litterarum tenore citamus, ipsas quoque litteras nostras publice legatis et
legi faciatis in audientia litterarum predicta ac valvis maioris ecclesie Constantiensis
affigatis seu affigi faciatis. Insuper quod si super habundanti ad personam ipsius
Benedicti, si ad ipsum vobis vel alteri vestrum requisito vel requisitis, tunc
forsan fuerit accessus. Sin autem ad portas dicti castri in illis seu loci Pani- (ville)
scole, dicta illic vobis vel vestrum alteri non permittitur fuerit tutus acces-
sus, parrochiali in ecclesia Dertusensis et in valvis ecclesie maioris ville
[illegible] aut ville seu castri [illegible] eiusdem diocesis Dertusensis
aut in aliis locis circumvicinis que ad hoc ydonea decreveritis, in tempore
[illegible] ecclesie inter missarum sollempnia easdem nostras litteras alta

quartus.

et intelligibili voce perlegatis et legi faciatis per vos vel alium seu alios sub. 6. citatis peremptorie ac uno
edicto peremptorio pro omnibus quem etiam eadem per easdem presentes litteras citamus
ad comparendum personaliter in ecclesia kathedrali Constanciensi et in loco sessionis nostre ad diem
sexagesimum videlicet a die lectionis earundem litterarum nostrarum in audiencia publica predi-
cta vel ad diem septuagesimum a die citacionis facte ad personam suam vel ad val-
vas sui domicilii si ut premittitur ita fieri contingat. Alioquin a die citacionis
facte et publicate in ecclesia Dertusensi predicta quem terminum pro primo, secundo, tercio et perem-
ptorio termino assignamus, ad videndum et audiendum super premissis omnibus et singulis
et maxime super crimine scismatis et heresis predictorum [illegible] super notoriis et alias
procedi ad omnes et singulos actus et articulos iudicii seu cause huiusmodi
usque ad diffinitivam sententiam inclusive ipsamque sententiam videndum proferri
et audiendum prout iuris fuerit et prout utilitati predicte universalis ecclesie vi-
sum fuerit expedire, intimando eidem publice prout etiam nos per easdem
litteras intimamus quod sive venerit sive non, nos etiam ipsius absentia di-
[deleted] vina repleti presentia contra eum super premissis omnibus et singulis usque ad
diffinitivam sententiam inclusive procedemus prout ad utilitatem universalis
ipsius ecclesie mediante iustitia videbitur faciendum. Volumus autem et mandamus
quod easdem nostras litteras quas duplicandas et triplicandas et etiam quoties
opus fuerit multiplicandas mandamus et decernimus in valvis ecclesie ma-
ioris Dertusensis predicte affigatis vel affigi faciatis et affixas dimittatis
quatenus totiens et in tot locis facta earundem litterarum et citacionis publi-
catio omnis ignorantie et excusationis locum excludat. Decernentes
quod citacione huiusmodi facta in audiencia publica litterarum vel non in ecclesia
Dertusensi prefata cum affixione ad valvas ecclesiarum predictarum ut
premittitur et alteris ipsarum et qualibet earundem citacionum sic valeant
et illum arceat post lapsum termini citacionum ipsarum et cuiuslibet earundem
acsi ad eundem ipsius persona citatus extitisset et eidem personaliter intimate
lecte et presentate extitissent. Omnes et singulos Reges et principes
ac dominos temporales et populos karissimum ecclesie filium Alfonsum Regem
Aragonum omnes quam seculares aut temporalem exercentes iurisdictionem quacumque no-
mine titulo nuncupentur requirimus in fide Christi et dei vos ipsos nichilominus
ex parte nostra rogantes quatenus vobis aut vestrum cuilibet in executione premissorum
prebeatis auxilium consilium et favorem. Vos ipsi et vestrum quilibet ab omni impedi-
mento contra premissa omnia et singula quantum in eis est protegatis
et defendatis mandantes vobis et vestrum singulis prout ad quemlibet
pertinuerit quatenus nobis in nostra generali sessione de gestis per vos et responsis
fideliter sub publicis instrumentis infra dictos citacionum ipsarum relacionem faciatis.
Et debeat presentes. Datum Constancie x kl. decembris Anno a nativitate domini 1416 in nostra
generali et publica sessione :—

Una quidem citatione sicut lecta R. p. d. Anthonius Concordien. Alanus Leonen. et pro eius de sancta Maria Rectorum doctor Patricius Corhagen. et Nicolaus Mersburgen. Epi nomine nationum presentis sancte Synodi ac Jo. Epus Ostien. sancte Romane Ecclesie Cardinalis et vicecancellarius nomine sacri collegii dominorum Cardinalium responderunt et quilibet eorum respondit placet

Sessio 25

Anno a nativitate domini 1416 indictione 9 die vero lune 14 mensis decembris fuit sessio generalis in maiori ecclesia Constan. celebrata pro unione oratorum et procuratorum magnifici domini Jo. comitis de Fuxo et terrarum statuum dominorum suorum ipsius et illorum nominibus fuit autem dicti Ambaxiatores Rmus d. Petrus sancte Romane ecclesie Cardinalis de Fuxo ac Revendi patres Sancius Oloren. et Benedictus Adiuren. Epi fuitque idem modus et ordo observatus in hac sessione sicut in unione Ambasiatorum Regis Aragonum Postquam vero facta fuit dicta unio et incorporatio ad sacrum Concilium dictorum oratorum et procuratorum magnifici Comitis de Fuxo terrarumque statuum suorum dominorum Et Revendissimus in Christo pater dominus Bartholomeus Archiepiscopus Mediolanen. legebat Cedulam tenoris sequentis

Decretum concessionis ecclesie Olomucen. in commendam

Sacrosancta Synodus Constan. concedit et committit custodiam curam et regimen et administrationem Ecclesie Olomucen. in spiritualibus et temporalibus in regno Bohemie et Marchionatu Moravie vacantem pro presenti et legitima administratione earundem per obitum bone memorie Wentheslai Patriarche Anthiocen. qui auctoritate apostolica coadiuverat eam habebat in commendam in favorem fidei et integritatis et utilitatis ipsius Ecclesie dicto venerabili fratri Johanni Epo Luthomislen. usque ad electionem futuri summi Romani pontificis et deinde post eius per annos immediate sequentes mandans et committens venerabili fratri Johanni Epo Ostien. sancte Romane Ecclesie Cardinali et vicecancellario litteras super hoc opportunas in forma debita et gratis de mandato expediat

Et post hec de mandato predicti Concilii fuit responsum per d. ad hoc deputatos videlicet R. p. dominos Anthonium Epum Concordien. pro ytalica Jo. prothonotarium de Trembleyo pro gallicana Nicolaum Mersburgen. pro germanica nationibus Jo. Epum Ostien. Cardinalem Vivarien. nomine Cardinalium probus placet

Sessio 26 pro unione Ambasiatorum Regis Navarie

Die Jovis 24 mensis decembris fuit sessio generalis in maiori Ecclesia Constan. solenniter celebrata in qua fuit facta unio ad sacrum Constan. Concilium in nomine Illustrissimi principis domini Karoli Regis Navarie per suos solennes Ambasiatores videlicet G. Arnaldi Baionen. et Nicolaum Aquen. Epos Aquen. Canonicum et Archidiaconum Papolanen. ecclesie in sacra pagina magistrum et Jo. de Letorna legum doctorem fuit autem in hac unione

servatus idem modus et ordo qui in unione Regis Arragonum Ante vero quam
fieret dicta unio et incorporatio fuit celebratum officium misse et cantate letanie
et alia que de more in alijs sessionibus fieri solent Et facta dicta incorporatione
et unione Reverendus pater dominus ff. episcopus Aretinus legit quandam cedulam tenoris
ordinacionis et decreti Cuius tenor de verbo ad verbum sequitur talis

Decretum de non derogando iuri alicuius nationis de paritate

Sacrosancta generalis synodus Constanciensis in spiritu sancto legitime congregata
pro bono ecclesie unionis pacis et concordie nationum ex
certa sua sciencia statuit ordinat et decernit Quod salvis semper honoribus
locis prerogativis et excellentijs secundum morem laudabilem et consuetudinem
Romane ecclesie matris omnium christifidelium ab antiquo debitis et consuetis regibus sin
gulis principibus orthodoxis et eorum ambasiatoribus et nuncijs tam in pre
sencia summi pontificis quam alibi eciam in hac parte et alijs quibuscumque Con
cilijs generalibus racione ordinis in hoc sacro Concilio observata hactenus
vel in posterum observanda inter naciones sive in respondendo sive insiden
do aut sigillando vel alias per quascumque scripturas sigillaciones protesta
tiones seu collaciones aut aliqua alia huiusmodi gesta ab ipsis aut eorum
presidentibus commune vel divisim in ipso sacro Concilio sive alias in congrega
cionibus generalibus sive specialibus seu locis alijs quibuscumque
et qualitercumque nichil omnino excellencie seu preeminencie aut cuius
cumque alterius iuris prerogative aut possessionis vel quasi alicui nationi
per premissa vel aliquod eorum acquiratur seu acquisitum sit seu quomodo
accesserit seu acrescere possit causatum sive provenire vel possessive aut
alias contra premissa illa quam prohibet in futurum premissa aut premissorum aliquod
quomodolibet allegari Et nichilominus ex superhabundanti cautela et certa scientia
eadem sacrosancta synodus omnia et singula quecumque quomodocumque
cumque et ubicumque in premissis habita sive gesta aliqua per que possit
nocere cuiquam preiudicium inferri Que quantum ad effectum huiusmodi nullius efficacie
esse roboris vel momenti esse decernit reservans ipsis nacionibus et cuilibet
earum iura prerogativas et preeminencias eis et cuilibet earum ante
presens Concilium Constanciense alias competentes proviso quod per presentem
ordinacionem decretis statutis ordinacionibus et constitucionibus
iam per dictam sanctam synodum Constanciensem editis statutis et promulgatis non inten
dit alias in aliquo derogare in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque

Sessio 41 in causa [illegible]

Anno a nativitate domini 1417 indictione 10 die vero sabbati 20 mensis
februarij fuit celebrata sessio generalis in maiori ecclesia Constanciensi
presidente in eadem Reverendissimo domino Johanne episcopo Ostiensi sancte Romane
ecclesie Cardinali et vicecancellario Fuit quoque peractum officium misse per
Reverendum in christo patrem Johannem patriarcham Antiochenum et post officium misse

completo legebantur letanie et alie devote orationes more aliarum sessionum. Hiis vero
peractis fuit accusata contumacia Friderici ducis Austrie et aliorum in monitorio nomina-
torum suo [illegible] audire relationem faciendam per ipsos commissarios dicte synodi
super executionis validitate. Et [illegible] Reverendus pater dominus Martinus [illegible]
unus commissariorum in hac causa legit quandam rotulum papiri cedulam tenoris
infrascripti.

Relatio in causa Tridentina super executione monitorii promissivo sacre

Sacrosancta Generalis Concilii Constan. [illegible] commissarii in causa Tridentina dudum
per eandem sanctam synodum deputati ut se informarent simpliciter et de plano
ac sine figura et strepitu iudicii an monitorium alias per eandem sanctam synodum
contra illustrem principem dominum Fridericum ducem Austrie et alios quoscumque
occupatores et detentores ecclesie et civitatis Tridentine suis oppidis castris
terris et locis ac bonis et iuribus ad dictam ecclesiam Tridentinam pertinentibus
decretum sit debite executum et cum parte citandi dictum dominum Fridericum ducem
et alios quoscumque detentores et occupatores supradictos et per edictum publicum
in ecclesia Romana in valvis ecclesie maioris et sancti Stephani Constan. affi-
gendum et dicendum et opponendum quicquid verbo vel in scriptis dicere vel opponere
voluerint contra dicti monitorii executionem in dicta curia et in partibus
factis ac etiam propter non paritionem huiusmodi monitorii ad videndum et audiendum
se declarari per eandem sanctam synodum in penas in dicto monitorio contentas
incidisse etc. prout [illegible] eadem sancta synodus commisit constituit quod prefati commissarii
vel illorum maior pars commisse facerent et exequerentur et que super hiis re-
perissent eidem sancte synodo fideliter referrent dicunt et referunt eidem sacre
synodo quod [illegible] vocato dicto domino duce et
aliis pro parte dicti domini episcopi [illegible] et alia plura [illegible] dictarum
executionum monitorii tam in hac civitate Constan. quam in partibus
in omnibus locis in ipso monitorio deputatis per edictum publicum [illegible]
[illegible] de notario [illegible] fuerunt producta. Et [illegible]
secundum formam eis traditam [illegible] dicti domini ducis
ad singulos actus citato et constituto [illegible] dictas executiones
et monitiones fuisse et esse debite in locis [illegible] factas et executas
secundum formam predicti monitorii non obstantibus [illegible] parte adversa [illegible]
Et [illegible] in dicto monitorio [illegible] domino duci et complicibus pre-
dictis constitutum [illegible] lapsum esse nec eosdem monitos paruisse seu
[illegible] monitioni

Sessio 28 in causa Tridentina

Die Martis 3a Martii fuit sessio generalis in maiori ecclesia Constan.
solemniter celebrata presidente in eadem domino Johanne episcopo Ostiensi
[illegible] celebratum in ea officium misse cum [illegible]
per Reverendum in Christo patrem dominum Johannem patriarcham Antiochenum et predicto officio comple-
to supervenit ibidem serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum et
Ungarie etc. Rex cum suis nobilibus deinde vero legebantur letanie et

alie ordines que in sessionibus legi solent propterea vero partis accusate prius con-
tumacia domini Friderici ducis Austrie et aliorum non audientium se declarari
incidisse penas in monitorio contentas Reverendus pater dominus Nicolaus episcopus Mers-
burgensis in contumacia dictorum ducis Austrie et aliorum pronunciavit eosdem inci-
disse penas in monitorio contentas prout in cedula quam legebat de verbo ad
verbum cuius tenor inferius est insertus continetur Et veniendo ad insertionem
monitorii prefati prothonotarius et abbas dominus Petrus de Lombardia alias de Po-
lonia legebat monitorium alias decretum et eo finito dominus Nicolaus episcopus
prefatus continuavit lecturam declarationis usque ad finem

Declaratio in causa Tridentina

Sacrosancta generalis synodus Constanciensis ecclesiam universalem representans in Spiritu sancto legitime
congregata ad futuram rei memoriam Decet sanctam matrem ecclesiam eos qui
salutis monita obstinata elacione contempserunt nec desinunt in contemptus
maiorum peiorem protervias sine digna castigacione preterire Sane cum dudum
de anno domini 1417 et mense Augusti gravis querela venerabilis fratris Georgii
episcopi Tridentini ad nos pervenisset quod nobilis Fridericus dux Austrie ipsum in
corporalem possessione ecclesie et civitatis Tridentine ac opidorum castrorum terrarum
villarum locorum iurium et aliorum bonorum ad eandem ecclesiam pertinentium
als. 16. annis partim consistente tenere et defacto spoliasset ac eandem
per 9 annos detinuisset ac detinet indebite occupatam ac ipsum cepisset
in carceribus mancipatum pluribus gravibus violenciis affecisset litteras
per quasdam promissionis et iuramenta metu et oppressionibus extorsisset
contra sua et ecclesie libertate ab eodem Et quidem Fridericus carissimo ecclesie
filio Sigismundo Romanorum regi semper augusto cum super hec prius Georgium
episcopum fuerat delata querela vinculo iuramenti se astrinxisset eiusdem serenissimi
Regis super hiis stare preceptis dictus quoque Rex per sententiam declarante et precipiente
ecclesiam et bona spoliata prefata occupata eidem Georgio episcopo per ipsum
ducem restituenda fore facere promisit nota periurii manifeste incurrens
Renappe hec sancta synodus vocato dicto duce qui tunc in dicta civitate
Constanciensi degebat auditis quibusdam defensionibus per suos advocatos et
procuratores tam in sessionibus publicis quam aliis congregacionibus factis
et deputatis ad eandem causam contra iura et munimenta partium
per utramque hinc inde producta Cum instaret dictus Georgius episcopus
litteras monitorias contra prefatum Fridericum ducem et alios occupatores
et detentores necnon vasallos nobiles capitaneos officiales et subditos
ecclesie et civitatis ac aliorum bonorum predictorum sub penis sententiis et
consuetudinibus domine matris Karoli quod contra tales facientes et facere
gros edite et aliis gravaminibus requiri et moneri pro restitucione dicte
ecclesie et bonorum predictorum ac plenaria satisfactione Renappe et alias sibi de
oportuno remedio providere eadem sancta synodus super notoriis et aliis ser-
natis set narratis in causa huiusmodi memorata ad plenum eadem notorie
et facti evidenciam et alia in ipsa causa agitata attendens volens indempnitati

ecclesie providere necnon inmagnarum salute dicti ducis et aliorum occupatorum et detentorum necnon vasallorum nobilium capitaneorum officiariorum et subditorum predictorum contra insule prefatam deliberatione matura iij° kalendas decembris supradicti eiusdem anni monitorium decrevit cuius tenor incipit sic

Decretum monitorii

Sacrosancta et generalis synodus Constanciensis universis et singulis christifidelibus salutem et dei omnipotentis benedictionem. Gravem querelam etc.

Et sic fecit litteras monitorias contra dictum Fredericum ducem et occupatores et detentores huiusmodi partibus ipsis ante dictis et sic natis sic ita de expedire partibus ad harlegitie tractatis decrevimus fore concedendas decrevimus et concedimus in forma que sequitur et sic incipit

Sacrosancta et generalis synodus Constanciensis universos et singulos venerabiles fratres patriarchas archiepiscopos episcopos etc. et sic finit Formulis et verbis cuilibet in premissis dabimus plenam fidem Datum Constancie iij° kalendas decembris anno a nativitate domini 1417 sede apostolica vacante

Post hec de anno domini 1416° cum iam dictus Fredericus dux pacifica de hac civitate Constanciensi recessisset ipsa synodo inconsulta prefatum quod monitorium in eius presencia et suorum advocatorum et procuratorum presencia decretum quedam tractatum concordie que speculabat in actum tamen plene constitit in eius presencia licencia non patuit habere executores per dictum sedem formam monitorii antedicti Et quia per eandem statim synodum constituti sunt commissarii tam de collegiis reverendissimorum patrum dominorum sancte Romane ecclesie cardinalium quam nacionibus singulis ad cognoscendum videndum et examinandum an antedictum monitorium esset debite executum dictis quod commissariis reffelibus ex predictis constitit dictum monitorium fuisse debite et in locis deputatis executum Constitit notorie dictum Fredericum ducem et alios occupatores et detentores necnon vasallos nobiles capitaneos officiarios et subditos supradictos nullatenus precepta in dicto monitorio contentis paruisse sed eundem Fredericum ducem et alios occupatores et detentores supradictos dictam ecclesiam Tridentinam civitatem terras opida castra villas et alia iura et bona predicta tenere indebite et contumaciter occupatus et occupata contra sententiam et preceptum serenissimi regis Romanorum cui iure =
= iurando sive promisit de qua et eius obligatione constant publicas documentis Id volens prefata synodus tantam inobedientiam et rebellionem notoriam voluisti cum apostolo vetante facti prestitus transeat presumptoribus in exemplum per hanc sententiam quam fert in hiis scriptis pronunciat decernit et declarat dictum Fredericum ducem incurisse anathematis et sacrilegii vinculis innodatum periurii quod reatum necnon penas privationis et inhabilitationis in constitutione Carolina predicta contentas eundem Fredericum ducem et alios occupatores et detentores tam ecclesiasticos quam seculares vasallos nobiles capitaneos officiarios et subditos inobedientes et rebelles ecclesie et civitatis Tridentine ac opidorum castrorum terrarum villarum et locorum necnon iurium et bonorum dicte ecclesie cuiuscumque status gradus dignitatis aut preeminentie existant sive ordinis fuerint in penas censuras

et sententias alias in dicto monitorio comprehensas et expressas incidisse primo per ffri-
dericum ducem Austrie et aliorum occupatorum et detentorum necnon vasallorum nobilium capi-
taneorum officiariorum et subditorum predictorum civitates opida castra terras villas et
alia loca ecclesie Tridentine supposita incidisse. unde eadem sacrosancta sinodus universos et
singulos ven. fratres patriarchas archiepiscopos et episcopos ac dilectos ecclesie filios ab-
bates priores prepositos decanos archidiaconos scolasticos cantores thesaurarios
et canonicos tam kathedralium quam collegiatarum parrochialium que ecclesiarum rectores
et locatenentes eorundem rectorum presbiteros curatos et non curatos clericos notarios
et tabelliones publicos per Ytaliam et Almaniam et alias ubilibet constitu-
tos et eorum quemlibet insolidum ad quem vel ad quos presentes littere pervenerint te-
nore presentium requirit atque monet primo secundo tercio et peremptorie. illis comittit et dmsi
eisque et eorum cuilibet in virtute sancte obediencie et sub excommunicationis pena late sen-
tencie districte precipiendo mandat quatenus statim visis presentibus dictum ffridericum
ducem Austrie anathematis et sacrilegii vinculis innodatum privatumque vica-
tum incurrisse penas privacionis et inhabilitacionis predictas ac eundem
et occupatores et detentores vasallos nobiles capitaneos officiarios
et subditos inobedientes et rebelles predictos penas censuras et sententias
alias in dicto monitorio contentas incidisse singulis diebus dominicis
et festivis in eorum ecclesiis monasteriis et capellis infra missarum solemnia
dum ibidem populi multitudo ad divina audiendum aut alias congregata
fuerit etiam alias ubi et quando et quociens expediens fuerit. Et postquam
vigore presentium ipsi seu aliqui eorum requisiti fuerint seu fuerit requisitus
pulsatis campanis candelis accensis et demum extinctis et in terram proi-
ectis publice denunciet et ab aliis quantum in eis est publice denunciari
et evitari ab omnibus Christifidelibus faciat et permittat, et presentem ipsam de-
clarationem seu sententiam et omnia et singula in eis contenta publicet insinuet
et ad intellectum Christifidelium astancium exponat. et plenarie exequatur donec
et quousque super premissis absolucionis beneficium meruerit obtinere et ab dictis
rebellionibus destiterit et debite satisfecerit aut aliud a dicta sacrosancta
sinodo vel futuro summo pontifice habuerit in mandatis. Et quia idem ffrid(ericus)
ut dux Austrie pharaonis imitatus duriciam more aspidis surde obmutuit
aures suas obturavit huiusmodi sinodi preces et monita suorum que amicorum et prefa-
ti Regis suam ac insurrectionis despiciens tanta cogente duricia Cogitur
hec sancta synodus de finali remedio providere. Cum nichil prosit sententias fer-
ri nisi sit qui eas debite execucioni demandet Committit ergo eadem sancta sinodus
prefato karissimo filio ecclesie defensori et advocato Sigismundo Romanorum Regi
semper augusto cuius specialiter interest ad recuperacionem ecclesie civitates et oppressas
ecclesias restaurare et ecclesiasticas personas a violenciis et iniuriis defensare et eandem
sententiam execucioni demandare ac ceteris principibus et Christifidelibus ut ad restitucionem

dicte ecclesie et Civitatis Tridentine et omnium bonorum et iurium ipsius et eius integram
libertatem et indempnitatem servanda teneat dictum Fredericum ducem Austrie et alios occu-
patores et detentores prefatos et ipsum prefatum moneant. Item executione obtinenda
ac brachium impedant favore et auxilio gladii et potentie quomodolibet secularis
decrevit insuper hec sancta synodus ad pleniorem executionem habendam processum
contra omnes intrusos et intrudendos in dicta ecclesia et Civitate Tridentina
ac castris opidis terris villis locis possessionibus iuribus et bonis eiusdem
et contra adherentes eidem duci Frederico et occupatoribus et detentoribus ac intru-
sis et intrudendis ac contra dantes auxilium consilium aut favorem. Que-
cumque processum et omnes et singulos processus necessarios et opportunos
committit venerabili patri episcopo Ragusinensi cum potestate subdelegandi et aliis clau-
sulis in forma debita et consueta supplens quoque eadem synodus omnino
solempniter defectum si quis forsan fuerit in premissis
Lectis autem hiis Reverendissimus dominus Episcopus Ostiensis Cardinalis ~~Vivariensis~~ iuxta
consensum et voluntatem omnium nationum et aliis propter discordiam nationum qua
ad ordinem respondit pro nunc per verbum placet

Sessio 29.

Anno et indictione quibus supra die vero lune 8 mensis Marcii fuit cele-
brata sessio generalis in ecclesia maiori Constanciensi in qua sessione Reverendus
pater dominus Nicolaus Episcopus Aginnensis missam de sancto spiritu celebravit. Et Reverendissimus
pater dominus P. episcopus Ostiensis sancte Romane ecclesie Cardinalis et vicecancellarius
presidit letaniis cum aliis orationibus ac evangelio. Incipit Ihesus. Si peccaverit
in te frater tuus etc. completis premissis fuit servatus iste ordo. Primo
fuit lecta per dominum episcopum Dolensem cedula cuius tenor sequitur in hunc modum

Deputatio personarum et notariorum in causa contra Petrum de Luna

Sacrosancta Constanciensis synodus constituit et deputat dilectos ecclesie filios
magistros P. de Ilbanis et Henricum de Piro et eorum quemlibet in so-
lidum ita quod non sit melior condicio occupantis promotores procuratores
et ministros causa et processus inquisitionis contra dominum Benedictum 13 appel-
latum ab obedientibus nominatum et insuper omnes et singulos sedis apostolice et aliarum
nationum in eadem synodo existentium notarios et eorum quemlibet in solidum
notarios et scribas in causa et processu predictis

Qua lecta dominus Cardinalis presidens vice et nomine concilii placet
Quo facto Advocatus Consistorialis instantibus dictis procuratoribus
et ministris proposuit decretum citationis per eorum et illius executione ad dic-
tum synodum qua illa die incidebat et proposuit bullam dicte citationis et instrumenta
executionis asserens signa notariorum in instrumentis posita esse signa illorum
quorum se inscribunt in illis et accusavit contumaciam dicti domini Petri et illum
petiit alta voce vocari ad valvas ecclesie et ad hoc deputari duos ultros
cardinales diaconos videlicet de Comitibus et Florentinum duos sedis apostolice et alios
notarios respondit presidens pro toto concilio placet

Tunc cardinales et notarii iverunt ad valvas ecclesie et reversi retulerunt per cardinalem
florentinum illum vocasse trina vice alta voce et neminem comparuisse Et advocatus
consistorialis facta relatione petiit iterum dictum dominum petrum reputari contumacem etc.
Tunc cardinalis presidens mandavit legi per episcopum dolensem cedulam infrascripti
tenoris

Ordinatio super contumacia petri de luna

Hec sacra sancta synodus premissa proposita et petita per advocatum consistorialem
admittit si et inquantum sunt admittenda de iure et mandat notariis eiusdem
synodi et cause presentis proposita petita et producta huiusmodi atque vocatione et rela-
tione premissas quod idem dominus benedictus sit vocatus et sufficienter expectatus
minime comparuit nec comparet redigi in acta et de premissis fieri publica
instrumenta quotquot fuerint oportuna ut eadem synodus super premissis
deliberet inducet et decernat prout de iure fuerit faciendum quam deliberationem
dicta synodus sibi retinet faciendam quando sibi visum fuerit oportunum
Qua lecta idem dominus presidens pro toto concilio respondit placet
Et vox presidentis sit vox totius concilii quia constitit de consensu omnium
Et nam propter discordiam nationum yspanie et Anglie quod prior responderet
placet et de aliis prorogatum fuit per nationes et cardinales ordinatum
quod presidens responderet pro toto concilio placet et ad hoc super qualibet actu
fiendo habet consensum cardinalium et cedulam illius actus signatam
per notarios nationum et conferret cum lectura que fieret

Sessio 30a in qua concilium approbat subtractionem obediencie factam per Regem
Arragonum ipsi petro de luna

Die mercurii 10. supradicti mensis Martii fuit sessio generalis in maiori
ecclesia Constantiensi solemniter celebrata in qua quidem sessione Reverendus pater
dominus Stephanus episcopus laudensis officium misse de sancto spiritu devote de-
cantavit et Reverendissimus in christo pater dominus Jo. episcopus ostiensis sancte Romane ecclesie
Cardinalis vicecancellarius huiusmodi sessioni presidet Interfuit etiam serenissimus
dominus Sigismundus Romanorum et Ungarie Rex cum multis sibi assistentibus
pluribus
Et lectis letaniis et aliis devotis orationibus cum evangelio dixit ihesus discipulis
suis quia oportet semper orare et non deficere etc. Venerabiles et oratores con-
cilii qui fuerant per concilium ad hoc destinati fecerunt relationem per organum
domini benedicti de platea decretorum doctoris quomodo in castro paniscole dertu-
sensis diocesis coram serenissimo et invictissimo principe domino Alfonso Rege
Arragonum fuerant et petrum de luna benedictum 13um in sua obedientia
nuncupatum in eius persona apprehenderant quem ipsum citaverant in forma et te-
nore citatorii ab ipso concilio decreti ipse quoque petrus de luna responsionem
dabat prout in instrumento per dictum dominum benedictum exhibito ac de hoc
confecto plenius continebatur promotores vero concilii petiverunt apud
acta registrari Post hec autem venerabilis vir dominus Petrus de lamburga
in decretis quandam decreti cedulam perlegit tenoris subsequentis

Approbatio subtractionis obedientie facte per Regem Aragonum

Sacrosancta generalis Constantiensis in spiritu sancto legitime congregata Cum inter alia virtuosa
et laude digna que pie memorie quondam Ferdinandus Rex Aragonum et Sicilie pro extir-
patione perversi scismatis quod octo fere lustris vexavit nostram universalem ecclesiam catholicam
sub uno gubernatore pastore demonstratur perfecisse ordinationem quandam ad idem
scisma pro unione ecclesie tandem feliciter consequenda eum promulgasse cognovimus
Eadem sacrosancta Constantiensis synodus causis et motivis in prefata ordinatione
expressis plene inspectis et diligenter examinatis de quorum veritate facta est
eidem synodo plena fides Et attento precipue quod tunc atque nunc universalis ecclesie
statui et quod sine regia provisione prefata perpetuandi scismatis imminebat et immi-
neret periculum prestaretur ac presertim sacro Concilio prefato et consequenter unioni
ecclesie periculum manifestum eo presertim quod idem dominus Benedictus sic in sua obedientia
nuncupatus tenebat per sibi adhibitam obedientiam iam dictum presens Concilium
multipliciter impedire et impedivisset de facto si mandatis eius obtemperatum
fuisset ut inter alia opere satis apparet quod etiam ubi obedientia sibi subtractum
fuerat per literas suas prelatis et capitulis ne ad idem Concilium accederent
inhibere presumpsit Ideo eadem sancta synodus cognita sua et causa debita
cognita ad perpetuam rei memoriam et ut cunctis clareat rei veritas bene
geste declarat ordinationem predictam a prefato Ferdinando quondam Rege iuste et legitime
editam et promulgatam fuisse et per eum ac per illustrem dominum Alfonsum eius-
dem domini Ferdinandi primogenitum ac Regem modernum servatam
ipsamque presentis decreti dictis exceptis approbat et confirmat decernitque illam
per omnia debuisse et debere in posterum ab omnibus fidelibus observari
iuxta ipsius seriem et tenorem

Revocatio cuiusdam constitutionis petri de luna

Eadem quoque sancta Synodus Constantiensis quandam constitutionem dudum ut dicitur
a dicto domino Benedicto sic in sua obedientia nuncupato editam que incipit Ad
perpetuam rei memoriam in dierum successu ingruente malitia sic vide in eo
inmediate et sic Datum Marsilie apud sanctum Victorem 14 kalendas Iunii
Pontificatus nostri anno 13o. declarat nullam atque appendentem tamen Regie
ordinationis predicte Consequenter Reges ipsos dictam ordinationem con-
dendo promulgando observando vel observari faciendo etiam alios observato-
res eiusdem contra dictam constitutionem in aliquo non venisse ipsamque sibi
et inquantum Regie ordinationi predicte in tantum premisso facte et promul-
gate aut observatoribus eius quomodolibet obviaret tamquam impeditiva
in hac parte unionis ecclesie inventa alti quod scismatis nutritiva omnia quod
inde secuta decernit et pronuntiat nullius fuisse aut esse roboris effi-
cacie vel momenti

Post quorum decretum Recitationem dominus Cardinalis vicecancellarius nomine totius
synodi respondit placet.

2

Sessio 31.

Die martis vltima supradicti mensis Martii in ecclesia Basiliensi celebrata fuit sessio generalis Et in eadem sessione fuit dictum officium misse de sancto spiritu per reverendum patrem dominum Martinum episcopum Aprutinum Reuerendissimo patre domino L. episcopo Ostiensi sancte Romane ecclesie cardinali huiusmodi sessioni presidebat et letaniis et aliis orationibus consuetis completis per ipsum dominum presidentem more solito Et legebatur per dominum Anthonium episcopum Concordiensem et postmodum de polonia successiue ea que sequuntur

Monitorium contra Comitem inventum

Sacrosancta etc. vniuersis christifidelibus salutem etc. Dudum tunc ad audientiam nostram peruenit fama referente Quod nobilis vir Philippus Comes vtatu nonnullique alii in hac parte complices et officiales seu ipsius mandato et assensu ac ratum et gratum habentes contra venerabilem fratrem Albertum episcopum Astensem patrem et pastorem animarum suarum cui obedientiam et reuerentiam deuotius facere tenebantur, et qui vna nobiscum in hac sacro concilio generali omnia huiusmodi supportauit et de speciali licentia nostra ad suam se transtulit Astensem ecclesiam nulla suprascripta occasione iusta vel temerarie et vel iniuste in dictum dominum episcopum vi armata ausu sacrilego manus iniicere violentas eumque ignominiose ad Castrum quod vulgariter dicitur dicte Ciuitatis Astensis perduxerunt Ibique carceribus mancipauerunt et detinuerunt prout detinent etiam incarceratum de presenti sacrilegium et contumaciam alias quoque censuras ecclesiasticas et penas iuris et constitutionis prouincie Mediolanensis ecclesie cuius dicta ecclesia Astensis suffraganea existit contra hec editas et prolatas et in partibus per ordinarios declaratas dupnabiliter incurrendo Nos de tantis tamque grauibus excessibus vt superfertur nobis relatis quod inter cetera ad vniuersalis ecclesie reformationem summe hic congregati ad quas super quibuscumque questionibus si que ab incidentie volebant contra episcopum prefatum habere poterant recursum non immerito dolentes Dolentes super hiis inquirere veritate ipso comite vt dicebatur procurante prefatos venerabiles fratribus Papiensem et Nauariensem episcopis dari concessimus in mandatis vt super obiectis per ipsum Comitem aduersus ipsum episcopum diligenter inquireret veritatem vt vocatis prefato Philippo Comite et qui forent euocandi de premissis omnibus et singulis ac eorum circumstantiis vniuersis simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii se diligentius informaret Et si dictum episcopum in aliquo culpabilem reperiret ipsum sub fida custodia custodiri et retineri faceret donec aliud a nobis seu Romano futuro pontifice haberet in mandatis nouam informationem huiusmodi in scriptis fideliter redactam sub eorum clausis sigillis ad nostram presentiam transmitteret vt in super hac consultius agere valeremus Si vero per informationem eandem dictum episcopum minime culpabilem reperiret ipsum faceret plena libertate gaudere

Cuius quidem concessionis mandati tenore huiusmodi voluimus presentibus haberi pro sufficienter expressis. Verum
postmodum nonnullorum fidedignorum relatione percepimus quod littere nostre super huiusmodi
concessionis mandato executioni non fuerunt dicti quod episcopi propterea super predictis pro-
cedere minime valuerunt. Nos igitur super premissis per summariam informationem
auctoritate nostra factam attendentes quod subditi in eorum prelatos et clericos in ecclesias
nullam habent iurisdictionem et potestatem et quod premissa in libertatis ecclesiastice et
pastoralis dignitatis vilipendium nocumentum et scandalum plurimorum redun-
dare dinoscuntur. Nolentes huiusmodi offensam sicut nec debemus super dissi-
mulationibus transire et licet contra predictos Comitem eiusque commissarios
et officiales in premissis possemus iuris sententiis que in ad eos incurrisse
committendos merito agere volentes committere infrascriptis fratribus nostris
vel eorum alteri quod si per summariam informationem quod ad ipsum Comitem eiusque co-
missarios et officiales tutus non pateat accessus constiterit ne propterea talia
tantaque graves excessus nostris conniventibus oculis remaneant impunita
per hoc presens publicum edictum legendum et publicandum in valvis maioris
Papiensis et Novariensis ac Astensis ecclesiarum cathedralium affigendum dictum
Philippum Comitem eiusque commissarios officiales et quoscumque alios qui vel
parabiles fuerint in premissis in eos et eorum quemlibet sub excommunicationis pena
et interdicti in eisdem castris et Civitate Astensi ac terris locis dicte
Civitati eidem Comiti subiectis quocumque titulo penis quas ferimus
in hiis scriptis si monitioni huiusmodi non paruerint cum effectu /1º/2º/3º/
requirant et moneant quem et quos tenore presentium requirimus et monemus
quatenus infra /12/ dies post lectionem publicationem et affixionem presentium
ut super faciendas immediate sequentes quorum /12/ dierum 4 pro primo 4
pro 2º et reliquos 4 dies pro tertio et peremptorio termino ac canonica
monitione predicto Philippo Comiti eiusque commissariis et officialibus huiusmodi
prefigimus et assignamus prefatum episcopum absque quolibet aut dicto ius obsta-
culo infra 3 menses a die relaxationis ipsius coram nobis personaliter
accessurum et ibidem nostri pariturum libertati sue pristine restituat cum fami-
lia universis quod bonis suis absque diminutione aliqua realiter et cum
effectu offerendo dicto Comiti et cuilibet poscenti bonum et breve iustitie
complementum de persona prefati episcopi ministrare. Et si forsan huiusmodi nostris
monitioni et requisitioni in dicto termino parere contempserit ne propterea virorum
discrimina dicti episcopi Astensis differatur libertas et ut parcatur laboribus
et expensis prefatis venerabilibus fratribus Papiensis et Novariensis episcopis stantibus propter
dictam Civitatem Astensem ad duas dietas secundum consuetudinem committimus
mittimus et mandamus quatenus ille aut ipsorum alter qui primo fuit requisitus

post eiusde t'mi lapsum auctoritate nostra dictam Ciuitate Mecen et terras dni ac
loca addictam Ciuitatem spectantia et pertinentia interdicti sentencias incurrisse dictum q3 Co
mite eius q3 commissarios officiales et ipsius psona excomunicatam sentenciam in
auctoritate incidisse declarent Etiam vero ac etia Ciuitate et comitatu ac
terras dominia et loca pdictas et pdicta eccle subiacere interdicto iuxta constitucione
Vien concilii que incipit Si quis suadente, vocatis euocandis iuxta q3 papien
et Nouarien et alys quibuscumq3 eccliis tam cathedralibus quam collegiatis
viuis missa rursum plenaria alysq3 ppto ibidem ad diuina audiend conti
gato publice pse ut alios denunciet et eiuitet et ab alysbus denunciari
et euitari faciant et pmittant tamdiu donec a nobis ul futuro Ro[m]ano
pontifice aliud desup habuerit in mandatis Et si qd absit pdictas penas
interdicti et excomunicacionis dictus philipus Comes ac commissarii et offi
tiales pdicti animis sustinuerit induratis ad omnes alias penas spuales
et temporales auctoritate pntium procede valeat quibuscumq3 alys penis eis
a iure ul ab homine occasione pdicta ibidem illatis et inferendis in suo
robore pmansuris Nec ab aliquo absolucionis beneficium nisi a futuro Ro
mano pontifice ul a nobis pter q3 in mortis articulo valeant obtinere
Volen insuper et hoc sinodo decrevente phmoi nre lre modo et forma pmisse
exeqne dictos sic monitos et requisitos et quelibet eorum arceat talit et astri
gant ac pinde valeat plenarq3 obtineat roboris firmitate ac si eisde et eo[rum]
cuilibet in ipa psona lecte et insinuate fuerit ac presencialit publicate
Non obstan q3 idem philipo Comiti ul quibuscumq3 alys comit ul dnis
a sede aplica indultum existat q3 interdici suspendi et excomunicari nopossint
plitas aplicas nofaciens plena et expressam ac de ubo ad ubum de indul
to huior mencione Contradictores censura simili apllone postposita
compescendo Non obstan etia constitucionibus seu alys editis in contr
rium quibuscumq3 Dat 2a klas Aplis Anno a nat dni / 1411 / indicione
decima Aplica sede vacante

Decretu sup reintegracione eccle Bayonen

Sancta synodus tc Attendens ad reformacione et integracione vnis eccle et
etia omni kathedralium ecclarum que scismate presente durante habuerunt ul hnt
epos diuersarum obediencarum per quos ipe cathedrales eccle in ostdse in capite
et in membris videbant et videntur gubernari statuit et ordinauit q3 eccla
Bayon que etia duos simul ul plures annos hunt epos et int alios bone
memorie Petru qui fuit de obediencia balthazaris tunc / Jo / ppe / 23 / in sua
obediencia nuncupati nouit defunctum et supstite ven frem G. m / hic psente
qui fuit creatus pe petru de luna / Benedictum / 13 / in sua obediencia nuncupatum
demceps p eunde G. m epum regatur ut nullus epus ipius eccle imo epi
scopatus Bayonen vnicus censeat et illi clerus et plebs Ciuitatis et dioces

Bayonen in omnibus consuetis licitis et honestis ut eorum vero epo et pastori obe-
diant Et ipe eis vicensa benigne pervideat prout ad eius pontificale officium
ptinet de consuetudine vel de iure Inhiben nihilominus venerabili capitulo ipius ecclie
ne ad electionem alicuius loco ipius defuncti epi procedant sed in illa supersedeant
prout etiam nuper certa quedam capitula quidam procuratores inter nos et vnum et quosdam
alios tunc de obedientia prefati Petri contentes in Regno Aragonie fuit conclusum
Et que quidem capitula per nos solemniter approbata fuerunt Et quod etiam ven. frater
Archiepus Xanatanus cui predicta ecclia metropolitano iure subest ad confirma
tionem alicuius electionis forsitan facte vel fiende aut ad promotionem alicuius
in epum ecclie predicte non procedat Et quia etiam predictus Petrus senilene
quondam etiam in eadem obedientia nuncupatus eius predecessor quondam alijs de quibus canoni
catibus et prebendis eiusdem ecclie licet in dicta ecclia propter ecclie dicti bulcha
zaris numerus canonicorum ab antiquo institutus completus fuisset sicut
etiam de presenti promouit certibus quidam dno G. epo et canonicis quondam assignauit
nit quod bona immobilia vino viva fructus redditus prouentus et emo-
lumenta ad epalem mensam dicte ecclie ptinentia in Castellie et Navarre
Regnis existentia et illa etiam adiuns et proprietate ipius mense redderunt
ita quod ipsi quamuis canonici deinceps possint apud eandem ecclesiam personaliter
residere ac horis consuetis et diuinis officijs interesse ac stallum in choro
et locum in capitulo cum ipsis alijs canonicis dictis habere ac omnibus fru
ctibus redditibus etc. mense predicte prout in canonicis ipius ecclie percipiat
dicto canonicorum vel non obstante Et quod nullus locum alicuius accedere aut aliter
canonicatum et prebendam suos ipius ecclie quolibet pretextu quod propter spontanee re-
sensum dimittentes ipius ecclie canonici aplica vel ordinaria auctoritate
admittantur quomodolibet addentes nunc sit decretum ac decreuit dicta sancta synodus
irritum et inane si secus super hiis scienter fuit aut fiat in futurum
Sessio 32
Anno et indictione quibus supra die vero Jouis prima mensis Aprilis in ecclia
maiori Constan in loco sessionis solito fuit generalis sancte synodi co-
sueta sessio debitis solemnitatibus adhibitis facta et celebrata Pro cuius initio
Rev. pr. dnus Ja. patriarcha Antiochen missam de beata Virgine cele-
brauit Rev. vero pater dnus epus Ostien sancte Rome ecclie cardinalis
et vicecancellarius huiusmodi sessioni presidit et deinde letaniis et alijs ora-
tionibus lectis et cum ceteris solemnitatibus completis instantibus promotoribus concilij
fuit accusata contumacia Petri de Luna per dominum Ar de Teruel aduo-
catum et ad petitionem ipius dictus d. Jo. epus Ostien huiusmodi sessioni
presidens nomine concilij deputauit Rev. mos pres et duos Ottonem
de Columpna et Lucidum de Comitibus diaconos cardinales
tunc in ordine cardinalium posteriores Rev. dos quod pres selectos et

Mersebirgen(sis) ep(iscop)os quibus dedit in mandatis ut ipsi una cum prothono-
tariis et notariis atque scribis huiusmodi cause cum cursoribus sedis apostolice dictum P(etrum) de
Luna ad valvas ecclesie iuxta mores antiquos vocaret et ipsum modo vocatum
refferret. Et tunc quidem domini deputati una cum Jacobo Rodini et Thoma
Polton prothonotariis apostolice sedis huiusmodi cause notariis ac Francisco de
Mediolano apostolice sedis cursore locum sessionis exeuntes accesserunt ad val-
vas eiusdem ecclesie et prefatus Franciscus cursor prefatum Petrum de Luna alta
voce vocavit sub hiis verbis: Est hic dominus Petrus de Luna Benedictus
13us in sua obediencia nominatus vel aliquis pro eo qui compareat
responsurus coram sacro concilio in causa scismatis et heresis contra
ipsum notata. Cumque nec ipse Petrus nec aliquis pro eo comparuisset
ac responsum dedisset dicta vocatione trina voce facta ipsius synodi
promotores ac una cum eis Benedictus de Gentilibus de procura-
tione apostolice clericus nomine huiusmodi sacre synodi super huiusmodi vocatione
et non comparicione et non responsione petierunt instrumentum et instrumenta. Et hi-
sic patris Cardinalis de Columpna unus ex deputatis predictis coram pro-
ceribus statim adeo concilio adimplevisse dictum quod Petrum de Luna modo
premisso per cursorem trina vice vocasse nec ipsum Petrum vel aliquem pro eo ibidem
comparuisse aut responsum dedisse huic sacre synodo refferendo dixit atque
retulit. Et deinde Franciscus de Mediolano cursor prefatus de premissa
vocatione fecit relationem. Hiis sic peractis dominus Ardecinus advocatus predictus
vocationem et relationem huiusmodi petiit inter acta huiusmodi cause registrari. Et deinceps
repetita bulla citationis alias contra dictum Petrum de Luna decreta et exe-
cute dominus Lambertus de Stipite uno de executoribus dicte citationis per
Concilium deputatis de hiis que circa dicte citationis executionem fecisset fecit
relationem dicens in effectu quod ab ipso Concilio receperat ipse et collegae sui
in mandatis ut Petrum de Luna Benedictum XIIIm in sua obedientia nominatum
citaret iuxta formam et tenorem litterarum citatoriarum quas quidem litteras citato-
rias iterum et de novo facto et inspecte reperiunt. Admittendo ymmo per
vigore illarum litterarum ipse et egregius vir Lambertus de Stipite suus
collega ad castrum Peniscole Dertusensis diocesis accesserunt et eundem
dominum Benedictum a suis obedientibus sic nominatum personaliter apprehensum
presentibus pluribus suis Cardinalibus et aliis prelatis clericis ac hominum
multitudine copiosa secundum formam et tenorem litterarum citatoriarum eo
personaliter citarunt eas quod de verbo ad verbum in sua presentia legerunt
ipsas quod et contenta in eis executioni demandaverunt prout in quodam
executionis instrumento publico etiam die relationis huiusmodi per eum et suos
collegas facte exhibito dixit plenius contineri quod instrumentum in facto iterum

reproduxit et depost publice de compulsoriis inscriptis sint lectis et sufficienter
processus recogniti. Tunc omnia premissa domini Ardecini advocatus pe
tiit inter acta registrari, et prefati Petri de Luna sic ut premittitur citati contuma
tione accusavit ipsum quod tunc nec in termino qui erat 8 die marcii nec etiam
in presenti termino comparuit contumacem reputari et in causa huiusmodi ad ulteriora
procedi per ipsam sinodum instantissime postulavit. Istis successive ut
premittitur factis Reverendus pater dominus Jo. Ostiensis huiusmodi sessioni presidens fecit
legi quoddam decretum per R. p. Stephanum episcopum Dolensem tenoris sequentis

Hec sacrosancta sinodus generalis auditis et consideratis relatis propositis productis
et petitis prefatum Benedictum sic in sua obediencia nuncupatum legitime citatum vo
catum et expectatum non comparere, 2 quod 1/8 marcii ad quam etiam citatum
competerat comparuit, pronunciat reputat et declarat contumacem decernitque
ad diffinitivam sententiam inclusive fore procedendum volens autem in eadem
causa mature procedere et cum summa cautela committit dilectis ecclesie filiis
G. sancti Marci presbitero et ff. sanctorum Cosme et Damiani sancte Romane
ecclesie cardinalibus atque Jo. electo patriarche Constantinopolitano necnon venerabilibus
filiis Roberto Sarisberiensi Johanni Lichfeldensi et Stephano Dolensi
episcopis ac dilectis ecclesie filiis G. priori [?] nepotis Firmane Jo. de Podennas
generali ordinis predicatorum in obediencia Petri de Luna Benedicti, 13, in sua
obediencia nominati in sacra pagina, Michaeli de Naues utriusque iuris
Aragonum et Jo. de Lodena legum Navarre Regum illustrium oratoribus
Jacobo electo Pennensi [?] Hermanno Dwerg sedis apostolice prothonotario Ro
berto abbati Clunacensi Nicolao Wardis utriusque iuris Petro Nardi Henrico
Flockth, decretorum sedis apostolice capellanis et auditoribus causarum apostolici
pallacii 2/ Jo. Vindellis decretorum doctoribus quatenus ipsi vel eorum maior pars
examinent articulos quos offerri contigerit coram dicta sinodo vel coram
dictis commissariis et eis examinatis super illis qui ipsis vel eorum maiori parti
admittendi videbuntur de quorum articulorum receptione et eorundem ad
missione prefata sinodus dictis commissariis vel eorum maiori parti plenam
confert et committit potestatem ipsi autem, duo ex ipsis ad minus super articulis
predictis et aliis offerendis et eorum veritate et notorietate testes et alia testes
et alia probationum genera recipiant iurari quod faciant et examinent dili
genter sub interrupcione condicione melior non existat neque per aliquorum inchoa
tione aliorum derogetur potestati sed duobus aut pluribus negocium
huiusmodi examinatoris et receptionis testium inchoandum ceteri et quilibet
duo sive bini ex illis etiam seorsum et separatim ac eodem vel diversis temporibus
testes et alia probationum genera etiam super articulis et aliis inchoatis
recipere examinare ac mandatum huiusmodi exequi valeat testium quod attestaciones

et probaciones alias vel eorum effectum eidem sacre synodo fideliter referant ut exinde
eadem sancta synodus super premissis procedat decernat et indicet prout sibi de iusticia
et equitate fuerit faciendum Mandat insuper citari eadem sancta synodus commissarius
prefatis et cuilibet eorum ut per se vel alium seu alios citari faciant ex illis quatenus ad dies horas et loco oportunos eundem
Gregorium sic ut premittitur nuncupatum citent aut citari faciat peremptorie publice coram
ipsis in loco predicto ad videndum ea recipi produci iurare et testes et alia proba
cionum genera in causa huiusmodi quibus opus erit cum potestate citandi et cogendi testes prefa
tos quoscumque si qui forsan a dicta deposicione se subtraxerint protestatur etiam eadem
sancta Synodus quod per quoscumque actus ordine seu terminos iudiciarios servatos vel
servandos in hac causa formam processus que de iure servanda est aut servari
sufficiat in notoriis criminalibus non intendit neque ad observandum iudiciarium ordi
nem se astringere quomodolibet modo
Et cedula lecta Reverendissimus pater domini Ostiensis presidens nomine huiusmodi sancte synodi super
dicta cedula et contentis in ea respondit prout placet

Sessio 33.

Anno et indictione quibus supra die vero mercurii 12 mensis May fuit facta
et celebrata sessio generalis in maiori ecclesia Constanciensi in qua Reverendus dominus Nicolaus
Archiepiscopus Gneznensis missam celebravit fuit quoque presidens huic sessioni Reverendissimus
dominus Johannes Ostiensis episcopus vicecancellarius et sancte Romane ecclesie Cardinalis
et interfuit in ipsa sessione serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum et Un
garie Rex Indutus vestimentis imperialibus coronam in capite habens
assistentibus sibi Reverendissimis in Christo patribus et dominis domino Angelo Penestrino et Jor
dano Albanensi episcopis sancte Romane ecclesie Cardinalibus Illustrissimis princi
pibus Rudolpho Saxonie in ense Ludwico Bavarie ducibus in pomo et
Friderico Marchione Brandeburgensi in ceptro in habitibus consuetis sibi
servientibus Et lectis letaniis una cum aliis devotis oracionibus ut est moris
ascenderunt ambonem deputati et commissarii in causa heresis et contra
petrum de luna In qua Reverendissimus pater dominus G. tituli sancti Marci sancte Romane
ecclesie Cardinalis fecit relacionem dicens in effectu quod ipsi commissarii processissent
ad ea que eis fuerunt commissa in huiusmodi causa quod primo ipsum petrum de luna
B. 13 in sua obediencia nominatum ad dandum et dari videndum articulos vo
cassent et deinde certos articulos per procuratores cause productos recepissent
et super eis ad probandum admisissent testes quoque 38 tam Cardinales quam
archiepiscopos episcopos prelatos doctores et alios super eisdem recepissent iurari quod
fecissent ac eos diligenter examinassent Insuper dicto petro de luna ser-
sufficienter notato nonnulla iura per procuratores producta in modum
probacionis recepissent ea quod publicari fecissent et probata esse decrevissent
Et hec omnia et alia processus in hac causa acta in actis redigi fecissent
prout in registro in hac causa per eos fieri mandato plenius continetur

offerentes se plenius et magis explicite relaturos quam ipsa sinodus duxit manda
dum Relatione aut huiusmodi facta accusabat contumacia petri de luna nolentis ape
riri dicta testium in huiusmodi causa productorum / et in contumacia petebat iterum inval
ius entie mandis vocari et ad vocandum aliquos deputari Ac statim Reverendissimus pater
et dominus ad vocandum dictum petrum de luna videlicet ostium de colupna lucidum
de Comitibus Cardinales viennensis Archiepiscopi veteris / Ebroicensis lichefeldensis
episcopos et Anthonium Taxal generalem ordinis sancti Augustini de mercede Thomam
polten et Jacobum Rodini sedis apostolice prothonotarios vna cum presente cause
scribis et Francisco de mediolano sedis apostolice cursore Qui deputati voca
runt et citarunt prefatum petrum de luna per cursorem eundem in hunc modum
Et hic petrus de luna Benedictus / 13 / in sua obedientia nuncupatus ad pro
cam comparicat ad videndum aperiri dicta testium etc. deinde de eodem deputatis
de valvis redeuntibus. dominus. lucidus Cardinalis de Comitibus nomine
tociens deputatorum retulit ipsam vocationem per cursorem antedictum trina vice fuisse
factam Neminem quod ibi comparuisse aut ad illud respondisse Relacione facta
et iterum petito publicari dicta testium et dictum terminum ad dicendum contra dicta
huiusmodi Reverendus pater dominus Stephanus episcopus dolensis legebat quandam
dicti papiri cedulam tenoris sequentis
Publicatio attestacionum et terminus ad dicendum contra in facto petri de luna
Et sacrosancta sinodus petrum de luna B. / 13 / in sua obedientia dictum
vocatum legitime et non comparentem reputat contumacem et in eius contuma
ciam testes attestationes et dicta testium in presenti causa inquisitione mota
et pendente contra eundem petrum de luna B. / 13 / nominatum nuncupatum
productorum et examinatorum publicat et habet pro publicatis decernitque
eidem petro de luna B. / 13 / vocato copiam dictarum attestationum totius
presentis processus fieri et assignat eidem petro de luna B. ut premittitur
vocato terminum peremptorium ad diem sabbati proxime mane hora nona in presenti ecclesia in pre
sencia ipsius altius sessionis ad dicendum obiciendum et proponendum contra commissarios
nunc ad testes recipiendos et examinandos per eandem sinodum deputatos
quicquid dicere obicere proponere voluerit contra testes in hac causa productos et eorum
dicta necnon contra instrumenta registra et alia quecunque producta ac in tota
ipsa causa et ad hec ipsum peremptorie citat / prefatis quoque commissariis et eorum
maiori parti committit etiam nunc impedientem audiendi et recipiendi si aliquid
dicere obicere et proponere voluerit / et super illis cognoscendi atque omnia et singula
faciendi que ad causam et processum huiusmodi pertinet et pertinebunt usque
ad diffinitivam sententiam exclusive ac super eorum dependentibus et emergentibus et connexis
dans eadem sancta sinodus plenam et liberam potestatem / protestatur autem eadem
sancta sinodus quod per huiusmodi processum aut aliud quecunque fiendum in futurum in
huiusmodi causa cum forma processus super notoriis quam sufficit sinodus de iure et tamen non
intendit

Qua itaque dicta cedula lecta fuit per Rev^m in xpo patrem et d. d. Jo. Episcopum Ostien. sancte Romane ecclesie Cardinalem et vicecancellarium huiusmodi session. presidens nomine sinodi responsum placet

Sessio 34

Die sabbati v^ta mensis Junii anno a nativitate domini 1415 indictione 8 fuit sessio generalis per sacram Constan. sinodum in maiori ecclesia Constan. solempniter celebrata / in qua Rev^dus pater d. Thomas Tinon missam de tempore celebravit / presidit autem Rev^mus d. Johes Episcopus Ostien. Cardinalis vicecancellarius et dictis letaniis et oracionibus consuetis cum Ewangelio secundum Lucam homo quidam fecit cenam magnam / deinde Commissarii in causa Petri de Luna ascendunt ambonem et Rev^us pater d. Gg. Cardinalis sancti Marci de consensu suorum collegarum sibi assistencium pro themate assumens Reges 2 ut veniat iudicium de domino dei etc. quod pullare dominus processum per ipsum et suos collegas contra Petrum de Luna agendum B. 13 / incipiatur in commissione eis desuper facta habitum integre narravit et recitavit una cum probacionibus articulorum simul in huiusmodi causa productis Et facta dicta relacione Rev^di patres domini Dolen. et Lichfelden. Episcopi videlicet Dolen. ar^us et Lichfelden. r^us probaciones legerunt videlicet summarie probacionem super quolibet articulo dicto post lecturam articuli. Iste articulus de veritate et notorietate probatur per tot testes et tales declarando dignitates et gradus testium Et hiis peractis Rev^dus pater episcopus Concordien. legerat quandam cedulam Cuius tenor sequitur

Hec sacrosancta sinodus audita relacione processus et probacione ac aliorum actorum in causa inquisicionis pendentis coram eadem sinodo contra Petrum de Luna B. 13 a nonnullis interpretata super ferenda sententia et aliis in causa huiusmodi fiendis deliberabit potestate autem alias concessa dictis commissariis in dicta causa preterquam ad citandum eundem p. Benedictum ad audiendum sententiam per eandem sinodum ferendam non intendit revocare super qua citacione atque sententia nulla dicti commissarios ulterius habere potestatem

Super premissis Rev^mus d. Jo. episcopus Ostien. Car. et vicecancellarius huiusmodi session. presidens nomine sinodi respondit

Sessio / 37 / venerunt ambasiatores Regis Castelle

Die veneris / 18 mensis Junii anno supradicto fuit sessio generalis in ecclesia maiori Constan. solempniter celebrata Cui interfuit serenissimus princeps d. Sigismundus Romanorum et Ungarie Rex cum insigniis regalibus multis principibus et nobilibus sibi astantibus et servientibus. Et ante illius sessionis officium sine oraciones solitas et consuetas plures pluvialibus induti in tras capitibus ipso fuit quod Rev^di patres / Nobiles et strenui viri serenissimi principis domini / Jo / Regis Castelle et legionis Ambasiatores et cum eis Petrus de Lemburga de Polonia ambonem ascenderunt et ipsi ambasiatores ta facere per presentem sessionem possunt / videlicet primo concilium Constan. convocare / 2^o de congregatione presenti in eodem se unire / tertio subtractionem obediencie factam .

in Narbona inter capitula ibidem concordata approbare Et deinde petrus de kumbingen legit quoddam procuratorium Regis Castelle Et nominato fratre ludovico de vallisoleti unius de ambasiatoribus dicti Regis de consensu suorum Ambasiatorum legit quandam cedulam convocationis una cum bulla concilii convocatoria domino Regi Castelle porrecta per synodum missa iuxta capitula concordata Narbone continendo publice Cuius cedule convocationis tenor sequitur

Cedula Convocationis

In nomine sancte et individue trinitatis Nos didacus Conchen episcopus et fernandus de aula maior prefectus Gimpsputere serenissimi domini nostri Regis Castell Consiliarii Johannes episcopus paten Martinus fernandi domino de llore preses fferdinandus Martini de dovalos segobien et didacus fernandi palentin ecclesiarum decani decretorum doctores ffrater ludovicus de vallisoleti ordinis predicatorum in theologia magister prosecutor Jo. ferdinandi de zupeflore decretorum doctor oratores et procuratores dicti serenissimi Regis domini Jo. castelle et legionis ac serenissime domine Regine Castelle et omnium quorum interest et interesse potest ad pacem et unionem sancte matris ecclesie puris et sinceris affectibus anelantes volentes quod et intendentes adimplere conventiones Narbone initam inter serenissimum principem et d. d. Sigismundum Romanorum et Ungarie Regem semper Augustum et reverendos dominos procuratores nuncios et legatos presentis congregationis Constantiensis una et oratores et procuratores serenissimi principis d. fferdinandi tunc incliti Aragonum et Sicilie Regis tam suo pro nomine quam tunc tutoris et tutorio nomine prefati serenissimi domini Regis nostri ac etiam oratores et procuratores serenissimi Regis navarri necnon illustris principis Jo. comitis fuxi et alia pertinentia prosecuturi nos in hoc loco coram presentibus vestris offerimus nos ad exequendum dictam conventionem et omnia singula contenta in ea scilicet sumus nunc attendentes quod in illo capitulo dicte conventionis continetur quod convocatio dicte obedientie fiat per prelatos ceteros quod vos etiam vocatos huius congregationis per litteras directas ad Reges principes prelatos et alias personas de obedientia dicti b. scilicet inmittat Et viceversa prefati domini Reges principes prelati et alie persone dicte obedientie d. b. sic nominati debeant vos prefatos prelatos et ceteros de presenti congregatione per suos ambasiatores aut litteras hic in Constantiam convocare et attento etiam quod littere convocatorie pro parte vestra dicto d. Regi nostro Castelle iam presentate sunt quas etiam ipse omnibus prelatis et aliis personis quibus dirigebantur intimari fecit modo debito prout per instrumenta inde confecta patebit cum fuerit oportunum volumus et nos satisfacere dicto capitulo cuius tenor quantum ad litteras convocatorias que in eis continentur talis est Infra continetur dictum Episcopi presentium dicatur Carles etc. ut superius habetur Una ad finem lecta idem frater ludovicus legit ut sequitur Cui quidem capitulo satisfacere volentes Convocamus vos omnes prelatos et ceteros dominos de hac congregatione iuxta tenorem dicti capituli

Hiis sic lectis Reverendus pater d. Archiepiscopus Mediolanensis assedens ambone legit in hec verba

Acceptacio Connotacionis

Nos miseracione divina Epi presbri et diaconi Cardinales patriarche Archiepi Epi
prelati et ceteri hic congregati dictam connotacionem acceptamus et offerimus nos paratos
sine dilacione quacumque ad procedendum ad ulteriora. Et insuper requirimus vos ora
tores et procuratores predictos quatenus ad unionem faciendam nobiscum procedatis iuxta
tenorem tercii capituli convencionis predicte qui talis est / Cras quod prefati de obediencia
d. b. / 13 / etc ut supra tunc totum tenorem legebat Et postea frater
Ludovicus de Valleoleti prefatus quo ad 2m punctum quandam cedulam unionis le
gebat in hec verba

Cedula unionis

Nos oratores et procuratores prefati dictis nominibus unimus nos vobis iuxta
tenorem capituli Narbon predicti approbantes et laudantes omnia que post unionem
Aragonensium contra d. b. agitata et processa sunt per eidem et eodem ac si post
hanc unionem nostram ab hac sancta sinodo ut integralibus facta fuerit
Qua unione facta dictus dominus mediolanensis legit in hunc modum

Acceptacio unionis

Nos prelati etc congregati ut supra dictam unionem vestram acceptamus profitemur vos
vice et nomine prefati serenissimi d. Regis Castelle per omnia debitis modo et forma
ac tempore contentis in dicto capitulo vos satisfecisse Et consequenter nos vobis
oratoribus et procuratoribus predictis iuxta eiusdem capituli tenorem unimus
Quibus sic factis Reverendissimus pater dominus Jo. Ostien Cardinalis et vicecan
cellarius nomine totius sinodi per verbum placet respondit
Subsequenter oratores et procuratores Illustrissimi infantis domini henrici
ac ordinis sancte milicie sancti Jacobi de Spata generalis mayster Ambonem ascenden(tes)
omnia et singula acta et facta per dictos Ambassiatores et oratores Regis Castelle
Ambasiata et simpliciter sic hunc congregacionem unire ut premittitur super istis unus
de ambaxiata predictis de suo consensu quandam papiri cedu
lam publice legebat huiusmodi sub tenore

Cedula connotacionis infantis henrici

Nos vitalis de Broto miles Comendator de Caravaca / frater Jo. de sancto
Jacobo sacre theologie professor Garsias de Vegara miles / Jo. alfonsi in de
cretis baccalarius procuratores et oratores Illustrissimi domini infantis hen
rici ac ordinis sacre milicie sancti Jacobi de spata generalis mayster similiter
connotamus vos omnes prelatos et ceteros dominos de hac congregacione iuxta tenorem
dicti capituli. Deinde idem frater Jo. legit ut sequitur

Cedula unionis eiusdem

Nos oratores supradicti dicto nomine unimus nos vobis iuxta tenorem capituli
predicti Renunciantes omnibus et singulis promotores concilii peterent
instrumentum ei fieri Et deinde post fuit cantatum Te deum laudamus Quo finito
R. p. d. Jo. episcopus Ostien Cardinalis ad presidendum iuit et officium sessionis
solitum incipiebat Et lectis letaniis et aliis consuetis Reverendus pater Archiepiscopus
Mediolanensis una cum ambasiatoribus Regis Castelle Ambonem ascendit et
idem Archiepiscopus legit cedulam sequentem

Confirmacio capitulorum

Sacrosancta et generalis Sinodus Constan in spiritu sancto legitime congregata visis et consi
deratis capitulis etc. / ex capitulis Narbonen inter carissimum Ecclesie filium Sigismundum
Romanorum et Vngarie Regem illustrissimum et dilectos Ecclesie filios promotores et nuncios
dicte synodi ex vna et procuratores et oratores carissimorum dicte Ecclesie filiorum dominorum
Ferdinandi clare memorie Aragonum et Sicilie Regis tunc presentis nomine quo ante tutoris
et tutorio nomine Johannis Castelle et legionis necnon oratores Nauarre Regum illustrium
et dilectorum filiorum comitis fuxi et de armaniaco Comitum partibus ex altera concordata
Cuius quidem 2ⁱ capituli tenor sequitur sub hiis verbis / 2ᵒ quare dicte conuencioni etc.
vt superius continetur 9ᵒ capitulo ad finem lecto volentes obseruare in omnibus dictum
capitulum promittit ratum habet seruat / specialiter confirmat / et nouiter firmat /
ac statuit et decernit in omnibus et per omnia prout in dicto capitulo continetur
Visis eciam 4ᵒ capitulo cuius tenor sequitur talis / 4ᵒ quod predictum concilium conuocatum
etc. vsque ad finem lecto legitur cedulam tenoris sequentis
Abolet tollit et irritat quoscumque processus sinas decreta ordinaciones sta
tuta et penas etc. vt in dicto capitulo continetur vsque ibi et quod statuatur Item
statuit quod nunquam dictarum racione vel occasione dicti scismatis aut adhesionis
dicti d. b. et suis predecessoribus domini Clementis possit contra dictos dominos Re
ges et principes et alios de obediencia dicti dom. b. quolibet procedi in iudicio
vel extra ac in fine dicti capituli continetur Idem archiepiscopus vltimus continuauit
Visis eciam quinto dictorum capitulorum capitulo cuius tenor talis est / 5ᵒ quod per dictum
Concilium conuocatum etc. quod ad finem lecto continuauit vt sequitur approbat firmat
laudat et meliori modo quo fieri potest plenissime confirmat omnes et singulas
concessiones dispensaciones et gracias factas per d. b. predictum quibuscumque
personis sue obediencie, quibuscumque dignitatibus etc. vt in dicto capitulo continetur
Visis eciam / 11ᵒ / dictorum capitulorum capitulo / cuius tenor sequitur / 11ᵒ quod dictus dominus
Rex Romanorum etc. quo ad finem lecto continuauit vt sequitur Et attento quod dicitur
in dicto capitulo l. / et quod in prima sessione etc. dicta sancta sinodus facit conuo
cari statuit et ordinat in omnibus et per omnia prout in dicto capitulo continetur
Quibus sic lectis et completis serenissimus d. Sigismundus Romanorum et
Vngarie Rex et domini Cardinales archiepiscopi episcopi ceterique prelati et Ambassiatores
omnia et singula capitula Narbone concordata in omnibus et per omnia obser
uare iurauerunt et quilibet eorum iurauit ac eciam quoniam in eis fuit reperitur
Et post iuramentis prefatis archiepiscopus mediolanensis quandam legitur papiri cedulam
tenoris sequentis
Item domini Cardinales patriarche archiepiscopi episcopi et alii prelati ambassiatores dominorum
Regum et principum et alii in dicto concilio constituti et singulares persone et tam
persone eorum sufficienter protunc suffecerunt iurauit prout in dicto 11ᵒ capitulo continetur
quod predicta omnia et singula intelligunt et locum habeant semper saluo tenore
omnium et singulorum capitulorum predictorum Narbone concordatorum quibus et eorum
singulis dicta sinodus stare intendit nec ab eis vel eorum aliquo in toto
vel in parte recedere /

Ad que omnia et singula dnus Jo. Epus Ostien vicecancellarius et huius sessionis
presidens prefatus nomine totius sinodi per verbum placet respondit
Et subsequenter lecta fuit quedam cedula approbationis et acceptationis ex parte
predictorum Ambaxiatorum dni Regis Castell et legionis ac Regine in qua omnia
et singula decreta statuta constitutiones per ipsam sinodum tunc facta approbarunt
et acceptarunt dnus Archiepus Mediolanensis legit decretum tenoris infrascripti
Sacrosancta generalis sinodus Constantiensis in spiritu sancto legitime congregata pro bono unio-
nis ecclesie sacrosancte auctore deo felicius consumande considerans quod karissima
ecclesie filiam Catherinam Reginam illustrem matrem atque tutricem Regnorum ipsorum et cura-
tricem gubernatricem ac per nonnullos karissimi ecclesie filii Jo. Regis Castell. et legionis
plures barones et notabiles personas Regnorum et curie Regis prefati cohesita
et prestita fuerunt iuramenta et promissiones de non recedendo ab obedientia domini
Petri de Luna Benedicti/13/ a nonnullis sic nuncupati sub certis formis et verbis
in actis et instrumentis inde confectis latius continetur Que quidem acta et instru-
menta et alias quascumque probationes predictorum prefata sinodus de ipsis plene
certificata vult hic haberi pro sufficienter expressis Et quia huiusmodi iuramenta et pro-
missiones requisita et prestita fuerunt impedimenta unionis prefate propter-
que et illa nulla et irrita esse censentur statuit decernit atque declarat prefata omnia
iuramenta et promissiones et omnia et singula exinde secuta/fuisse et esse cassa
irrita et nulla nulliusque roboris efficacie vel momenti Et nichilominus ad cau-
telam quatenus de facto processerint ea relaxat cassat et revocat declarans prefatos ut
permittitur iuramentis et premissis ad observanciam predictorum minime teneri vel
obligari
Quo decreto lecto fuit p. d. presidente prefato nomine totius sinodi responsum
per verbum placet Et post frater Ludovicus de Vallesoleti legit ut sequitur

Confirmatio subtractionis obedientie

Nos dicti etc. Ambaxiatores et procuratores prefati nomine procuratorio quo
supra confirmamus et approbamus subtractionem obedientie dudum factam in
primiano domino pape Benedicto/13/ per felicis memorie d. Ferdinandum Aragonie
et Sicilie Regem nomine serenissimi Regis Castell et legionis domini nostri et per
suas litteras sicut in eisdem latius continetur etiam ex superhabundanti cautela eam
quo supra de novo facimus sicut in dictis litteris continetur et alio meliori
et firmiori modo quo fieri potest et debet de quo offerimus litteras prefati domini nostri
Regis et matris in valida et expedienti forma daturos
Deinde frater Ludovicus supradictus solemne fecit collationem Et facta collatione
pro collatione pro complemento huius sessionis Rev̄dus pater d. Johannes patriarcha
Anthiocenus missam de sancto spiritu celebravit

Sessio/36/

Anno a nativitate domini/1418/ indictione/11/ die vero Jovis 22/ mensis Julii
fuit celebrata sessio generalis in maiori ecclesia Constantiensi pro cuius introductione
Rev̄dus pater Epus Arbaten missam de sancto spiritu celebravit presidebat quoque
in eadem sessione Rev̄mus pater d. Jo. Epus Ostien sancte Romane ecclesie Cardinalis

et vicecancellarius Et lectis sic lectis alijs que de notis ordinibus solitis dominus
Antonius Episcopus Concordiensis legit quandam Citacionem contra petrum de luna factam ad audiendum se privari et sententiam ferri cuius tenor sequitur Qua siquidem citatione lecta venerabilis vir petrus de limburga legit quoddam decretum tenoris subsequentis

Sacrosancta et generalis sinodus Constanciensis in spiritu sancto legittime congregata potestatis et iurisdictionis causis ad hoc eandem sinodum monentibus et inducentibus annullat et irritat atque cassat atque irritas nullas et cassas esse decernit et declarat omnes privationes sive penas aut privationum sive penarum declarationes per dominum B. 13 in sua obediencia nuncupatum a die nona mensis Novembris Anno a nativitate domini 1417 citra factas promulgatas fulminatas seu pronunciatas tam virtute cuiusdam pretense constitucionis per eundem dominum B. dudum promulgate sub data Marsilien apud sanctum victorem 13 kalendas Junij pontificatus sui anno 13 que incipit Benedictus Episcopus servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam In dierum successibus crescente malicia sic videmus inma etc. Et sunt data Massilie apud sanctum victorem 13 kalendas Junij pontificatus nostri anno 13 quam quacumque alia causa occasione colore aut racione sive privaciones pene aut declarationes predicte sint de beneficijs ecclesiasticis dignitatibus feudis iuribus fructibus et bonis sive de quibuscumque alijs rebus temporalibus sive spiritualibus et de quibuscumque personis regularibus aut secularibus Regibus sive principibus Archiepiscopis Episcopis et alijs ecclesiarum prelatis magistris ordinum comitatibus congregacionibus collegijs universitatibus et quibuscumque personis regularibus aut secularibus Regibus sive principibus Archiepiscopis Episcopis et alijs ecclesiarum prelatis magistris ordinum comitatibus congregacionibus collegijs universitatibus et quibuscumque alijs personis laicis seu ecclesiasticis omnesque alios processus excommunicationis aut interdicti sive suspensionis aut cuiuscumque tenoris sententias super huiusmodi privacionibus aut penis factos aut factas promulgatos seu promulgatas et omnia inde vel ob id secuta una cum eadem constitucione et eadem tamquam contraria et impeditiva unionis sancte matris ecclesie simpliciter irritat atque cassat et irritas sive irrita esse decernit atque declarat etiam si super premissis nec aliquo premissorum littere appareant quecumque littere sive bulle sive alie date que tamen ante diem predictam non fuerit plenarie execucioni demandate Et nichilominus ad cautelam absolvit et absolutos declarat omnes et singulos supradictos et quoscumque alios a predictis sententijs excommunicacionis suspensionis et interdicti sive privacionis si quas virtute dicte constitucionis vel alias quovis modo ex supradictis causis et ex alijs in predicta constitucione contentis contraxerint necnon omnes processus tam super provisione quam possessione privaciones etiam beneficiorum que possidebat et collaciones de eisdem alijs factas aut excommunicacionis suspensionis vel quascumque alias sententias in sententiam venerabilis fratris et dilectos ecclesie filios Fernandum Tarasonensis episcopum Nobilem virum Fernandum petri de Aylala militem carissimi ecclesie filij Jo. Regis Castelle consiliarios Johannem episcopum parentem et martinum Fernandi militem prepositum domicellorum dicti domini Regis Castelle ac Religiosum virum fratrem Fernandum de ylescas ordinis minorum eiusdem

Regis consiliarium Ferdinandi martini de Degubrey et Didacum Ferdinandi palatinensis ecclesie
decanum et decretorum doctores, fratrem Ludovicum ordinis predicatorum de Valleoleti
in theologia professorem magistrum et Johannem Ferdinandi de Remesseliare decretorum doctorem
Ambaxiatores et procuratores prefati Regis Castelle et Petrum Ferdinandi archi-
diaconum de Grado in ecclesia Ovetensi ipsius Regis secretarium consanguineos
et familiares eorundem die prima mensis Aprilis anni domini 1416 citra factas aut
promulgatos revocat cassat revocata atque cassa esse denunciat statuit quoque
et decernit Ambaxiatores et secretarium predictos consanguineos vel familiares ipsorum
perinde ad statum pristinum reduci ac si privationes collationes processus et
alie sententie predicte facte et facti late aut promulgate minime fuissent, etiam
si super processibus privationibus aut collationibus vel sententiis predictis
alique bulle vel littere apparuerint sub antiori data, que tamen ante diem pre-
dictum non fuerint in partibus presentate et plenarie executioni demandate.
Eadem quoque sancta synodus omnes provisiones promotiones et translationes
de quibuscumque ecclesiis cathedralibus sive collegiatis seu ad quascumque
ecclesias cathedrales sive collegiatas et generaliter omnes concessiones beneficiorum
seu dignitatum quarumcumque etiam pro creationibus cardinalium sancte Romane ecclesie
per prefatum d. B. sic ut premittitur factas, aut morte cessione vel alias quovis
modo vacantium, omnes quoque et singulas concessiones et gratias dispensationes
quoque tam super matrimoniis contrahendis quam super beneficiis et quibuscumque aliis
quibuscumque Regibus principibus aut prelatis sive quibuscumque aliis personis
communitatibus et collegiis Et generaliter omnia alia per eundem B. sic nuncu-
patum infra limites seu dominia aut terras prefati carissimi ecclesie filii Jo.
Regis Castelle et legionis, subtractas seu subtracta, usque ad diem 18 mensis
Junii tunc currentis, acta concessa dispensata que per presens decretum non
sunt aut fuerint cassata cassa ve denunciata, et super quibus bulle seu
quecumque alie littere ante diem predictum non fuerint confecte presentate et execute
pro bono quietis et pacis laudat approbat confirmat atque approbata laudata
et confirmata esse declarat, Ita tamen quod per approbationem sive confirmationem
predictas nullum preiudicium fiat carissimo ecclesie filio Alfonso Aragonum Regi
illustri nec ipsius Regis matri uxori aut fratribus vel familiaribus
sive consiliariis alicuiusque eorum, nec contra eorum aliquem valeat in iudicio
vel extra prefata confirmatio vel approbatio allegari. Vult etiam eadem sancta
synodus atque statuit quod per premissa carissimo ecclesie filio Karolo Navarre
Regi, liberis ve eius, aut magistro hospitalis et conventui Rodi, nullum
preiudicium generetur, hoc tamen declarato et intellecto, quod si ab aliquibus pre-
latis magistris seu magistratibus dignitatibus vel beneficiis qui-
buscumque durante scismate fuerint separata vel alias disgregata aliqua

membra castra ville seu alia bona redditus proventus vel emolumenta ac responsiones
cuiuscumque vel alia iura quecumque, de quibus iam aliquibus fuit promissum vel facta
collacio vel infeudacio infra limites dominia seu terras prefati illustrissimi carissime
filii Regis Castelle supradicti constituta, quam predicta ipsis prelatis et magistris
seu magistratibus dignitatibus vel beneficiis in capiti restitui et reintegrari
valeant per concilium antedictum et in quacumque parte providebitur aliter de
Cardinalibus sancte Romane ecclesie dicta sancta sinodus providebit prout videbitur
expedire, per premissa ac hec sacrosancta sinodus capitulis Narbonensibus non intendit
in aliquo contravenire. Quo decreto lecto dominus presidens nomine sancte
sinodi per verbum placet respondit.

Sessio 37a

Die lune 26o supradicti mensis Julii Constancie in ecclesia maiori in loco solito
fuit publica sessio solempniter celebrata, pro cuius introductione Reverendus pater
d. G. tituli sancti Marcelli sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis missam de
sancto spiritu devotissime celebravit. Ipsi quoque sessioni interfuit serenissimus princeps d.
Sigismundus Romanorum et Ungarie etc. Rex, cum insigniis Regalibus cum ma-
gna nobilium multitudine in eisdem insigniis sibi servientibus. Presi-
debat quoque huiusmodi sessioni pontificalibus insignitus Reverendissimus pater d. Jo. episcopus
Ostiensis sancte Romane ecclesie Cardinalis et vicecancellarius. Et lectis letaniis
aliisque orationibus devotis consuetis, sermone quoque cuius thema erat Christus
mediator mediante per reverendum patrem dominum electum in patriarcham Constanti-
nopolitanum facto, fuit accusata contumacia Petri de Luna non comparentis
necnon diffinitivam sententiam ferri petitum. Et deinde fiebat relacio execucionis
citacionis in ultima sessione decrete per d. Henricum(?) ... episcopum unum de
commissariis deputatis pro execucione citacionis huiusmodi. Facta autem rela-
cione ac iterum contumacia P. de Luna accusata, Reverendissimi patres domini de Comi-
tibus et de Flisco cardinales per sanctam sinodum ad hoc specialiter deputati, de
eiusdem sinodi mandato una cum prothonotariis et pluribus curie notariis ac Jo.
... sedis apostolice cursore locum sessionis exeuntes ad valvas ecclesie accesserunt
et ibidem per organum cursoris antedicti prefatum Petrum de Luna terna vice vocari
fecerunt(?): Est hic Petrus de Luna ab aliquibus B. 13 nuncupatus vel aliquis pro eo
qui compareat coram sancta sinodo ad audiendum in scriptis ferri sententiam diffini-
tivam in causa scismatis et heresis contra eum mota. Et quia nec ipse nec aliquis pro eo
ibidem comparuit aut respondit, de quo fecerunt relacionem, qua facta iterum
accusabatur contumacia ipsius Petri de Luna. Et tunc dominus Stephanus
episcopus Dolensis quoddam decretum sive decreti cedulam legit in hunc modum:

Hec sacrosancta sinodus Petrum de Luna B. 13 a nonnullis nuncupatum
legittime citatum vocatum non comparentem declarat et contumacem reputat decernitque

in eius absentia, dei repleti presentia fore in presenti causa inquisicionis contra eum tota eidem
pendente per eam synodum ad diffinitivam sententiam procedendum
Una cedula sic lecta Reverendus pater d. p. Episcopus ... huiusmodi sessionis presides per
verbum placet respondit nomine ipsius synodi / Et tunc Reverendus pater dominus ... tituli sancti
Marcy presbiter Cardinalis quandam diffinitive sententie cedulam legit huiusmodi sub tenore
De vultu eius hic iudicium prodeat qui sedet in throno et eius ore procedit gla-
dius bis acutus / Cuius statera iusta est et equa sunt pondera / qui venturus
est iudicare vivos et mortuos dominus ihesus christus Amen / Justus est dominus et iu-
sticias dilexit equitatem vidit vultus eius / vultus quidem domini super facientes
mala ut perdat de terra memoriam eorum / perdat inquit sicut propheta memoria illius
qui non est recordatus facere misericordiam et qui persecutus est hominem inopem
et mendicum / quanto magis perdat illum / qui omnes homines in ecclesiam uni-
versalem persecutus est et turbavit Petrum de Luna / Benedictum 13 / a nonnullis nuncu-
patum qui quantum in eo fuit ecclesiam dei et universum populum christianum peccavit scisma et divisio-
nem fovens nutriens atque continuans Cum annis ... frequentibus devotis et
singulis Regum principum et prelatorum precibus et exhortacionibus et requisicionibus
huius tractatus iuxta doctrinam evangelicam amonitus fuit / ut pacem daret ecclesie
ut illius sanaret vulnera / ac eius partes divisas in una compage et corpus
unum efficeret / quemadmodum ipse iuraverat / Erat et dum fuit in ista pertinacia
quos tamen caritate corripientes nullatenus voluit exaudire Quot sunt
postmodum testes adhibiti quibus et minime exaudivit necesse fuit secundum christi evan-
gelica doctrina dicere ecclesie quam quia etiam non audivit habendus sit tanquam
ethnicus et publicanus Capta in causa inquisicionis fidei et scismatis
coram presenti sancta generali synodo super premissis et aliis contra eum editis / ac
eorum veritas et notorietas declarata manifeste super quibus rite et canonice
processum et omnibus rite actis ac diligenti inspectione habita quod super illis et deliberacione
matura Eadem sancta synodus generalis universalem ecclesiam representans in dicta
inquisicionis causa pro tribunali sedens pronunciat decernit et declarat per hanc diffi-
nitivam sententiam in hiis scriptis eundem Petrum de Luna B. 13 ut premittitur nuncupa-
tum fuisse et esse periurum universalis ecclesie scandalisatorem fautorem et nutritorem inve-
terati scismatis inveterate scissure et divisionis ecclesie sancte dei / pacis et unio-
nis ecclesie eiusdem impeditorem et turbatorem scismaticum et hereticum a fide devium
et articuli fidei unam sanctam catholicam ecclesiam violatorem / pertinacem cum scandalo ecclesie
dei incorrigibilem notorium et manifestum / ac omni titulo / gradu / honore et
dignitate se reddidisse indignum / a deo eiectum et precisum / et in omni iure eidem
in papatu et Romano pontificio / ac Romane ecclesie quolibet competente ipso iure pri-
vatum et ab ecclesia catholica tanquam membrum aridum precisum / Quem quidem Petrum
quatenus de facto papatum sibi se tenet Eadem sancta synodus papatu et summo ecclesie
romane pontificio omni quoque titulo gradu / honore dignitate beneficiis et offi-
ciis quibuscumque ad omnem cautelam privat / deponit et abicit / eidem quoque

inhibet ne de cetero pro papa aut Romano et summo pontifice se gerat Omnesque popu-
los ab eius obediencia et omni debito obediencie ipsius atque iuramentis et obligaci-
onibus eidem quomodolibet prestitis absolvit et absolutos esse declarat Ac omnibus et singu-
lis christifidelibus inhibet sub pena fautorie scismatis et heresis atque privacione omnium bene-
ficiorum dignitatum et honorum ecclesiasticorum et mundanorum et aliis penis iuris, etiam si episcopalis
patriarchalis Cardinalatus Regalis sit dignitatis aut imperialis, quibus si contra
huiusmodi inhibitionem fecerint, sint auctoritate huiusmodi decreti et sententie ipso facto privati et
alias iuris incurrant penas Ne eidem petro de luna scismatico et heretico
incorrigibili notorio declarato et deposito tanquam pape obediant pareant vel inten-
dant aut eum quovis modo contra premissa sustineant vel receptent sibique pre-
stent auxilium consilium vel favorem Declarat insuper et decernit omnes et singulas
inhibitiones omnesque processus et sententias constitutiones et censuras et
alia quecunque per ipsum factas facta et ficta que possent premissis obviare
irritas irritas et irrita atque irritat annullat et revocat ceteris penis que
in premissis casibus iura statuunt semper salvis
Hanc cedulam sive sententiam lectam prelibatus Stephanus Dolen episcopus ex parte
ipsius synodi dixit in effectu Cumque in processu cause huiusmodi nullus possit
defectus allegari, tamen sancta synodus predicta ad superhabundantem caute-
lam omnes supplet defectus qui intervenissent Ad que omnia et singula
dominus presidens nomine tocius synodi respondit placet

Tenor dicte sententie sub bulla Concilii

Sacrosancta et generalis synodus Constanciensis Ad futuram rei memoriam
Convenientes in unum spiritu sancto legitime congregati unam sanctam catho-
licam et apostolicam profitentes et representantes ecclesiam illam palmam
nostre professionis esse credimus, si quod illius paci et unioni opponitur
reducere et extirpare valeamus. Sane dominus Jhesus episcopus eiusdem ecclesie
caput, regnans in celis orbis tamen terrarum imperium non relinquens sicut
illa una est unius capitis et sponsi solius indissolubilis copula, sic inter eius mini-
stros preesse voluit unum eius vicarium quem papam appellamus cui ceteris
inter cetus principatum beatum petrum apostolum et eius successores Romanos ponti-
fices. Sed operis virtuosi et rectores verum antiqui hostis invidia haud metua-
tur corrumpitur et in membris unionem fidei non valens et si alias et plures per
divisiones et scismata haud pro tempore rescinderit unionem huius tamen [illegible]
novissimis temporibus adeo periculosius per quadraginta pene annos haud ita divisit
ecclesiam ut ipsum corpus ecclesie aliquando et diu in duas partes et duo velut capita
aliquando in tres, et tamquam si prothas esset diversa capita monstruositate mirabili sed
effectu miserabili deformiter scinderit et divisit Ad tantam [illegible] complexi
creditum letiferam et abhominabilem deformitudinem corporis ecclesie sponse
Christi penitus extirpandam [illegible] spe et auxilio [illegible] ecclesie filio
Sigismundo Romanorum et Ungarie Dalmatie et Croatie Regi illustri, in hac

sua Constanciensi Civitate inter ceteras papatus tamen adhuc contendentes ut premittitur
sublata primo duorum capitum et obedienciarum suarum Jo(hannis) /23/ et Gregorii /12/ in suis
predictis obedienciis intrusorum divisione et illius membris redactis in unum Cum
tercium caput Petrus de luna .B. 13/ in sua obediencia intrusus cum obedientibus
sibi reliquam partem faceret Ecclesie cetera membra pariter in unum ecclesie corpus
uniri quod tamen attenta huiusmodi scismatis seu divisionis diuturnitate /40 fere
annorum predicta ex quibus idem Petrus de luna tunc a sibi obedientibus Benedictus
/13/ intrusus /22/ annis et amplius papatum se et sibi obedientes tenuit / ob
etiam causa difficultatibus in iure et contrariis opinionibus partium predictarum
atque sectorum multitudine quorum hiis temporibus humanitus haberi non poterit
certitudo Insuper quod alie partes multo maiores eidem non obedientes
nunquam ad illius obediencia potuissent aut possent verisimiliter adduci presertim
noverat in hominum potestate preter vota per ipsius / post obitum / tanquam vite timor dei
ipse constituit aut illius renunciacione papatus / vel eiusdem apparatu electione
predicto per viam renunciacionis ab omnibus Christi fidelibus approbata ad quam
specialiter assercione attento statu ecclesie idem Petrus tenebatur iure divino pariter
et humano prefatam propriam presertim quod prius curam unionem Cum igitur
propter hoc predictus carissimus ecclesie filius et advocatus Sigismundus Romanorum
Rex et plures alii solempnes prelati et doctores ad eundem Petrum Reges que
et principes sue obediencie ad Regnum Aragonum fuerint destinati presertim quod idem
Petrus per eundem Sigismundum Romanorum Regem qui pro favore fidei et unionis
ecclesie ad partes personaliter dignatus est accedere et per predictos prelatos et doctores
destinatos cum eodem ac per legatos carissimorum ecclesie filiorum Regum Francie
et Anglie nec non prelatorum necnon concilii Aragonum Regem per legatos Regum
Castelle et Navarie illustrium atque dilectos ecclesie filios nobiles viros Comites
de Fuxo et Armeniaci de ipsius Petri obediencia tunc existentium de novo
et caritative rogatus exhortatus et requisitus pluries et iteratis vicibus presertim
ex parte dicti Aragonum Regis presertim ecclesia alias multociens ex parte pluries in Regum
predictorum fuerat solempniter rogatus et requisitus quatenus attento quod totum pondus
scismatis seu divisionis ecclesie super eum pro tunc residebat vellet dare pacem et unionem
ecclesie per suam renunciacionem presertim ad quod propter premissa et rigor per eum dudum
mandati prestiti tenebatur iure divino pariter et humano et etiam in sua promissione
quod facere semper pertinaciter recusavit Ecclesia propter via renunciacionis cessante eum per
premissa et alia plurima de scismate et heresi suspectum merito habetur oportuit
per unionem ecclesie ad viam alteram ipsius scilicet electione venire propter que inter partes
Narbone concordata inter Romanorum Regem et legatos predictos ex una ac predictorum
Regum Castelle Aragonum Navarre ac Comitis Fuxi nuncios et prelatos
ex alia partibus celebratum in hac Civitate Constanciensi mutua unione illius
obediencie et aliarum duarum sic inita sit quod pro unione ipsarum vero universali et indu
bitato ecclesie sancte generalis concilium Idem Petrus in causa inquisicionis scismatis

et heresis ac super aliis facta prius auctoritate nostra per dilectissimos ecclesie filios G. tituli sancti Marci presbiterum et ff. sanctorum Cosme et Damiani diaconum sancte Romane ecclesie Cardinales necnon Jo. electum patriarcham Constantinopolitanum Stephanum Dolen Robertum Sarisburien Episcopos et quosdam alios dilectos ecclesie filios Abbates et alios magistros et alios in Jure Canonico et Civili quosdam in utroque Jure doctores nostros commissarios summaria et preparatoria informacione super illis, quamquam illa fere omnia notoria existerent per Citacionem ipsius personalem tractus comparuit coram nobis. Cum Citacioni ad personam ipsius execucioni mandate Respondens, ymmo in nonnullis suis scriptis et dictis plura temeraria, erronea, contra fidem, ecclesie unione memorie dei iniuriosa et contumeliosa inseruit et asseruit prout hec et alia in processu super hiis agitato plenius et expressius continentur Ipso quoque legittime vocato super premissis et aliis editis contra ipsum capitulis missis processo quoque nichilominus ad ulterioris cautele suffragium rite et canonice super illis que etiam ut plurimum notoria existebant facta quoque commissione nonnullis venerabilibus Cardinalibus patriarchis Archiepiscopis Episcopis et dilectis ecclesie filiis magistris et doctoribus et aliis ac per eosdem super editis capitulis, testibus Cardinalibus patriarchis Archiepiscopis Episcopis Abbatibus magistris et doctoribus et aliis omni exceptione maioribus rite receptis iuratis et diligenter examinatis nonnullis quoque instrumentis et scripturis productis et prefatos commissarios receptis in quibus multa continentur in ipsis capitulis notoria ut prefertur consistunt Eorum quoque testium attestacionibus publicatis ipso quoque petro ad dicendum et obiciendum in testes et eorum dicta atque alia probandum generaliter quicquid vellet iuris ad singulos cum suis actus et novissime ad audiendum Jus et diffinitivam sententiam in causa huiusmodi legittime vocato sufficienter expectato non comparente et per nos contumace reputato servatis servandis ac omnibus rite actis habita super premissis et causa huiusmodi deliberacione matura ad diffinitivam sententiam in causa et causis huiusmodi processimus memoris absencia dei replenti presentia et per nos lata fuit diffinitiva sua in forma sequenti De vultu tuo hec iudicium prodeat etc. ut supra Demum premissis lata et recitata fuit hec nostra diffinitiva sua per dilectissimum ecclesie filium G. tituli sancti Marci sancte Romane ecclesie presbiterum Cardinalem de mandato nostro, nobis pro tribunali in ecclesia Constantiensi more solito sedentibus / 1° / Kalendas Augusti Anno a nativitate domini / 1418 / apostolica sede vacante

Sessio 38a /

Die mercurii / 28 / supradicti mensis Julii Constancie in Ecclesia maiori fuit sessio publica solempniter celebrata pro cuius introductione Reverendus pater Nicolaus Assisinatensis missam de beata virgine Maria celebravit Reverendissimus in Christo pater dominus Ph. Episcopus Ostien sancte Romane ecclesie Cardinalis et vicecancellarius huiusmodi sessioni presedit Et letaniis ac aliis oracionibus et solemnitatibus solitis lectis et peractis venerabilis vir petrus de Lamburgia legit quedam decreta tenoris subsequentis

Irritacio contra Ambass. infantis Henrici

Sacrosancta generalis Synodus Constan. in spiritu sancto legittime congregata ex certis et iustis
causis eandem sacram synodum mouentibus omnes processus tam super priuatione quam
possessione priuaciones et beneficiorum que possidebant et collaciones alias de eisdem factas aut
excommunicacionis suspensionis vel quarumcumque aliarum sentencias in seu contra venerabiles fratres et dilectos ecclesie
filios Ambaxiatores et procuratores carissimi ecclesie filii Joh. Regis Castelle consanguineos
et familiares eorum a die prima mensis aprilis anni domini 1416 citra factas aut pro
mulgatas irritauit et cassauit irrita que atque cassa esse denunciauit statuitque et
decreuit Ambaxiatores predictos consanguineos vel familiares ipsorum perinde ad statum
pristinum reducendos ac si priuaciones collaciones processus et alie sentencie predicte late
aut promulgate minime fuissent, eciam si super processibus prouisionibus aut
collacionibus et sentenciis predictis alique littere sine bulle apparuit sub antiori
data, que tamen ante diem predictam non fuerant in partibus presentate et vltimarie
execucioni demandate volens vtique eadem sancta synodus consimilibus causis
mota dilectos ecclesie filios vitalem de sancto comendatore de calatraua et fratrem Jo
de sancto Jacobo ordinis fratrum minorum in theologia magistrum et Garcia de Vergana
milite ordinis sancti Jacobi de spata ac Johanne Alfonsi baccalarium in decretis
Ambaxiatores et procuratores dilecti ecclesie filii illustris henrici infantis Aragonum et
Cicilie etc. ac dicti ordinis sancte milicie sancti Jacobi de spata magistri sibi
fauore prosequi ac eadem qua ad premissa prerogatiua gaudere statuit decreuit irrita
ciones et cassaciones predictas ad prefatos Ambaxiatores predicti infantis et magistri
ad consanguineos et familiares eorundem decreuit perinde extendi ac si in supradicto
decreto aut statuto fuissent vna cum predictis Ambaxiatoribus Regis Castelle ac specialiter
nominati

Reuocacio vocum Ambaxiatoribus Regis Aragonum concessarum

Sacrosancta generalis Synodus Constan. Cum per capitula Narbone concordata
inter cetera cautum fuit Et quod non ordinaretur statuatur vel fieret aliqua directe vel
indirecte contenta aut tangencia dictos Reges principes prelatos et alios de obe
diencia Petri de luna nonnullis olim B. 13 nuncupati vel aliquem ipsorum
et post per hanc synodum concessum fuit Ambaxiatoribus et oratoribus carissimi ecclesie
filii Regis Aragonum presentibus tunc et aliis venturis eciam premodo conuencionis et pacti
quod dicti oratores in natione yspanica hoc durante Concilio haberent voces tante vir
tutis et auctoritatis quante essent voces omnium prelatorum et eciam personarum Regnorum
et terrarum dicti Regis que possidet citra et vltra mare qui ad generale Concilium
sunt assueti vocari cum protestacione tamen hic inde facta quod premissa intelligerentur
concessa sine preiudicio dictorum capitulorum prout in decreto super hoc facto latius
continetur Verum cum Ambaxiatores carissimi ecclesie filii Regis portugalie illustris
publice concessioni huiusmodi se opposuit Et cum de huiusmodi concessione tractaretur
et timeretur quod aduenientibus Ambaxiatoribus carissimi ecclesie filii Regis Castelle
illustris ipsi dissimiliter de huiusmodi concessione sine decreto turbarentur et conque
rerentur prout iam super hoc grauem oppositionem querelam asserentes huiusmodi concessionis

observantia in eorum tende lesione et fore contra predicta capitula concordata pedente
quod huiusmodi tractatu prefati Ambaxiatores Regis serenissimi in effectu dixerunt et asseruerunt
quod dictos Ambaxiatores Regis Castelle redderent et cum eisdem super hoc bene concor
darent et contra eorum voluntates dictis vocibus uti nollent propter hoc et alias ra
tionabiles causas attento etiam quod per hoc ardua agenda in hac synodo differri
et impediri possent prout hactenus nonnulla bonum unionis ecclesie concernentia
retardata et dilata fuerunt Eadem sancta Synodus volens omnibus et per
omnia eisdem capitulis inherere et omnia que in sua instancia consone pro bono pacis
et concordie partium predictarum ac nacionis yspanie et suppositorum eiusdem
contenta sunt decrevit et declarat quod Ambaxiatores Regis Aragonum predicte vocibus
predictorum et aliorum absencium qui ad Concilium consueverant evocari que eis
dem expresse fuerunt contra yspaniam ut presertur uti nullo modo possint nec de
beant in nacione yspanica supradicta / sed quod singule Ambaxiate Regum Castelle
Aragonie portugalie et Navarie habeant et representent in nacione sup
dicta voces omnium prelatorum et aliorum absentium qui consueverunt ad Concilium
evocari solum et dumtaxat regnorum et dominiorum suorum que habent in yspa
nia Et quo decreto lecto speratus in deo unus de Ambaxiatoribus Regis Aragonum
in medio surgens dicens quod decretum in nacionibus non fuerat positum allegavit
de nullitate ipsius decreti / fuit protestatus Et oppositum quidam nacionum presidentes
expresse dixerunt et retulerunt huiusmodi decretum in nacionibus fuerat lectum et ipsis
nacionibus placuisset ut legeretur Et tunc reverendissimus pater dominus presidens huiusmodi sessionis
presidens nomine totius Synodi super omnibus premissis placet respondit

Sessio 39

Anno a nativitate domini 1417 / Indictione 10 / die vero sabbati / 9 / mensis Octobris ca-
Constancie in Ecclesia maiori in loco solito fuit tenta et celebrata sessio publica
In qua reverendus pater dominus Archiepiscopus viennensis missam de sancto spiritu celebravit Reverendissimus
vero pater et dominus dominus Johannes Episcopus Ostiensis sancte Romane ecclesie Cardinalis et
Vicecancellarius huic sessioni presedit fuit lectum evangelium sessionis secundum lucam Estote
misericordes sicut et pater vester misericors est lectis quoque letaniis et aliis devotis
orationibus legitimis Reverendus pater dominus Archiepiscopus Mediolanensis Ambonem ascen
dens legit et publicavit decreta que secuntur

De Celebratione Conciliorum generalium

Frequens generalium Conciliorum celebratio / agri dominici precipua cultura est que
vepres spinas et tribulos heresum errorum / et scismatum extirpat / excessus corri
git / deformata reformat / et vineam domini ad frugem ubertatis fertilitatis
adducit Illorum vero neglectus premissa disseminat atque fovet / hoc preteritorum temporum
recordatio / et presentium consideratio / ante oculos nostros ponit Ea propter hoc edicto
perpetuo sancimus / decernimus / et ordinamus / ut amodo Concilia generalia cele
brentur Ita quod primum a fine huius Concilii in quinquennium immediate sequens /
secundum vero a fine illius immediate sequentis concilii in septennium Et deinceps
de decennio in decennium perpetuo celebrentur in locis que summus pontifex per mensem

cuiuslibet Concilii approbante et consentiente Concilio, vel in eius defectu ipsum Concilium
deputare et assignare teneatur, ut sic per quandam continuationem semper aut Conci-
lium vigeat per termini pendentiam expectetur. Quem terminum liceat summo pontifici
de fratrum suorum sancte Romane ecclesie Cardinalium Consilio et exigente forte causa
abreviare, sed nullatenus prorogent. Locum autem pro futuro Concilio celebran-
do deputatum absque evidenti necessitate non mutet. Sed si forte casus aliquis occur-
reret, quo necessarium videtur ipsum locum mutare, puta obsidionis, guerrarum,
pestis aut similis, tunc liceat summo pontifici de predictorum fratrum suorum aut dua-
rum partium ipsorum consensu atque subscriptione alium locum prius deputato loco vici-
num et aptum sub eadem tamen natione surrogare, nisi idem vel simile
impedimentum per totam illam nationem vigeret. Tunc ad aliquem alium viciniorem
alterius nationis locum aptum huiusmodi Concilium poterit convocare. Ad quem prelati
et alii qui ad Concilium solent convocari accedere teneantur, ac si a principio locus
illis fuisset deputatus. Quam tamen loci mutationem vel termini abreviationem
per annum ante prefixum terminum teneatur summus pontifex legitime et solempniter
publicare et intimare, ut ad ipsum Concilium celebrandum predicti possint statuto
termino convenire. Si vero, quod absit, in futurum scisma oriri contingeret, ita quod
duo vel plures pro summis pontificibus se gererent, a die quo ipsi duo vel plures
insignia pontificatus publice assumpserint seu administrare ceperit, intelligatur
ipso iure terminus Concilii tunc forte ultra annum pendens ad annum proximum abre-
viatus. Ad quod omnes prelati et ceteri qui ad Concilium ire teneantur sub pe-
nis iuris et aliis per Concilium imponendis absque alia vocatione conveniant.
Necnon imperator ceterique reges et principes vel personaliter vel per solempnes nun-
cios tanquam ad commune incendium extinguendum per viscera misericordie Ihesu Christi ex-
hortati concurrant. Et quilibet ipsorum pro Romano pontifice se gerentium
infra mensem a die qua sciverit alium vel alios assumpsisse papatus
insignia vel in papatu administrasse, teneatur sub interminatione maledictionis
eterne et amissionis iuris, si quod forte sibi quesitum esset in papatu, quam
ipso facto incurrat, et ultra hoc ad quaslibet dignitates active vel passive sit
inhabilis, Concilium ipsum ad terminum annum predictum in loco deputato prius indicere et
publicare celebrandum, et per suas litteras competitori vel competitoribus ipsum vel ipsos
provocando ad causam et ceteris prelatis ac principibus quantum in eo fuerit intimare.
Necnon termino prefixo sub penis predictis ad locum Concilii personaliter se transferre
nec inde discedere donec per Concilium causa scismatis plenarie sit finita. Hoc ad-
dito quod nullus ipsorum contendentium de papatu in ipso Concilio ut papa presideat.
Quinymo ut tanto liberius et citius ecclesia unico et indubitato pastore gau-
deat, ut ipsi omnes de papatu contendentes postquam ipsum Concilium inceptum fuerit
auctoritate huius synodi ipso iure ab administratione suspensi. Nec eis aut eorum alteri
donec causa ipsa per Concilium terminata fuerit quolibet obediatur sub pena fautorie
scismatis. Quod si forte electionem Romani pontificis per metum qui caderet

in constantie virum seu impressionem decetero sic contingat, ipsam nullius decernimus efficacie
vel momenti, nec posse per sequentem consensum etiam metu predicto cessante ratificari
vel approbari. Non tamen liceat Cardinalibus ad aliam electionem procedere nisi ille qui
sic electus forte renunciet vel decedat, donec per generale Concilium de electione illa
fuit iudicatum. Et si procedat, nulla sit electio ipso iure. Decernit quod sic eligentes
et electi si ipsi papatum se ingesserint omni dignitate et statu etiam Cardinalatus
et pontificalis ipso iure privati et inhabiles decreto ad easdem ac etiam ad papa-
lem, nec ei aliquis eidem sic electo ut pape sub pena fautorie scismatis obediat
quoquomodo. Et eo casu Concilium de electione ipsa provideat illa vice. Sed licet
ac ymmo teneantur electores omnes aut saltem maior pars ipsorum quanto sine per-
sonarum periculo poterit etiam si preventus omni honore emineat transferre se
ad locum tutum et metum predictum allegare coram notariis publicis et notabilibus
personis ac multitudine populi in loco insigni. Ita tamen quod allegantes metum
huiusmodi habeant in principio metus allegatione exprimere speciem et qualitatem dicti
metus et iurare solemniter quod metus talis allatus est verus et credunt se ipsum
posse probare, et quod per maliciam vel calumpniam huiusmodi metum non proponunt
nec ultra proximum futurum Concilium nullomodo possit differri allegatio
dicti metus. Teneantur insuper postquam se transtulerint et metum allegaverint
modo predicto provocare sic electum ad Concilium. Quod Concilium si ultra annum
pendeat a die provocationis huiusmodi intelligatur ad annum ut supra ipso iure re[us] libera-
tus. Et nichilominus electus ipse sub penis predictis et Cardinales provocare
sub pena amissionis Cardinalatus et omnium beneficiorum suorum quam ipso facto incur-
rant infra mensem a die provocationis Concilium ipsum ut supra dictum indicere
publicare et quantum poterunt intimare. Ac Cardinales ipsi ac alii quod electores ad locum
Concilii tempore convenienti personaliter se transferre et usque ad finem cause expectare.
Teneantur quoque prelati ceterique ut supra ad convocationem Cardinalium tamen si forte
sic electus convocare cessaverit accedere. Et nisi sic electus in Concilio ipso non presedat
quoquomodo sit a tempore inchoandi Concilii ipso iure ab omni administratione papatus sus-
pensus, nec sibi aliquis sub pena fautorie scismatis quomodolibet obediat. Et si infra
annum a die inditi Concilii contingat supradictos casus videlicet quod plures se gerunt
pro papa vel quod unus per metum seu impressionem eligatur, teneantur ipso iure
tam gerentes se pro papa quam electus per metum seu impressionem et cardinales ad
dictum Concilium convocatum teneantur quod in ipso concilio comparere personaliter causam
exponere, et iudicium Concilii expectare. Sed si dictis casibus stantibus contingat
forte casus ad quos notorium sit locum concilii mutare ut obsidiones vel guerre
aut pestis vel similis teneantur nichilominus tamen omnes supradicti quam omnes prelati
ceteri qui ad Concilium ire tenentur ad locum propiorem vel proximum qui sit habilis ad
Concilium convenire possit quod maior pars prelatorum qui infra mensem ad locum
certum declinaverint illum sibi et aliis pro loco Concilii deputant. Concilium ac
ut prefertur convocatum et congregatum de huiusmodi scismatis causa cognoscat
et in contumaciam electorum seu gerentium se pro papa vel Cardinalium si forte

venire neglexerint licet dirimat causam quam diffinitur ac culpabiles in ipsa sententia
procurando seu mittendo vel in admittendo aut excludendo et admittendis favendo
seu contra intentionem superius eligendo vel aliunde impie allegando / metu etiam ultra
predictas penas cuiuscumque status gradus aut preeminentie existant ecclesiastice vel mundane.
sic puniat ut vindicte rigor luceat aliis in exemplum / ut aut metus seu impressiones
violentia in electione pape eo formidiosius evitetur qua toti christianitati lamentabilius
eorum incussio seu factio pervenit ultra predicta duximus specialiter statuendum
quod si quis huiusmodi metum vel impressionem aut violentiam electoribus ipsis vel alicui ipsorum
in electione pape intulerit seu fecit aut fieri procuravit vel factum ratum habuerit aut
in hoc consilium dedit vel favorem fautores scienter receptavit vel defensavit aut
negligens in executione penarum inferius nominatarum extiterit cuiuscumque status
gradus aut preeminentie fuit etiam si imperiali regali pontificali vel alia quavis
ecclesiastica vel seculari prefulgeat dignitate illas penas ipso facto incurrat que in consti-
tutione felicis recordationis Bonifacii / 8 / pape que incipit Felicis continentur
illisque effectualiter puniatur / Civitas vero etiam si quod absit urbs Romana fuerit,
vel alia quevis universitas que talia fecerit consilium vel auxilium dederit aut fauto-
rem vel infra mensem saltem talis delinquentem pro tanti facinoris enormi-
tate corrigere et facultas ei affuit non duxerit puniendum eo ipso subiaceat ecclesiastico
interdicto et nihilominus preter dictam urbem pontificali ut supra eo ipso sit dignitate
privata non obstantibus privilegiis quibuscumque / Volumus insuper quod in fine cuiuslibet
generalis concilii hoc decretum solemniter publicetur / necnon quandocumque et ubicumque Romani
pontificis electio imminebit facienda ante ingressum conclavis legatur et
publice intimetur

Forma de professione pape facienda

Quanto Romanus pontifex eminentiori inter mortales fungitur potestate
tanto clarioribus ipsum decet fidei vinculis et sacramentorum ecclesiasticorum observandis
ritibus obligari. Ea propter ut in futurum Romanis pontificibus in sue creatio-
nis primordiis singulari splendore luceat plena fides. Statuimus et ordinamus
ut deinceps quilibet in Romanum pontificem eligendus antequam sua electio pu-
blicetur coram suis electoribus publice confessionem et professionem faciat infra-
scriptam

In nomine sancte et individue Trinitatis patris et filii et spiritus sancti amen. Anno
a nativitate domini millesimo quadringentesimo etc. Ego N electus in papam omnipotenti deo cuius ecclesiam
suo presidio regendam suscipio et beato Petro apostolorum principi corde et ore profite-
or quamdiu in hac vita fragili constitutus fuero me firmiter credere et tenere
sanctam fidem catholicam secundum traditiones apostolorum generalium conciliorum et aliorum
sanctorum patrum maxime / 8 / sacrorum conciliorum universalium videlicet primi Niceni
/ secundi Constantinopolitani / tertii Ephesini / quarti Calcedonensis quinti et sexti
Constantinopolitani / septimi / item Niceni / 8 / quoque Constantinopolitani necnon Lateranensium
Lugdunensium / et Viennensis / generalium etiam conciliorum / et illam fidem usque ad

rum apicem immutilatam servare, et usque ad animam et sanguinem confirmare, defen
sare et praedicare, ritum quoque pariter sacramentorum catholicae ecclesiae canonice traditum omnimode
prosequi et observare. Hanc autem professionem et confessionem meam per notarium
scrinarii sanctae Romanae ecclesiae me iubente scriptam propria manu subscripsi et tibi omnipotens
pura mente et devota conscientia super tali altari etc. sincere offero in praesentiam ta
lium etc. Dat. etc.

Ne praelati transferantur inviti

Cum ex praelatorum translationibus ecclesiae ipsae de quibus transferuntur plerumque
gravibus in spiritualibus et temporalibus subiaceant dispendiis et iacturis, prae
lati quoque ne contra iura et libertates ecclesiarum suarum translationis formidine
non audeo solent ut alias prosequantur, ne ad importunitatem quorundam quae sua
et non quae Ihesu Christi quaerunt Romanus pontifex forsan ut homo facti nescius
in huiusmodi contingat aut alias levitate inclinetur, praesentibus statuimus et ordinamus a modo
episcoporum et superiorum translationes absque magna et rationabili causa quae voca
ta parte cognita fuit et decisa de consilio sanctae Romanae ecclesiae cardinalium
vel maioris partis eorundem et cum subscriptione eorundem fieri non debent. Inferiores
vero ut abbates aliique perpetuis beneficiati inviti absque iusta et rationabili causa
cognita mutari amoveri seu privari non debeant. Addentes quod in mutationibus
abbatum subscriptio cardinalium interveniat sicut in episcopis est praemissum. Salvis con
stitutionibus consuetudinibus et privilegiis ecclesiarum monasteriorum et ordinum
quorumcumque.

De spoliis et procurationibus

Cum per papam facta reservatio et exactio et perceptio procurationum ordina
riis et aliis inferioribus praelatis debitarum ratione visitationis necnon
et spoliorum decedentium praelatorum aliorumque clericorum gravia ecclesiis monasteriis
et aliis beneficiis ecclesiasticis et personis ipsis afferant detrimenta, praesenti declaramus
edicto rationi fore consentaneum et reipublicae accommodum tales per papam
reservationes ac per collectores et alios auctoritate apostolica deputatos sive deputan
dos exactiones seu perceptiones de cetero aliquatenus non fieri seu attemptari, quinimmo pro
curationes huiusmodi ac quorumcumque praelatorum etiam cardinalium vel ipsius papae fa
miliarium officialium et aliorum quorumcumque clericorum in curia Romana vel
extra ubicumque et quandocumque decedentium spolia seu bona eorum mortis
tempore reperta plene et libere pertineant illis et per illos recipiantur quibus alias
praedictis reservationibus mandatis et exactionibus cessantibus competerent
et pertinere deberent. Praelatis etiam inferioribus et aliis huiusmodi spoliorum exactiones
praeter et contra iuris communis formam fieri inhibentes, constitutionem felicis re
cordationis Clementis papae quae incipit Praesenti, super hoc edita specialiter in
sua robore duratura. Omnibus sic lectis dominus praesidens nomine totius
concilii respondit per verbum placet.

Sessio 40

Die sabbati 30 supradicti mensis octobris fuit celebrata generalis sessio in
maiori ecclesia Constanciensi per cuius sessionis introductionem Reverendus in Christo pater

domino Jordano episcopo Albanensi sancte Romane ecclesie cardinali de Ursinis vulgariter nuncupatus missam de spiritu sancto celebravit. Reverendissimus pater d. Jo. episcopus Ostiensis sancte Romane ecclesie cardinalis et vicecancellarius pontificalibus indutus huiusmodi sessioni presidit lectis quoque letaniis et aliis orationibus devotis in sessionibus legi solitis reverendissimus pater d. G. tit. sancti Marci presbiter cardinalis quedam decreta publice legit sub hiis verbis

Reformacio fienda antequam concilium dissolvatur

Sacrosancta etc. statuit et decernit quod futurus Romanus pontifex per dei graciam de proximo assumendus cum hoc sacro concilio vel deputandis per singulas naciones debeat reformare ecclesiam in capite et curia Romana secundum equitatem et bonum regimen ecclesie antequam hoc sacrum concilium dissolvatur super materiis articulorum alias per naciones in reformatorio oblatorum qui secuntur

Primo de numero qualitate et nacione dominorum cardinalium Item de reservacionibus sedis apostolice Item de annatis communibus servitiis et minutis Item de collacionibus beneficiorum et graciis expectativis Item de confirmacionibus electionum Item de causis in Romana curia tractandis vel non Item de appellacionibus ad Romanam curiam Item de officiis cancellarie et penitenciarie Item de exempcionibus et incorporacionibus tempore scismatis factis Item de commendis Item de fructibus medii temporis Item de non alienandis bonis Romane ecclesie Item propter que et quomodo papa possit corrigi et deponi Item de extirpacione symonie Item de dispensacionibus Item de provisione pape et cardinalium Item de indulgenciis Item de decimis Hoc adiecto quod statutis per naciones deputatis predictis liceat aliis de licencia pape libere ad propria remeare

Ut procedatur ad electionem summi pontificis non obstante absencia cardinalium quondam petri de luna

Sacrosancta et generalis synodus Constanciensis attendens ea que dudum Narbone pro unione ecclesie de mittendis in eadem synodo cardinalibus obediencie petri de luna olim B. 13 in sua obediencia nuncupati concordata fuerunt quodque post notoriam electionem dicti petri de luna prefati cardinales dudum secundum eadem concordata ante electionem huiusmodi vocati infra tres menses et amplius a die citacionis predicte comparituri non venerunt statuit et decernit fore ad electionem Romani pontificis nunc faciendam per eandem synodum eiusdem synodi auctoritate procedendum eorum absencia non obstante quos si ante consummatam electionem futuri summi pontificis venerint et eidem concilio adheserint iuxta disposicionem iuris et decernendam per concilium una cum aliis ad electionem predictam admittendos esse declarat

De modo eligendi papam

Ad laudem gloriam et honorem omnipotentis dei et ad pacem et unitatem universalis ecclesie ac tocius populi christiani ut electio futuri Romani et summi pontificis proinde celebranda firmiori auctoritate et pluriorum robaretur assensu Et ne aliquis scrupulus circa super dicta electione imposterum ulla retractacio vel nullus vel scrupulus in mentibus hominum residat sed ex illa sequatur unio vera plenissima et perfecta fidelium Sacrosancta synodus Constanciensis cum utilitate pensata de speciali et expresso

consensu et voluntate concordi sacre Romane ecclesie Cardinalium in eadem sinodo presentium
existencium et collegii eorundem ac omnium nationum presentis Concilii ordinat statuit
et decernit quod hac vice dumtaxat ad eligendum Romanum et summum pontificem una cum
Cardinalibus sex prelati vel alie honorabiles persone ecclesiastice in sacris ordinibus constitu
te de qualibet natione in eadem sinodo presentium existente et nominata quos seu
quas quelibet ipsarum nationum per se ad hoc infra 10 dies duxerit eligendos seu eli
gendas ipsis Cardinalibus adiungantur Quibus omnibus eadem sinodus eli
gendi Romanum pontificem secundum formam hic expressam quatenus opus est tribuit potestatem
videlicet quod is absque ulla exceptione ab universali ecclesia Romanus pontifex ha
beatur qui a duabus partibus eius cardinalibus adiungendorum et tunc adiunctorum
electus fuerit et receptus Et quod non valeat electio nec electus pro summo pontifice
habeatur nisi due partes eorum Cardinalibus ad eligendum adiungendorum et tunc
adiunctorum consenserint in Romanum pontificem eligendum Statuit insuper ordinat
et decernit quod vota quorumcunque in electione huiusmodi emittenda sint nulla nisi
ut premittitur due partes Cardinalium et due partes cuiuslibet nationis ad
iungendorum et tunc adiunctorum predictorum presentialiter pari processione in unum conve
nerint Hac etiam adiecto quod prelati et alii cum ipsis Cardinalibus ad electionem huiusmodi
adiungendi et tunc adiuncti omnes et singulas constitutiones apostolicas etiam penales
circa electionem Romani pontificis editas atque consuetudines observari consuetas
quemadmodum ipsi Cardinales observare tenentur et ad illarum observantiam
astringantur Teneantur insuper iurare et iurent dicti electores Cardinales et alii
antequam ad electionem procedant quod in huiusmodi negocio electionis attendant quod eis immi
nebit cum de creatione agitur vicarii Ihesu Christi successoris beati Petri universalis ecclesie
rectoris gregis dominici directoris puris et sinceris mentibus et quantum credant pro
utilitate universalis ecclesie proficere omni cuiusque nationis persone vel alio inordinato
affectu odio gratia vel favore abiectis procedent ut eorum ministerio de ydoneo
et utili universali ecclesie provideatur pastore Ordinat insuper statuit et decernit eadem
sancta sinodus per infra 10 dies continue computandos quos 10 dies sibi
et singulis sancte Romane ecclesie Cardinalibus presentibus et absentibus ac ceteris electori
bus supradictis Attenta Romane ecclesie notoria vacatione admittendum conclave in
hac civitate Constan in maiori domo civitatis eiusdem civitatis ad hoc iam
ordinata prefigat et assignat prefati electores Cardinales et alii supradicti intret
ipsum Conclave ad electionem huiusmodi celebrandam circa quod sic procedendum observandum
et prosequendum quemadmodum in ceteris preter premissa de Cardinalibus et aliis
in electione Romani pontificis iura statuunt et decernunt Cetera omnia premissa
et observata vult eadem sancta sinodus in suo robore permanere Hanc autem formam
et hunc modum electionis approbat ordinat statuit et decernit pro hac vice Ad
omnem scrupulum submovendum eadem sancta sinodus omnes et singulos in
eadem sinodo presentes et venturos qui eidem sinodo adherebant ad omnes
actus legitimos in eadem sinodo agendos active et passive quatenus opus

est habilitat et habiles esse decernit tenore eiusdem concilii decretis semper
salvis supplens omnes defectus si qui forsan intervenerit in premissis apo
stolicis etiam in generalibus conciliis editis et aliis constitutionibus non
obstantibus quibuscumque
Quibus decretis sic lectis dominus Ostiensis huiusmodi sessioni presidens ipsius synodi
nomine respondit placet

Sessio 41

Anno a nativitate domini 1417 indictione 10 die vero lune 8 mensis No
nebris fuit tenta sessio generalis ac celebrata in maiori ecclesia Constan pro
cuius sessionis introductione reverendus in christo pater dominus G tituli sancti Marci sancte
Romane ecclesie presbiter cardinalis missam de spiritu sancto serenissimo principe domino
Sigismundo Romanorum rege cum insigniis regalibus interessente devote celebravit
Et missa finita dominus episcopus Laudensis solemnem fecit sermonem ad clerum assi
stentem pro themate Eligite meliorem Reverendus in christo pater dominus Jo episcopus Ostiensis sancte
Romane ecclesie cardinalis huiusmodi sessioni pontificalibus indutus presedit
Decantatis igitur letaniis cum aliis in sessionibus legi solitis cum evangelio secundum
Johannem Si diligitis me mandata mea servate dominus Petrus de Lombardia
licentiatus in decretis stans in ambone solito quandam constitutionem felicis recorda
tionis Clementis sexti et alia que secuntur legit huiusmodi sub tenore

Tenor constitutionis Clementis sexti

Clemens episcopus servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam Licet in constitu
tione felicis recordationis Gregorii pape 10 predecessoris nostri super electione Romani ponti
ficis edita in concilio Lugdunensi inter cetera caveatur expresse quod si eundem
pontificem in civitate in qua cum sua curia residebat diem claudere conti
gat extremum cardinales in palatio in quo idem pontifex habitabat
omnes conveniant et in eo singuli singulis tantummodo nisi illi quibus ex patenti
necessitate duos permittitur habere contenti servientibus clericis vel laicis prout
elegerint unum conclave nullo modo intermedio pariete vel alio velamine
inhabitent in communi Et quod dictis diebus nostratis provisione de pastore durante
ipsis panis vinum et aqua tantum eisdem cardinalibus donec subsequatur
provisio ministretur Quia tamen sicut frequenti multorum assertione et in
cardinalatu constitutorum percepimus nonnulli ex cardinalibus in observa
tione constitutionis ipsius gravati alias minime potuerunt multi quoque ex ipsis duos
in dicto conclavi habent servientes non absque scrupulo conscientie propter quod ambi
guitur de eorum liberum videbitur quibus competeret necessitas quo permittitur habere
in dicta constitutione ut permittitur duos Nos providere super hiis cupientes
certa hiis et certis aliis causis rationabilibus que mentem ad id animum induxerunt
rigore constitutionis ipsius et etiam ad fratrum nostrorum supplicatione in hiis

providimus quod reparandum auctoritate apostolica statuentes quod cardinales postquam conclave huiusmodi seu clausuram pro dicta celebranda electione intraverint singuli duos servientes tantum, clericos vel laicos prout duxerint eligendos ac etiam singulis preter panem vinum et aquam, in prandio unum in cena unum dumtaxat ferculum carnium unius speciei tantum, aut piscium seu ovorum cum uno potagio de piscibus vel carnibus principaliter non confecto et dextibus salsamentis habere valeant ultra carnes salitas et herbas crudas ac caseum fructus sive electuaria de quibus tamen nullum specialiter ferculum conficiatur nisi ad condimentum fiet vel saporem. Nullus vero eorum de alterius ferculo vesci possit, liceat etiam eis pro decentia honestatis habere in clausura huiusmodi cum in lectis causa quiescendi vel dormiendi iacere voluerint dumtaxat intermedia seu velamina simplicium solum cortinarum, predicta, 2, fe, re, cle, ppe, 7, predecessoris nostri et aliis constitutionibus contrariis quibus per hoc in aliis derogare volumus nonobstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum apostolorum petri et pauli eius se noverit incursurum. Datum Avinione, 8, idus decembris pontificatus nostri anno decimo.

Capitula iuranda per electores et custodes conclavis

Ista sunt que cardinales et alii electores Romani pontificis in concilio generali Constantiensi observare, et custodes nunc facere observari tenentur et ad que non ultra compelli possunt per custodes conclavis

Primo quod infra, 10, dies iam lapsi per concilium decreti intrent conclave videlicet hodie, die lune, 8, mensis novembris infra occasum solis

Secundo quod quilibet non habeat ultra duos servientes clericos vel laycos quos duxerit eligendos et sibi permittantur duos habere per constitutionem clementis, 6, licet in constitutione ubi minus non liceat habere duos nisi de patenti necessitate

Tercio quod in conclavi simul inhabitent nullo medio pariete vel alio velamine nisi quando dormient aut quiescent et tunc liceat habere intermedia seu velamina dumtaxat simplicium cortinarum que cortine concedantur per dictam constitutionem clementis, 6,

Quarto ita claudatur conclave reservato aditu ad secretam cameram, quod nullus postquam inclusi fuerint intrare valeat vel exire nullus ad eosdem electores aditus pateat vel facultas secrete loquendi aliquis cum eis nec ipsi aliquos ad se venientes admittant nisi de consensu omnium aliquorum pro hiis que ad electionem pertinent vocarentur

Quinto quod nulli liceat ad ipsos electores nuncium vel scripturam mittere

Sexto quod in ipso conclavi competens sit fenestra per quam electoribus et servientibus victui necessaria ministrentur per quam tamen nulli possit patere accessus

Septimo quod in singulis diebus postquam Conclave intraverit preter pane
vinum et aquam in prandio unum dumtaxat carnium vinum specierum tamen aut pisci
um seu ovorum cum uno potagio de piscibus seu carnibus prius non confectis
et decentibus salsamentis habere valeant ultra carnes salitas et herbas
crudas et caseum fructus seu electuaria ex quibus tamen nullum specialiter
ferculum conficiatur nisi ad condimentum fiet vel ad saporem et in istis cibis
restringere / ex cle. / 6 / consti / ubi manus pro primis tribus diebus quibus ulla
ciborum erat limitacio et prosequentibus moderatur
Octavo quod est de mente constitucionis ubi manus per Cle. ne venias quod nullus
intrare compellit conclave nisi omnes recusaret quia tunc cogendi sunt
Nono quod volentibus exire permittitur sed si omnes exirent papa ne electo
rentrare compellat nisi quos excusat infirmitas Sed qui sine causa infir
mitatis exierit amplius non admittatur nisi omnes ut premittitur exiret
Decimo quod exiens causa infirmitatis ac etiam absentes si supervenerit
re integra videlicet antequam de papa sit provisum admittantur in conclave
in in statu in quo est electionis negotium
Custodes Conclavis iuret quod premissa omnia sine fraude dolo et invio
labiliter faciat observari nec Cardinales et alios electores ultra premissa coar
tabunt nec permittet per alios coartari
Item quod eadem die omnes Custodes et maiores qui adderentur ultra illos qui
de iure competit nominatim deputentur per Concilium et iuret premissa
Item videtur quod si dominus Rex est presens dictat pro sue maiestatis reve
rencia ab ex sedem in sede sua per duos Cardinales recipi iuramentum
Nomina iurancium

Fridericus marchio Brandenburgensis
Wilhelmus Comes de Henneberg
Philippus magister Rodi
Brunoris de Scala dux Veronensis miles
Jo. R. de Holek comes de Cardona
Ferdinandus P. de Ayala miles de Ca
stella
Martinus Fernandi miles
Raymundus Xetmar miles

Bertoldus comes de Ursinis
Guntherus comes de Swarczburgen
Ludowicus comes de Ottingen
Robertus de Sabaudia miles
bastardus
Hugo comes de Habnghonber
Sawissius Stanislaus milites amba
siatores Regis Polonie

Quibus sic omnibus lectis venerabilis et egregius vir d. Petrus de Stinger
decretorum doctor omnibus et singulis personis supradictis presentibus
et intelligentibus alta voce legit capitula superscripta per eos iuranda de
verbo ad verbum in theutunico sermone ad intellectum exposuit
Reverendissimi patres Reverendissimi in Christo patres et domini sancte Romane ecclesie Cardinales
presentem principe d. Sigismundo Romanorum Rege ad sedem suam Regiam
una cum libro evangeliorum et Cruce sancta accesserunt, ipseque d.
Sigismundus Ro. Rex / tactis Crucis et evangeliis predicte in manibus
dictorum Cardinalium predicta capitula observare iuravit /

Quo iuramento prestito omnes et singuli predicti sigillatim ad pedes d. presidentis
predicti accesserunt ibique tactis corporaliter cruce et evangeliis predictis in manibus
eiusdem presidentis ut premittitur dictam capulam fideliter observare iuraverunt/
Deinde reverendus pater d. Anthonius Concordiensis episcopus
Ludovicus de palude abbas trenorchiensis
Randulphus prothonotarius de Albinio pro ytalica
Theobaldus archiepiscopus Bisuntinensis pro Gallicana
Nicolaus episcopus Merseburgensis pro Germanica
Petrus episcopus Olozensis pro Anglicana
Decanus Segobiensis pro hyspanica
nationibus pro custodia conclavis deputati in manibus dicti presidentis tactis cruce et evangeliis predictis ut premittitur iuraverunt
Quibus iuramentis sic ut premittitur prestatis et receptis reverendus pater dominus
Bartholomeus archiepiscopus Mediolanensis legit quoddam decretum sub hiis
verbis

Decretum de electoribus Romani pontificis pro hac vice

Sacrosancta generalis synodus Constanciensis, comparendo eiusdem synodi de
ordinatione decretum et statutum nuper edita super forma et modo electionis hac vice Romani pontificis ad eligendum eadem vice Romanum pontificem adiungit reverendissimis in Christo patribus sancte Ro. ecclesie cardinalibus de eorum voluntate
et consensu expresso venerabiles fratres
Jo. patriarcham Constantinopolitanum/ Jo. Rigensem Germanice/ Gm. Bituricensem Gallicane
Nicolaum Gnesnensem Germanice/ Bartholomeum Mediolanensem ytalice
Jacobum Turonensem gallicane archiepiscopos
Ricardum Ludovicensem Anglicane/ Jo. Visensem yspanice/ Jo. Gebennensem gallicane
Franciscum Melfiensem/ Henricum Feltrensem ytalice/ Nicolaum Aquensem yspanice
Symonem Traguriensem Germanice/ Jo. Lisshiersensem/ Jo. Norwycensem Anglicane
episcopos
ac dilectos ecclesie filios Jacobum Pennensem electum ytalice/ Robertum Cluniacensem gallicane/ Thomam sancte Marie Eboracensis Anglicane monasteriorum
abbates
Leonardum generalem ordinis predicatorum sacre pagine ytalice/ Thomam decanum
Eboracensem sedis apostolice notarium Anglicane/ Radulphum de Maletesta
archidiaconum Bononiensem ytalice/ Walterum Grassi priorem Rodi doctorem
gallicane Philippum de Medalia archidiaconum Pariensem Bartholomeum
sacre pagine yspanice/ Lambertum de Stipite priorem de Berbeyo doctorem
Gondisalvum Grasie archidiaconum de Brimiesca doctorem Walascum petri
utriusque iuris yspanice/ Nicolaum de Dubesspuch/ Conradum de Soesto
sacre pagine doctores Germanice nationum predictarum in eadem synodo
existentium et nominatorum per easdem nationes qualiter per se ad hoc electorum
prefatis quod sic ut premittitur electio et adiunctis eligendum cum ipsis tunc
de eorum consensu et voluntate expresse Romanum et summum pontificem
secundum formam ordinationis et decreti premissorum tenuit prestare, supplens omnem

Secutum si quis forsan in electione predictorum adiutorum intervenerit
Anno Domini quo supra idem Marquardus Mediolanensis continuavit sub hiis verbis

Decretum de non spoliando eligendum in papam

Sacrosancta generalis synodus Constanciensis ad perpetuam rei memoriam. Omnis etas ab adolescentia sua prona est ad malum, ideo ad peccatum, ad quod cupiditate et avaricie stimulis incitatur. Facte sunt autem et facte sunt leges ut earum metu humana reprimatur audacia, tutaque sit inter improbos innocencia et refrenetur nocendi facultas. Cum itaque nonnunquam evenisse comperimus quod electo Romano pontifice nonnulli sub pretextu pretense cuiusdam abusive licencie res et bona sic electi que culine domus et ad eum pertinentia falso pretendentes occupanti concedi, necnon illius sic electi, ymo aliquando nonnullorum quos electos esse mendaciter confingunt, domos res et bona alterius, necnon aliquando bona tam cardinalium seu electorum Romani pontificis et aliorum in loco conclavis existentium eciam violenter invadunt, recipiunt, occupant et transportant, sacrilegia committentes, ex quibus sepe provenerunt plura pericula, scandala, rapine, furta et nonnunquam homicidia subsequerentur. Nos ergo tam detestabili temeritatis audacie precludere viam et huiusmodi periculis et scandalis obviare volentes, prefatum damnatum abusum tamquam sacrilegium huius edicto prohibemus. Statuentes quod quicumque cuiuscumque status aut condicionis existat contra hoc quicquam presumpserit attentare aut adhesit auxilium consilium vel favorem, preter penas quas in violentos raptores et occupatores huiusmodi iura tam apostolica et imperialia constituta statuunt, eo ipso excommunicationis sentenciam incurrant, a qua nisi per Romanum pontificem preterquam in mortis articulo et facta satisfactione absolvi nequeat, et in officio beneficio privilegiis et dignitate ecclesiastica et mundana feudis quoque et rebus aliis quas quique vel qua in Romana vel aliis ecclesiis obtinebit sit privatus, infamisque et intestabilis activue et passive existat. Civitas vero que in premissis culpabilis fuerit ecclesiastico subiaceat interdicto. Huiusmodi adicientes sanccionem ut domini temporales, rectores quoque et officiales civitatis et loci ubi electionem Romani pontificis contigerit celebrari, illa imminente premissa fieri sub gravibus penis publice et realiter prohibeant, et prohibitionem diligenter faciant observari. Ceteris constitutionibus [illegible] [illegible] talia editis in suo robore duraturis.

Decretum suspensionis audiencie et camerarum

Sacrosancta generalis synodus Constanciensis ut puriús sincerius et liberius ad electionem Romani pontificis celebrandam procedatur, omnes et singulas pretextus que possent puritati sinceritati libertati et efficacie huius electionis obviare, necnon conventiones pactiones promissiones obligationes mandata, condicta et impedimenta circa materiam electionis huiusmodi factas et facta fiendas et fienda, prout eciam de iure sunt nulla, mandantes sub attestacione divini iudicii et sub excommunicationis pena qua in contrarium facientes vult et statuit

corpore manere Et precipiens necnon si qui forsan talia fecerit illis utatur aut
illas vel illa observet tamquam plus displiceat talium transgressores quam observa
tores. Illos quoque absolvere et illarum observatione absolvit et liberat ac liberos et
absolutos esse declarat. Item ut ad tam necessariam et salubre electionis ne
gocium attencius procedatur audiam et de causis et litium exercitium in eadem sancta
synodo et illius auctoritate constitutam et constituendam preter audiam causae tamen
apostolicae usque ad consumptionem Romani pontificis inclusive suspendit et prohibet
ac eciam decernens et inane quicquid in contrarium fuit attemptatum
Quibus lectis ac omnibus et singulis ut premittitur lectis et per dictum dominum presidentem
totius concilii nomine per verbum placet respondit

Intrantes Conclave

Eadem die hora 3a vel quasi post nonam Reverendissimi Reverendi quoque patres et domini
sancte Romane ecclesie Cardinales patriarcha Constantinopolitanus Archiepiscopi
Episcopi Abbates vero quoque domini priores decani Archidiaconi doctores ceteri quoque electores
predicti domum communitatis Civitatis Constanciensis pro conclavi paratam pro
electione Romani pontificis celebranda more solito intraverunt

Electio pape

Die Jovis in festo sancti Martini Episcopi /11/ supradicti mensis Novembris Reverendissimi
Reverendi quoque patres et domini sancte Romane ecclesie Cardinales patriarcha Archiepiscopi
Episcopi Abbates aliique electores predicti in conclavi predicto existentes Reverendissimum
in christo patrem et dominum dominum Oddonem de Columpna sancti Georgii ad velum
aureum diaconum Cardinalem de Columpna vulgariter nuncupatum natione
Romanum concorditer in Romanum pontificem. Dominus Sigismundus Romanorum
Rex una cum sancta synodo predicta ecclesiam maiorem Civitatis
Constanciensis maximis cum solennitatibus et leticia fuit intronizatus

Coronatio pape

Pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Martini divina pro
videntia pape /quinti/ anno /1o/ die dominica /21a/ predicti mensis Novembris dominus
sanctissimus dominus noster more solito et in coronationibus Romanorum pontificum
hactenus observari consueto fuit apud ecclesiam Constanciensem honorifice coronatus
ac deinde per dominos sacrosancte Romane ecclesie Cardinales patriarcham archiepiscopos
Episcopos Abbates aliosque prelatos ambasiatores et Romane curie officiales
in sacrosancta synodo predicta existentes illustrissimum principem dominum Sigismundum
Romanorum Regem a dextro et illustrissimum principem Fridericum Marchio
nem Brandenburgensem sacri Romani imperii Archicamerarium et electorem
a sinistro lateribus eundem dominum nostrum papam dextrarium in
quo sedebat una cum populosa multitudine processionaliter ab ecclesia
Constanciensi predicta usque ad monasterium sancti Augustini quietius con
ductus et per circuitum ad Constanciensem ecclesiam predictam fuit so
lenniter reductus

Sessio /41/

Anno domini 1418 indictione 11 die vero mercurii 28 mensis decembris
pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providentia
pape V anno 1° fuit sessio generalis in ecclesia maiori Constantiensi sanctissimo patre
d. nostro papa predicto personaliter ibidem presente et presidente in qua reverendus
pater d. Anthonius episcopus Concordiensis missam de sanctis Innocentibus
celebravit. Qua devote celebrata reverendissimus pater d. G. tituli sancti Marci
sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis de mandato sanctissimi domini
nostri ac sancte synodi predicte presbiter quandam bullam infrascripti
tenoris publice legit sub hiis verbis

Bulla liberationis facte domino imperatori de custodia olim Jo. 23 et traditione domino nostro facte pape

Martinus episcopus servus servorum dei Carissimo in Christo filio Sigismundo
Regi Romanorum illustri salutem et apostolicam benedictionem. Dudum sacrosancta generalis
Constantiensis concilii personam Balthazaris Cossa olim Jo. pape 23 in sua obedientia
nuncupati post illius apparatum per diffinitivam sententiam eiusdem Concilii ca-
nonicam depositionem per eandem sententiam ad standum et morandum in
aliquo bono et honesto loco sub custodia tuta nomine dicti sacri Con-
cilii quamdiu eidem sacro concilio pro bono unionis ecclesie dei videretur
deputavit, quam huiusmodi fideliter et diligenter tam per te quam per dilectum
filium nobilem virum Ludovicum ducem Bavarie et Comitem palatinum
Reni tuo nomine sub fida et tuta custodia honeste et debite tamquam
unionis et pacis ecclesie zelator devotus conservasti. Cum autem
nuper nos et nonnullos nationum in eodem Concilio existentium depu-
tatos instanter et sepe requisiveris quatenus personam dicti Balthazaris prefata
custodia recipere te ac et eundem ducem de eiusdem Balthazaris predicta custo-
dia liberare et exonerare vellemus. Nos attendentes quantis laboribus et
studiis unionem ecclesie dei fueris prosecutus sentientes te ac ipsum ducem onus dicte
custodie iam per biennium et pene sex menses laborasse quod pro magno
habemus, vestris subsidiis volentes te et eundem ducem ut instanter ab
onere huiusmodi liberare eodem sacro approbante concilio decrevimus et ordinamus
personam eandem dicti Balthazaris nobis aut deputandis a nobis fore tra-
dendam et assignandam decernentes declarantes ac volentes eodem sacro
approbante concilio per traditionem et assignationem huiusmodi deputandis a
nobis pro tempore aut dicto duci vel alii seu aliis tuo nomine faciendam corpo-
raliter illam fieri contingeret te ac ducem eundem ab omni onere debito et obliga-
tione dicte custodie et alia occasione illius contractus apud nos et
eidem sacrum concilium ac ecclesiam universalem esse ac perpetuo remanere libe-
ros solutos penitus et immunes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam decreti
ordinationis declarationis et voluntatis nostre infringere. Si quis autem hoc attemptare presumpserit aut
ei ausu temerario contraire indignationem omnipotentis dei et beatorum

Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Constantie in Concilio
generali, 7o. kalendas Ianuarii pontificatus nostri anno primo.
Quo decreto lecto dominus Iohannes episcopus Ostiensis sancte Romane ecclesie Cardinalis
et vicecancellarius totius synodi nomine per verbum placet respondit

Sessio 42

Anno et indictione quibus supra die vero lune 21 mensis Marcii pontificatus
sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providentia pape quinti
anno 1o Constantie in ecclesia maiori fuit tenta et celebrata in eius sacrosancte
et universalis synodi Constantiensis sessio publica sanctissimo domino nostro papa predicto presidente
Pro cuius sessionis introductione reverendissimus pater dominus G. tituli sancti Marci
sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis missam de sancto spiritu celebravit et in-
vitum solitum letaniis et aliis devotis ordinibus lectis idem reverendissimus pater
dominus G. Cardinalis nonnulla decreta sive statuta per dominum nostrum papam ac synodum constituta
facta publicare perlegit sub hiis verbis

De exemptionibus

Martinus episcopus servus servorum Dei. Attendentes quod a tempore obitus felicis recordationis Gregorii
pape XI predecessoris nostri, nonnulli Romani pontifices aut pro Romanis ponti-
ficibus se gerentes et in suis diversis obedientiis reputati pro sua voluntate aut pro
importunitate petentium nonnullas ecclesias monasteria capitula conventus prio-
ratus beneficia loca et personas a iurisdictionibus ordinariorum exemerunt in grave
ipsorum ordinariorum preiudicium Nos volentes huiusmodi preiudicio obviare omnes
exemptiones ecclesiarum cathedralium monasteriorum capitulorum conventuum prioratuum
beneficiorum locorum et personarum quarumcumque etiam si pro parte dicti alicuius monasterii
fuit exemptum et postea subiectum monasterio diversi habitus vel coloris a tempore
obitus dicti Gregorii XI per quoscumque pro Romanis pontificibus se gerentes
etiam si per nos forsan approbate fuerint concessa sive vel innovate, parte
non revocate de novo factas que tamen ante exemptionem huiusmodi nulla
exemptione gaudebant sed simpliciter subiciebantur ordinariorum iurisdictioni nullum
quod ante illud tempus habuerint principium, exceptis etiam exemptionibus que
uni toti ordini et que ecclesiis monasteriis capitulis conventibus beneficiis
sive locis ex dicto tempore sub exemptionis modo aut conditione fundatis aut
contemplatione nove fundationis seu universitatibus studiorum generalium
aut collegiis scolarium aut per modum constructionis augmenti aut additio-
nis facte fuerint aut concesse aut super quibus presentibus et auditis quorum
interserat auctoritate competenti ordinatum fuit seu in quibus ordinarii consen-
serunt et omnes exceptiones penitus per inferiores a papa factas sacro
approbante concilio revocamus etiam si super ipsis lis pendeat in iudicio ipsam
penitus extinguentes ecclesias monasteria et alia loca predicta in pristina ordina-
riorum iurisdictione reducimus ceterum exemptionibus a tempore obitus dicti Gregorii habitis
vel concessis nullo volumus propter hoc preiudicium generari Insuper non intendimus exemptio-
nes decreto facere nisi causa cognita et vocatis quorum interest.

De unionibus

Martinus etc. Uniones et incorporationes a tempore obitus Gregorii XI factas
seu concessas cum effectum regula dat non possit ad querelas eorum quorum
interest nisi fuerint impetratae beneficia sic unita si non ex rationabilibus causis
et veris factae fuerint licet apostolicae sedis auctoritas intervenerit revocabimus
iustitia mediante

De fructibus percipiendis

Martinus etc. Fructus et proventus ecclesiarum monasteriorum et beneficiorum vacantium tempore
obvenientes iuribus et consuetudinibus vel privilegiis dispositioni relinquimus illos camerae nostrae
vel apostolicae camerae prohibemus aplicari

De Symonia

Martinus etc. Multae contra symoniacam pravitatem ab olim factae sunt constitu-
tiones quibus morbus ille non potuit extirpari. Nos volentes detestabili
ut possumus attentius providere sacro approbante concilio statuimus quod ordinati symoniace
ab executione suorum ordinum sint eo ipso suspensi. Electiones et
postulationes confirmationes et quaevis provisiones symoniace circa ecclesias
seu monasteria dignitates personatus officia et beneficia ecclesiastica quorumcumque
deinceps factae nullae sint ipso iure nullumque per illas ius cuiquam
acquirit nec promoti confirmati aut provisi faciant fructus suos sed
ad illorum restitutionem tanquam iniuste ablatorum et percepturos teneantur
statuentes insuper quod dantes et recipientes ipso facto sententiam excommunicationis
incurrant etiam si pontificali aut cardinalatus praefulgeant
dignitate

De dispensationibus

Martinus etc. Quia beneficia propter officia conceduntur reputantes absurdum
ut qui beneficia obtinet recusent aut negligant officium. Ideo nos sacro
sacro approbante concilio omnes dispensationes a quibuscumque per romanos
pontifices concessas quibuscumque electis confirmatis seu pro-
visis ad ecclesias monasteria prioratus conventuales decanatus archidiaconatus
et alia quaecumque beneficia quibus certus ordo debitus est vel annexus aut
de illis ne manus consecrationis episcopi sive benedictionis abbates aut alios debi-
tos aut annexos ordines suscipiant prout illos secundum constitutionem bo-
nifatii VIII quae incipit Cum ex eo factae sunt revocamus statuentes ut
qui de praesenti illas vel illa obtinet infra sex menses a die publicationis
huius constitutionis nostrae et qui imposterum obtinebunt infra tempus iuris se faciant
aut consecrari aut benedici seu ad alium debitum ordinem promoveri alioquin
sint ipso ecclesiis dignitatibus personatibus officiis et beneficiis ipso iure
privati et aliis libere conferantur aut providentur de illis ceteris constitutionibus
circa haec editis in suo robore duraturis

De decimis et alijs oneribus ecclesiarum

Martinus etc. Praecipimus et mandamus iura quae prohibent inferioribus
a papa decimas et alia onera ecclesiis et personis ecclesiasticis imponi districtius

observari, penas autem nullatenus imponant generaliter super toto clero nisi ex magna et ardua causa et utilitate universalem ecclesiam concernente et de consilio et de consensu et subscriptione fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium et prelatorum quorum consilium commode haberi poterit. Nec specialiter in aliquo regno vel provincia inconsultis prelatis illius regni vel provincie et ipsis non consentientibus vel eorum maiori parte et eo casu per personas ecclesiasticas et auctoritate apostolica dumtaxat levetur

De vita et honestate clericorum

Martinus etc. Inter cunctos clericorum et prelatorum excessus hoc maxime moderni temporis corruptela in vestibus forma clericalis honestatis plurimum delectantur esse deformes et incipiunt laicis conformari quando quod mente gerunt habitu profitentur. Unde preter cetera que circa vestes tonsuram et habitus clericorum tam in formis quam in coloribus atque coronam seu capillos vitamque et honestatem clericorum iura statuunt et que nimirum collapsa tam in secularibus quam in regularibus sacro approbante concilio innovamus et precipimus diligentius observari illum specialiter abusum eodem approbante concilio decernimus penitus abolendum quod in quibusdam partibus nonnulli clerici et persone ecclesiastice seculares et regulares etiam quod magis execramur prelati caputia manicas ad cubitum pendentes et longas cum magna et sumptuosa superfluitate vestes etiam fissas retro et in lateribus cum foderaturis ultra oram excedentes etiam in fissuris deferre utuntur, et cum talibus in ecclesiis cum superpelliciis aut aliis vestibus ad cultum et officium ecclesie ordinatis etiam inter ecclesias ipsas in quibus beneficiati existunt non verentur divinis interesse officiis. Hanc vestium deformitatem in quibuscumque personis ecclesiasticis reprobamus ac usum talium inhibemus. Contrarium autem facientes ut transgressores canonum puniantur, specialiter statuentes ut quicumque beneficiatus aut officium in ecclesia gerens in habitu huiusmodi divinis officiis presumpserit interesse pro qualibet vice a perceptione proventuum ecclesie per mensem noverit se suspensum fructusque illi fabrice illius ecclesie applicentur

Martinus etc. Decernimus et declaramus sacro approbante concilio per decreta statuta et ordinata hic lecta in presenti sessione quedam ordinata concordata cum singulis nationibus eiusdem concilii et que in nostra cancellaria poni volumus et litteras in forma publica sub sigillo vicecancellarii volentes haberi concedi atque tradi huic sacro concilio super articulis contentis in decreto super facienda reformatione die sabbati 30 mensis octobris proxime preteriti promulgato fuisse et esse iam satisfactum

Quibus decretis sic ut premittitur lectis per R. p. dominum Jo. episcopum Ostiensem sancte Romane ecclesie Cardinalem et vicecancellarium de voluntate nationum et ipsius synodi et eorum nominibus ut asseruit respondit in hunc modum

De mandato nationum respondeo quod placent nationibus decreta recitata et cuilibet nationi placet concordata cum ipsa per dominum nostrum facta et per premissa fatentur dicto decreto iam esse satisfactum non intendentes propterea quod concordata

tum una natione in aliquo alteri nationi afferat preiudicium

Sessio /43/

Anno indictione et pontificatu quibus supra die [illegible] mensis Aprilis Constan. in ecclesia maiori fuit sacrosancte generalis synodi Constanciensis presente sanctissimo domino nostro papa Martino presidente more solito publica sessio solemniter celebrata serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum [illegible] rege insigniis regalibus Romanorum regis induto interessente. Pro [illegible] sessionis introductione Reverendus in Christo pater d. Nicolaus episcopus [illegible] missam [illegible] celebravit. Et huiusmodi missa finita lectis quoque letaniis et [illegible] devotis legi consuetis [illegible] parte Reverendus in Christo pater d. Anthonius sancte Romane ecclesie presbiter cardinalis de Chalancho vulgariter nuncupatus quoddam decretum sive statutum alta voce legit in hec verba

Decretum de loco futuri concilii etc.

Martinus episcopus servus servorum dei Ad futuram rei memoriam Cupientes ac volentes decreto huiusmodi generalis concilii satisfacere ut alias disponenti quod omnia generalia concilia celebrentur in loco quem summus pontifex per mensem ante finem huius concilii approbante et consenciente concilio deputare ac assignare tenetur pro loco dicti proximo futuri concilii celebrandi supradicti sacro consenciente et approbante concilio Civitatem Papiensem tenore presencium deputamus et eciam assignamus statuentes et eciam decernentes quod prelati et eciam alii qui ad generalia concilia debent convocari tempore predicto Civitatem ipsam Papiensem accedere teneantur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre deputacionis et eciam assignacionis statuti decreti et constitucionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum et actum Constancie in loco sessionis publice dicti concilii /13/ kls Maii pontificatus nostri anno primo

Quo decreto lecto dominus episcopus Ostiensis Cardinalis Vivariensis nomine tocius synodi respondit placet. Et subsequenter dominus Vedimus de Navarria ex parte serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum regis ibidem presentis et eius nomine idem decretum approbavit et laudavit. Et subsequenter dominus Augustinus de Lante de Pisis legum doctor sacri Consistorii advocatus nomine domini nostri pape dictum locum sive Civitatem Papiensem approbavit laudavit et ad Concilium huiusmodi celebrandum habilem esse dixit

Sessio /44/ et ultima de dissolucione Concilii

Die veneris /22a/ supradicti mensis Aprilis fuit celebrata sessio generalis in maiori ecclesia Constanciensi sanctissimo in Christo patre et domino nostro domino Martino divina providencia papa quinto in eadem presidente / serenissimo quoque principe domino Sigismundo / Romanorum rege insigniis imperialibus induto interessente. Pro huiusmodi sessionis introductione Reverendus in Christo pater dominus Anthonius tituli / sancte

Eufemie sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Aquilegiensis vulgariter nuncupatus
missam de sancto spiritu devotissime celebravit Qua finita ac letaniis cum
solitis ordinibus finitis et facto Reverendissimus pater d. Ymbaldus miseracione di
vina sancti Viti in macello diaconus Cardinalis de mandato ipsius domi
ni nostri totius sacri Concilii prout asseruit alta et intelligibili voce
pronunciavit hec verba videlicet /
Domini ite in pace Et responsum fuit psallentes Amen
Qua facta Reverendus pater d. Jo. de Padomiis Episcopus Cathamensis frater
ordinis predicatorum sacre theologie professor de mandato d. nostri pape et de consensu
sacri Concilii ut asseruit Ambonem ascendit / antequam autem ad alia pro
cederet seu procederetur Ambasiatores serenissimi principis dni Wladislai
Polonie Regis et illustrissimi principis dni Alexandri alias Witoldi
magni ducis nomine Lithwanie predictorum quendam libellum et in eo contenta
tum fratris Johannis Falkenberg natione crudelissimos errores
et hereses ut dicunt continentem et ut dampnatum tamquam hereticum depu
tatis in causa fidei ac eciam per omnes naciones Concilii ac per Colle
gium Cardinalium conclusum / prout dicunt constare publicis instrumentis
in sessione publica per sacrum Concilium dampnari seu publice dap
natum pronunciari / antequam ipsum Concilium dissolveretur / sanctissimo d. n.
pape predicto humiliter supplicarunt / Alioquin nomine quo supra protesta
bantur de gravamine et de appellando ad futurum Concilium / Quibus
sic factis / sanctissimus dnus noster papa dixit respondendo ad predicta
quod omnia et singula determinata conclusa et decreta in materia fidei
per presens Concilium conciliariter tenere inviolabiliter observare volebat
et nunquam contravenire quoquomodo ipsaque sic conciliariter facta approbat
et ratificat et non aliter nec alio modo / Et illud idem iterato fecit dici per
organum domini Augustini de pisis fiscalis sacri Consistorii advocati
predicti / cum nomine pape a prothonotariis et notariis petiit publica in
strumenta fieri Et continuo prelibatus dnus Episcopus Cathamensis fecit
collacionem solempnem / assumendo pro themate hec verba videlicet Vos nunc
tristiciam habetis iterum autem videbo vos et gaudebit cor vestrum / Jo. 16 /
Qua finita statim collacione Reverendissimus pater et dnus dnus Anthonius tit.
sancte Cecilie sancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis de Chalancho
vulgariter nuncupatus de mandato ipsius domini nostri pape et volun
tate Concilii ut asseruit quandam cedulam publice legit tenoris sequentis
Martinus Episcopus servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam
hac sacra [illegible] prius sacro Concilio et ceteris venerabilibus
et nostris cardinalibus ipsum Concilium absolvimus omnibusque et singulis in eo
presentibus ad propria remeandi ipso approbante Concilio licenciam
impartimur

Item auctoritate dei omnipotentis ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius
et nostra concedimus omnibus et singulis qui in hoc sacro Concilio tempore
nostro interfuerunt absolucionem plenariam semel in vita sua quod quilibet
de predictis infra duos menses postquam ad eius noticiam concessionem
huiusmodi pervenerit possit eligere [illegible] absolucionis assequendi in forma si-
milem concessionem faciemus in mortis articulo et ut tam clericis de
domus quam et familiaribus eorum utendo sic tamen quod a die noticie presentium
pro absolucione in vita ieiunet per annum sexta feria/ et pro absolucione
in mortis articulo per alium annum nisi legittime fuerint impediti et
ipso tamen habebunt alia pietatis opera peragere post secundum vero annum
debeant eciam usque ad finem vite sexta feria ieiunare vel aliqua alia opera
pietatis peragere Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre
absolucionis et concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei
et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum
Datum et actum Constancie in loco sessionis publice dicti Concilii 10 kalendas
Junii pontificatus nostri Anno primo
Quibus decretis et statutis ac aliis ut premittitur lectis et parte Reverendi
patris in Christo et domini domini [illegible] inseruacione domini Episcopi Ostiensis sancte
Romane ecclesie Cardinalis et vicecancellarius ymarcen vulgariter
nuncupatus nomine sacri Concilii predicti sic asserit respondit placet
Et per dictum Augustinum nomine pape ac Concilii ut asserit petitum
est instrumentum publicum fieri ad perpetuam rei memoriam:

Martinus episcopus servus servorum dei Venerabilibus fratribus archiepiscopis episcopis ac
inquisitoribus heretice pravitatis ubilibet constitutis ad quos presentes pervene-
rint Salutem et apostolicam benedictionem Inter cunctas pastoralis cure sollicitu-
dines quibus premimur incessanter illa potissime fertur nos angit ut he-
reticis de finibus christianorum expulsis suis quoque falsis doctrinis et erroribus per-
versis penitus quantum nobis ex alto conceditur extirpatis orthodoxa et
catholica fides integra et illibata permaneat ac populus christianus in eiusdem
fidei sinceritate quolibet obstaculo semoto velamine immobilis et inviolatus
persistat Sane dudum in quampluribus retroactis temporibus in nonnullis
orbis regionibus et dominiis presertim in Regno Bohemie et marchionatu
Moravie ac locis circumvicinis illis vicinis adversus fidei catholice dogmata
et sancte matris ecclesie tradiciones non solum contra unum vel duo sed contra plura
fidei catholice documenta insurrexerunt quidam heresiarche cruentos scismatici
et sediciosi luciferina superbia ac rabie lupina agitati demonum fraudibus
illusi et vanitate in vanum licet forent de diversis mundi partibus oriundi
convenientes et caudas colligatas habentes dampnate vero memorie
Johannes Wicleff de Anglia Johannes Hus de Bohemia et Jeronimus
de praga qui nec alios secum ad infidelitatis interitum non traxissent Nam
ubi huiusmodi pestilentes persone prius dogmata perversa seminabant in sue
doctrine pestifere principio prelati et alii ecclesiarum prelati regimina gerentes
tanquam canes muti non valentes latrare nec ulciscentes ad apostolice improbu
eorum inobedientiam heresiarchas ipsos pestiferos et dolosos quos tamquam lupinam
rabiem ferventem statim ut asserti fuerant canonice cohercere atque
de domo domini corporaliter eicere non curaverunt sed sacrilegam falsam et per
niciosam ipsorum doctrinam per longas moras negligenter convalescere permise
runt plurimorum multitudo illorum falsis opinionibus decepta pro veris ac
cepit que dum mediante et per ipsos ac dampnabiliter seminarentur ubi quoque cre
dulitas arecta fide recedit turba multa et errore demum invaluit in
perdicionem paganorum adeo ut per diversa illarum eisque continuata partium cli
mata omnes ipsi catholicos heresiarche ipsi successive infecerunt et in stone
mediatore fecerunt putrescere Generale synodus Constanciensis tanta fidelis
et fidei orthodoxe plagam et ruinam explanare compulsa est sed quia
Quod fuerat contra medicina salute omni mactata tribute congruens
tamquam in frenetico et letargicos optimas Nunquam desistere debet certe
non solum emenderet immo ostendit si necesse est molesta sit quia mentis est inimica
Nam et molestus est medicus furenti frenetico et pater indisciplinato
filio Ille ligando iste cedendo sed ambo diligendo Si autem negligunt
et eos perire permittunt magis augeant ista mansuetudo potius falsa cru
delitas est Premissa synodus prefata ad oportunis dei gratia ipius quod

Katholice fidei ac christiane religionis conservationem et augmentum ac animarum
salutem et preservationem eosdem Johannem Wicleph ac Johannem Hus ac Je-
ronimum qui inter cetera de sacramento Eucaristie ac aliis sacramentis Ecclesie et articulis
fidei aliter quam sancta Romana Ecclesia credit et tenet predicat et docet quamplura temere
et dampnabiliter credere et tenere predicare et docere pertinaciter attemptabant veluti hereticos
pertinaces et obstinatos iam a communione fidelium separatos de domo dei corporaliter eiecit
et spiritualiter eiectos declaravit, et alias nonnulla circa premissa utilia et salubria statuit
et decrevit per que alii qui cum sevientibus heresiarchis eorumque similibus doctrinis huiusmodi spiritualiter
de domo dei exierunt per vias canonicas reducerentur ad semitam veritatis. Et quia sicut
dolenter accepimus non solum in Regno Bohemie Marchionatu Moravie et locis sub-
ditis verum etiam in quibusdam partibus et provinciis contiguis seu vicinis eisdem etiam non-
nulli ex sectatoribus et sequacibus heresum ac errorum heresiarcharum predictorum timore
divino et pudore humano penitus abiectis nec de ipsorum et prefatorum Johannis Hus et
Jeronimi interitu infelici funeste conversionis et penitentie secuti sed tanquam in pro-
fundum progressi peccatorum dominum deum blasphemare non cessant dicentes in irritum
nomen eius quorum mentes pater mendacii sic dampnabiliter excecat ut predictos
libros codices opuscula hereses et errores continentes seu continentia dudumque per
Synodum prefatam dampnatos et dampnata ac ignibus concremanda deputata et
concremata legere student ac exercent in sui et multorum ~~fratrum~~ simplicium periculum
nedum contra statuta ac decreta et ordinata in Synodo supradicta sed etiam contra
Canonicas sanctiones dogmatizare presumunt in animarum periculum ac puritatis fidei ~~de~~
~~fide~~ denigrationem et scandalum plurimorum. Nos igitur attendentes quod error cui non
resistitur approbari videtur ac malis et pertinacibus erroribus huiusmodi resistere ac eosdem medio
christifidelium et precipue de supradictis Bohemie et Moravie dominiis et districtibus
ac contiguis et vicinis eorum ne amplius et latius se extendant funditus evellere cu-
pientes districtioni vestre sacro approbante Concilio Constantiensi per apostolica scripta com-
mittimus quatenus vos Archiepiscopi Episcopi ac electi et quilibet vestrum per se vel alium seu alios
generales et speciales personas spirituales Jurisdictionem habentes esse volumus omnes et sin-
gulos cuiuscumque dignitatis officii preeminentie status vel conditionis existant et
quibuscumque nominibus censeantur qui de precelso salutifero et superinnitabili sacra-
mento corporis et sanguinis domini nostri Jhesu Christi vel de bbimate seu peccatorum con- baptismate
fessione penitentie preceptis institutionem vel reliquiis Ecclesiasticis sacris seu fidei
articulis aliter sentire aut docere quam sacrosancta Romana et universalis ecclesia docet predicat
et observat ac articulos seu libros et doctrinas prefatorum heresiarcharum Jo-
hannis Wicleph Johannis Hus et Jeronimi per eandem Constantiensem Synodum
cum suis auctoribus ut predicitur dampnatos et dampnatas tenere credere et dogmati-
zare ac vite finem ipsorum heresiarcharum publice vel occulte pertinaciter quolibet
~~animo~~ modo laudare vel approbare presumpserint eorumque receptatoris defensionis ac
fautoris quosque etiam contemplatione predictorum errorum neminem credentes et ad-
herentes eisdem tanquam hereticos Judicetis et veluti hereticos seculari curie re-
linquatis. Receptatoris quoque fautoris et defensionis huiusmodi pestiferarum personarum
qui erroribus ipsis crediderint vel favore aut contemplatione errorum ipsorum sed forte
carnalis amoris causa vel occasione alia huiusmodi personas pestiferas re-

ceperint preter penas alias per iura talibus inflictas per iudices tempo-
rales tanta severitate penarum in tam enormi scelere ultionem accipiant quod cedat talia
transgressis in exemplum, ut quos dei timor non revocat, saltem coherceat severitas
disciplinae, cum reliquis vero huiusmodi secte dampnabilis quomodolibet infectis qui post com-
petentem monitionem a predictis erroribus et secta noluerint resipiscere, et ad gremium uni-
tatis quoque sancte matris ecclesie redire et fidem catholicam plene cognoscere et con-
fiteri iusticia servatur prout facti exposcit qualitas dilatione nulla temporis. Et
nichilominus omnibus christiane ac catholice fidei professionis imperatorem, reges, duces,
principes, marchiones, comites, barones, milites, potestates, rectores, consules, pro-
consules, scabinos, comitatus et universitates regnorum provinciarum civitatum opidorum
castrorum villarum terrarum aliorumque locorum huiusmodi nec non ceteros iurisdictionem
temporalem exercentes, iuxta iuris formam et exigentiam, auctoritate apostolica exhortando mo-
neatis et requiratis ut de regnis provinciis civitatibus opidis castris villis terris
et dominiis supradictis et locis aliis, omnes et singulos hereticos huiusmodi secundum tenorem
Lateranensis concilii, qui incipit sic ait etc., ad instar in hereticorum cuiuscumque professionis quos
publice vel manifeste per facti evidentiam cognoverint esse tales tamquam oves morbidas
gregem domini inficientes expellant, donec et quousque donec a nobis seu vobis vel
aliis iudicibus ecclesiasticis vel inquisitoribus fidem et communionem sancte Ro-
mane ecclesie tenentibus aliud receperint in mandatis, nec eosdem in suis districtibus
predicare, domicilia tenere, larem fovere, contractus inire, negotiationes mercantias quaslibet
exercere, aut humanitatis solacia cum christifidelibus habere permittant, et si tales heretici
puri et manifesti licet nondum per ecclesiam declarati in hac tam gravi ecclesiastica ca-
reant sepultura nec oblationes fiant aut recipiantur per eosdem, bona tamen ipsorum ac pre-
dictorum criminis secundum canonicas sanctiones confiscata non occupentur per illos
ad quos alias pertinent donec per huiusmodi iudices ecclesiasticos super hoc potestatem habentes
sententia declaratoria super ipso heresis crimine fuerit promulgata. Qui autem de
heresi per iudicem competentem ecclesiasticum inventi fuerint sola suspicione notati seu
suspecti nisi iuxta considerationem et exigentiam suspicionis qualitatemque persone
ad arbitrium iudicis huiusmodi propria innocentia congrua devotione monstra-
verint in purgatione eis canonica indicta defecerint, et si purgationem canonicam non
valentes, aut per huiusmodi facienda purgatione obstinatione dampnabili vitare re-
nuentes tamquam heretici condempnentur. Qui vero dictam innocentiam monstrare ex
quadam negligentia seu desidia et purgationem huiusmodi facere obmiserint, aut
anathematis gladio feriantur et usque ad satisfactionem condignam ab omnibus vitentur,
ita quod si per annum in excommunicatione huiusmodi persistiterint, extunc velut heretici condempnentur. Si quis
vero super aliquo sepedicto pestifere doctrine heresiarcharum predictorum vel aliquibus
articulis dumtaxat scandalosis erroneis seditiosis vel piarum aurium offensivis culpa-
bilis repertus fuerit canonice puniatur. Si vero propter solam infamiam aut suspicionem di-
ctorum articulorum vel alicuius ipsorum prius reputatus fuerit suspectus et in purgatione ca-
nonica propter hoc sibi indicta defecerit pro convicto habeatur et tamquam canonice convictus
puniatur. Et insuper felicis recordationis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri que incipit Ut inqui-
sitionis negotium, renovantes et eam exigentes universas potestates et dominos temporales et
iudices antedictos quibuscumque dignitatibus vel officiis seu nominibus censeantur exhortando
requirimus et mandamus eisdem ut sic reputari cupiunt et haberi fideles ac filii ecclesie
nuncupari et in christi nomine gloriari. Ita pro defensione fidei vobis archiepiscopis
episcopis ac electis et inquisitoribus hereticae pravitatis et aliis iudicibus seu personis
ecclesiasticis per nos ad hoc ut premittitur deputandis fidem et communionem sancte matris ecclesie
tenentibus pareant et intendant prebeantque auxilium et favorem in hereticorum necnon
credentium fautorum receptatorum et defensorum ipsorum investigatione captione custodia

Diligenti cum effectu fuerint requisiti ut prefatas personas pestiferas alios secum perdere molientes in potestatem seu carcerem propriis archiepiscopis episcopis et electis ac inquisitoribus predictis aut deputandos ab eis archiepiscopis episcopis et electis seu inquisitoribus aut deputandis per eos huiusmodi vel eorum alicui deputato sub arta et diligenti custodia ne fugiant ponendo ipsos in compedibus et manicis ferreis teneant donec eorum negotium per ecclesie iudicium terminetur Et quod de heresi a iudice ecclesiastico competenti qui fidem et communionem dicte sancte Romane ecclesie teneat condempnati prefati domini temporales sive rectores sive iudices vel eorum officiales sive vices sibi relictos recipiant iudicandos animadversione debita puniendos. Verum ne periculum et scandalum prefate fidei orthodoxe religionis christiane pretextu ignorantie quomque ihs inveniri aut versutos homines sub frivoli excusationis velamine in hac materia palliari contingat et ut de cognitionis seu cognoscendis hereticis eorumque receptatoribus defensoribus fautoribus credentibus et adherentibus nec non de heresi suspectis et aliis huiusmodi prava doctrina quibus maculatis plenior habeatur instructio tam ad regnum Bohemie et confinitimis illis quam alias quascumque partes in quibus huiusmodi superstitiosa doctrina quomodolibet pullulavit articulos infrascriptos sectam dictorum heresiarcharum predicatam dicte fidei detrimentum transmittendos et ex destinandos, super quibus vobis et aliis omnibus et singulis archiepiscopis episcopis et electis ac commissariis et inquisitoribus in virtute sancte obedientie precipimus et mandamus ut quilibet eorum infra limites et loca sue iurisdictionis in ipso regno et marchionatu et locis eis vicinis predictis et si loca ipsa de iurisdictione eandem extra duas dictas consistant circa extirpationem et correctionem errorum ac heresum et huiusmodi secte pestifere in favorem eiusdem fidei orthodoxe diligenter invigilet et omnes infamatos seu suspectos de tam pestifera labe sub consuetis censuris excommunicationis suspensionis interdicti aut alia formidabili pena temporali vel legali prout sibi et quemadmodum eis videatur expedire et facti requirit qualitas ad singulos huiusmodi articulos per iuramentum corporaliter prestitum tactis sacrosanctis evangeliis seu sanctorum reliquiis ymagine crucifixi secundum quorundam locorum observantiam iuxta infrascripta interrogatoria ad quemlibet articulum eorundem respondere compellat. Nos enim contra omnes et singulos archiepiscopos episcopos et electos aut inquisitores insuper extirpando heretice pravitatis fermento et expurgando suum territorium et districtum seu locum de talibus malis et sceleratis hominibus negligentes fuerint seu remissi usque ad privationem seu depositionem pontificalis dignitatis procedere intendimus et procedemus ac procedi faciemus alios quoque loco illorum substituemus qui possint et valeant hereticam confundere pravitatem et ad alias penas contra tales a iure inflictas et alias graviores si expediat infligendas procedimus seu procedi faciemus iuxta iuris et facti exigentiam huiusmodi culpe et criminis feditatem. Tenores vero eorundem articulorum seu capitulorum de quibus supra fit mentio sequuntur per ordinem in hec verba Et primo sequitur tenor articulorum Johannis Wicleph

Articuli Wicleff.

Substantia panis materialis et vini materialis remanent in sacramento altaris. Accidentia panis non manent sine subiecto in eodem sacramento. Christus non est in eodem sacramento ydemptice et realiter in propria presentia corporali. Si episcopus vel sacerdos existat in mortali peccato non ordinat non consecrat non conficit non baptisat. Non est fundatum in ewangelio quod Christus missam ordinaverit. Deus debet obedire dyabolo. Si homo fuerit debite contritus omnis confessio exterior est sibi superflua et inutilis. Si papa fuerit prescitus et malus et per consequens membrum dyaboli non habet potestatem super fideles ab aliquo sibi datam nisi forsan a cesare. Post Urbanum sextum non est aliquis recipiendus in papam sed vivendum est more grecorum sub legibus propriis. Contra scripturam sacram est quod viri ecclesiastici habeant possessiones. Nullus prelatus debet aliquem excommunicare

nisi prius steterit ipsum excommunicatum a deo / et qui sic excommunicat fit exinde hereticus vel ex-
communicatus. Prelatus excommunicans clericum qui appellavit ad regem vel ad consilium
regni eo ipso traditor est regis et regni. Illi qui dimittunt predicare sive verbum dei
audire propter excommunicationem hominum sunt excommunicati et in die iudicii traditores Christi habe-
buntur / licet alicui diacono vel presbitero predicare verbum dei absque auctoritate sedis
apostolice sive episcopi catholici / Nullus est dominus civilis, nullus est prelatus, nullus est episcopus
dum est in peccato mortali / Domini temporales possunt ad arbitrium auferre bona temporalia ab
ecclesiasticis possessionatis habitualiter delinquentibus, id est ex habitu non solum actu delinquentibus
Populares possunt ad suum arbitrium dominos delinquentes corrigere. Decime sunt pure
elemosine / et possunt parrochiani propter peccata suorum prelatorum ad libitum suum auferre
Speciales orationes applicate uni persone per prelatos vel religiosos non plus prosunt eidem
quam generales ceteris paribus. Conferens elemosinam fratribus est excommunicatus ipso facto / Si
aliquis ingreditur religionem privatam qualemcumque tam possessionatorum quam men-
dicantium, redditur ineptior et inhabilior ad observantiam mandatorum dei / Sancti insti-
tuentes religiones privatas / sic instituendo peccaverunt. Religiosi viventes in religionibus
privatis non sunt de religione christiana / Fratres tenentur per laborem manuum victum
acquirere et non per mendicitatem / Prima pars scandalosa est et presumptuose asserta pro
quanto sic generaliter et indistincte loquitur et secunda erronea pro quanto asserit men-
dicitatem fratribus non licere habere / Omnes sunt simoniaci qui se obligant orare pro aliis
eis in temporalibus subvenientibus. Oratio presciti nichil valet / Omnia de necessitate absolute
eveniunt / Confirmatio iuvenum / clericorum ordinatio / locorum consecratio reservantur pape
et episcopis propter cupiditatem lucri temporalis et honoris. Universitates studia collegia
graduationes et magisteria in eisdem sunt vana gentilitate introducta et tantum
prosunt ecclesie sicut diabolus / Excommunicatio pape vel cuiuscumque prelati non est timenda quia
est censura antichristi. Peccant fundantes claustra et ingredientes sunt viri dyabolici / Ditare
clerum est contra regulam Christi / Silvester papa et Constantinus imperator erraverunt
ecclesias ditando / Omnes de ordine mendicantium sunt heretici / et dantes eis elemosinas
sunt excommunicati / Ingredientes religionem aut aliquem ordinem eo ipso sunt inhabi-
les ad observandum divina precepta et per consequens ad observandum et perveniendum ad regna celo-
rum nisi apostataverint ab eisdem / Papa cum omnibus clericis suis possessionem habentibus
sunt heretici eo quod possessiones habent / et omnes consentientes eis scilicet domini
seculares et laici ceteri / Ecclesia Romana est synagoga sathane / nec papa est
immediatus vicarius Christi et apostolorum / Decretales et epistole sunt apocriphe et sedu-
cunt a fide Christi / et clerici sunt stulti qui student eas. Imperator et domini seculares
sunt seducti a dyabolo ut ecclesiam ditarent de bonis temporalibus / Electio pape a car-
dinalibus est a dyabolo introducta. Non est de necessitate salutis credere Romanam ecclesiam
esse supremam inter alias ecclesias. Error est si per Romanam ecclesiam intelligatur univer-
salis ecclesia aut consilium generale aut pro quanto negaret primatum summi pontificis super
alias ecclesias particulares. Fatuum est credere indulgentiis pape et episcoporum. Iuramenta
illicita sunt, que fiunt ad roborandum humanos contractus et commercia civilia / Augustinus
Bernardus et Benedictus dampnati sunt nisi penituerint de hoc quod habuerunt possessiones
et instituerunt et intraverunt religionem / et sic a papa usque ad ultimum religiosorum
sunt heretici / Omnes religiones indifferenter introducte sunt a dyabolo / Tenor autem
Articuli Jo. Huss. articulorum Johannis Hus sequuntur et est talis. Unica est sancta et universalis ecclesia
que est predestinatorum universitas / Et infra sequitur / Universalis sancta ecclesia tantum
est una sicut unus est numerus tantum predestinatorum / Paulus nunquam fuit membrum
dyaboli licet fecit quosdam actus actibus ecclesie malignantium consimiles / Presciti non sunt
partes ecclesie cum nulla pars eius ab ea finaliter excidat, cum natura divinitas et
humanitas sunt unus Christus / Prescitus et si aliquando sit in gratia secundum presentem
iustitiam tamen nunquam est pars ecclesie et predestinatus semper manet mem-
brum ecclesie licet aliquando excidat a gratia adventicia sed non a gratia predestinationis

Supponendo eciam prenotaciam predestinatorum sive fuerit tunc gracia sive non secundum
presentem iusticiam isto modo ecclesia est articulus fidei / Petrus non est nec fuit caput
ecclesie sancte katholice / Sacerdotes quomodolibet criminose viventes sacerdocii polluunt potestatem et sic ut filii in/
fideles sentiunt infideliter de septem sacramentis ecclesie / de clavibus officiis censuris moribus cerimoniis et sacris
rebus ecclesie veneracione reliquiarum indulgenciis et ordinibus / Papalis dignitas a Cesare
inolevit / et pape perfeccio et institucio a Cesaris potencia emanavit / Nullus sine revelacione
assereret racionabiliter de se vel de alio quod esset caput ecclesie particularis sancte nec Romanus
pontifex caput Romane ecclesie / Non oportet credere quod iste quicumque est pontifex Romane
ecclesie sit caput cuiuscumque particularis ecclesie sancte / nisi deus eum predestinaverit / Nemo gerit
vicem Christi vel Petri / nisi sequatur eum in moribus cum nulla alia sequela sit pertinencior
nec aliter recipiat a deo procuratoriam potestatem / quia ad illud officium vicariatus requiritur et
morum conformitas et instituentis auctoritas / Papa non est manifestus et verus successor
apostolorum principis Petri si vivit moribus contrariis Petro et si querit avariciam est vicarius
Jude Scarioth / Et pari evidencia Cardinales non sunt veri et manifesti suc/
cessores collegii aliorum apostolorum Christi / Doctores ponentes quod aliquis per censuram ecclesias/
ticam emendandus si corrigi noluerit, seculari iudicio est tradendus pro certo sequuntur in hoc
pontifices scribas et phariseos / qui Christum non volentem eis obedire in omnibus dicentes Nobis
non licet interficere quemquam / ipsum seculari iudicio tradiderunt Et quod tales sunt homicide gra/
viores quam Pilatus / Obediencia ecclesiastica est obediencia secundum adinvencionem sacerdotum
ecclesie preter expressam auctoritatem scripture / Divisio humanorum operum est quod sunt vel v/
tuosa vel viciosa / quia si homo est viciosus et agit quicquam, tunc agit viciose / et si est vir/
tuosus et agit quicquam tunc agit virtuose / quia sicut vicium quod crimen dicitur seu mortale
peccatum inficit universaliter actus hominis viciosi, sic virtus vivificat actus omnes hominis
virtuosi / Sacerdos Christi vivens secundum legem eius habens noticiam scripture et af/
fectum ad edificandum populum debet predicare non obstante pretensa excommunicacione Et infra
24 si papa vel aliquis prepositus mandat sacerdoti sic disposito non predicare non
debet subditus obedire / Quilibet predicacionis officium de mandato accipit qui ad sacerdo/
cium accedit et illud mandatum debet exequi, pretensa excommunicacione non obstante / per censuras
ecclesiasticas excommunicacionis suspensionis et interdicti ad sui exaltacionem clerus populum lay/
calem sibi suppeditat / avariciam multiplicat maliciam protegit et viam preparat
antichristo Signum autem evidens est quod ab antichristo tales procedunt censure quas
vocant in suis processibus fulminaciones quibus clerus principalissime procedit contra
illos qui denudant nequiciam antichristi quam clerus pro se maxime usurpavit Si papa
est malus et presertim si est prescitus, tunc ut Judas est apostolus dyaboli fur et filius per/
dicionis et non est caput sancte militantis ecclesie / cum nec sit membrum eius / Gracia
predestinacionis est vinculum, quo corpus ecclesie et quodlibet eius membrum iungitur Christo
capiti insolubiliter Papa vel prelatus malus et prescitus / est equivoce pastor et vere
fur et latro / Papa non debet dici sanctissimus eciam secundum officium / quia alias Rex deberet
dici sanctissimus secundum officium / et tortores et precones dicerentur sancti / ymmo eciam dyabolus deberet dici sanctus
cum sit officiarius dei Si papa vivit Christo contrarie / eciam si ascenderet per ritam et legit/
timam institucionem humanam vulgatam tunc aliunde ascenderet quam per Christum dato eciam quod
intraret per electionem a deo principaliter factam Nam Judas Scarioth rite et legittime est
electus a deo Christo Jhesu ad episcopatum / et tamen aliunde ascendit in ovile ovium et
Condempnacio quadraginta articulorum Johannis Wicleff per doctores facta est irracionabilis
et iniqua et malefacta / et ficta est causa per eos allegata, videlicet quod nullus eorum est
catholicus, sed quilibet eorum aut est hereticus aut erroneus aut scandalosus / non eo
ipso quo electores vel maior pars eorum consensit viva voce secundum ritus hominum
in personam aliquam eo ipso quod illa persona legittime est electa / vel quod eo ipso est verus
et manifestus successor vel vicarius Petri apostoli / vel alterius apostoli in officio ecclesiastico

Unde siue bene vel male electores elegerint, operibus electi debemus credere. Nam eo
ipso quo quis copiosius operatur merito et ad profectum ecclesie habet a deo ad hoc copiosius
potestatem. Non est scintilla apparencie quod oporteat esse vnum caput in spiritualibus regens ecclesiam
quod semper cum ipsa militante ecclesia conuersatur. Christus sine talibus monstrosis capitibus per
suos veraces discipulos sparsos per orbem terrarum melius suam ecclesiam regularet. Apostoli et
fideles sacerdotes domini strenue in necessariis regularunt ecclesiam ante quam papae officium fuit
introductum; sic facerent deficiente per summe possibile papa vsque ad diem iudicii. Nullus est
dominus ciuilis, nullus est prelatus, nullus est episcopus, dum est in peccato mortali. Super
premissis autem articulis quilibet de eis suspectus seu in eorum assercione deprehensus iuxta
modum interrogetur infra scriptum. In primis utrum cognouerit Johannem Wicleff
de Anglia, Johannem Hus de Bohemia et Jeronimum de Praga seu aliquem eorum
et vnde habuit eorum noticiam, et utrum cum eis vel aliquo eorum habuit conuersacionem
vel amiciciam. Item utrum sciens ipsos seu aliquem eorum excommunicatos scienter par-
ticipauerit cum illis, reputans et dicens talem participacionem non esse peccatum. Item utrum
post mortem eorum per se seu alium pro eorum orauit et publice vel occulte opera pietatis exercuit,
asserens eos fore beatos et saluatos. Item utrum eos vel aliquem eorum sanctos
reputauit et dixit, et eis veneraciones uti sanctis exhibuit. Item utrum credat et teneat
et asserat quod quodlibet concilium generale et etiam Constanciense vniuersalem ecclesiam representat. Item
utrum credat quod illud quod sacrum concilium Constanciense vniuersalem ecclesiam representans approbauit et
approbat in fauorem fidei et ad salutem animarum, et hoc est ab vniuersis Christi fidelibus approbandum
et tenendum, et quod condempnauit et condempnat esse fidei vel bonis moribus contrarium,
hoc ab eisdem esse pro condempnato credendum, tenendum et asserendum. Item utrum credat
quod condempnaciones Johannis Wicleph et Johannis Hus et Jeronimi de Praga facte
de personis eorum, libris et doctrinis per sacrum generale concilium Constanciense sint rite et iuste
facte et a quolibet catholico pro talibus tenende et asserende. Item utrum credat, teneat et asserat
Johannem Wicleph de Anglia, Johannem Hus de Bohemia, Jeronimum de Praga
fuisse hereticos et pro hereticis nominandos et tenendos, et libros ac doctrinas eorum fuisse
et esse peruersas, propter quos et quas et eorum pertinacias per sacrum concilium pro hereticis sunt
condempnati. Item utrum habeat in sua potestate aliquos tractatus, opuscula, epistolas vel quecunque
alia scripta in quocunque ydiomate per Johannem Wicleph, Johannem Hus et Jeronimum
hereticos seu ipsorum pseudo discipulos et sequaces editos vel translatos, edita vel translata,
quod illos vel illa ordinario loci vel eius commissario seu inquisitori sub iuramento prestet.
Et si apud se scripta huiusmodi habere non cognouit, sed alibi, quod iniciat illa certa sua or-
dinarium vel alios superiores infra certum terminum sibi mittendum vel prefigendum deponere.
Item utrum sciat aliquem vel aliquos habentes prefatorum tractatus, opuscula, epistolas vel
quecunque alia scripta in quocunque ydiomate composita siue translata, quod illud vel illos
detegat vel manifestat pro purificacione fidei et execucione iusticie. Item
specialiter litteratus interrogetur an credat sentenciam sacri Constanciensis concilii super xlv
Johannis Wicleph et Johannis Hus articulis superius descriptis fore veram, latam
et catholicam, scilicet quod supradicti quadraginta quinque articuli Johannis Wicleff et triginta Jo-
hannis Hus non sunt catholici, sed quidam ex eis sunt notorie heretici, quidam erronei,
alii blasphemi, alii scandalosi, alii temerarii et sediciosi, alii piarum aurium offensiui.
Item utrum credat et mandatum iudicis iuramentum de veritate dicenda vel quodcunque
aliud ad causam opportunum etiam pro purificacione infamie faciendum sit licitum. Item
utrum credat et   periurium scienter commissum ex quacunque causa vel occasione siue pro
conseruacione vite corporalis proprie vel alterius etiam in fauorem fidei sit mortale peccatum.
Item utrum deliberato animo contempnens ritus ecclesie et cerimonias exorcismi et ca-
thecismi et aque baptismatis consecrate peccet mortaliter. Item utrum credat quod post
consecracionem sacramenti in sacramento altaris sub velamento specierum panis et vini non
sit panis materialis et vinum materiale, sed idem per omnia Christus qui fuit in cruce passus
et sedens ad dexteram patris. Item utrum credat quod facta consecracione per sacerdotem
sub sola specie panis tantum et preter speciem vini sit vera caro Christi et sanguis

fidei

et asserat quod in illo casu sit heresim incurrere. Item utrum credat quod ea.

et anima et deitas et sic totus christus / Et similiter sub specie vini sine specie panis sit vera
caro christi et verus sanguis et anima et deitas et sic totus xpus / ac idem corpus absolute
et sub una qualibet earundem specierum singulariter. Item utrum credat quod consuetudo communicandi
personas laycales sub specie panis tantum ab ecclesia universali observata et per sacrum Concilium Constan-
ciense approbata sit observanda quod non habeat eam reprobare sine ecclesie auctoritate pro libito immutari Et
quod dicentes pertinaciter oppositum premissorum tamquam heretici vel sapientes heresim sint arcendi
et puniendi. Item utrum credat quod contempnentes scienter sacramentum confirmacionis et ex-
treme unctionis aut solempnizacionis matrimonii peccant mortaliter. Item utrum credat quod christianus
ultra contricionem cordis habita copia sacerdotis ydonei soli sacerdoti de necessitate salutis teneatur
confiteri et non layco vel laycis quantumcumque bonis et devotis. Item utrum sacerdos in casibus sibi per- ^ credat quod
missis possit peccatorem contritum et confessum a peccatis absolvere et sibi penitenciam iniungere. Item
utrum credat quod malus sacerdos debita materia et forma et intencione faciendi quod facit ecclesia
vere conficiat vere absolvat, vere baptiset et vere conferat alia sacramenta. Item utrum credat quod
beatus Petrus fuit vicarius Christi habens potestatem ligandi et solvendi super terram. Item utrum
credat quod papa canonice electus qui pro tempore fuerit eius proprio nomine expresso sit succes-
sor beati Petri habens auctoritatem supremam in ecclesia dei. Item utrum credat quod iurisdictionis auctoritatem
pape archiepiscopi et episcopi solvendo et ligando esse maiorem auctoritate simplicis sacerdotis etiam si curam
habeat animarum. Item utrum credat quod papa omnibus christianis vere contritis et confessis ex
causa pia et iusta possit concedere indulgencias in remissionem peccatorum maxime pia loca vi-
sitantibus et ipsis manus suas porrigentibus adiutrices huiusmodi indulgencias consequi pos-
sunt. Item utrum credat quod singuli episcopi suis subditis secundum limitacionem sacrorum ca-
nonum huiusmodi indulgencias concedere possunt. Item utrum credat et asserat licitum esse sanctorum
reliquias et ymagines a christifidelibus venerari. Item utrum credat ^ ab ecclesia approbatas a sanctis patribus ^ religiones
rite et racionabiliter introductas. Item utrum credat quod papa vel alius prelatus expressis nominibus
pape pro tempore expressis vel eorum vicarii possint suum subditum ecclesiasticum sive se-
cularem propter inobedienciam contumaciam excommunicare / ita quod talis excommunicatus sit habendus.
Item utrum credat quod inobediencia sive contumacia excommunicatorum crescente / prelati vel eorum vicarii
in spiritualibus habeant potestatem aggravandi et reaggravandi interdictum ponendi et brachium seculare
invocandi et quod illis per inferiores sit obediendum. Item utrum credat quod papa vel alii prelati et
eorum vicarii in spiritualibus habeant potestatem sacerdotes et laicos inobedientes et contumaces
excommunicandi ab officio beneficio ingressu ecclesie et administracione ecclesiasticorum sacramentorum sus-
pendendi. Item utrum credat quod laicis auferre absque potestate ipsa non liceat immo quod sint
auferentes tollentes invadentes bona ipsa ecclesiastica et tamquam sacrilegi puniendi sint etsi
si male vivant ecclesiastice persone bona huiusmodi possidentes. Item utrum credat quod huiusmodi
ablacio et invasio cuiuscumque sacerdotis etiam male viventis temere vel violenter vel illata in-
ducat sacrilegium. Item utrum credat et liceat laicis utriusque sexus viris et mulieribus habere
predicare verbum dei. Item utrum credat quod singulis sacerdotibus non liceat predicare verbum dei ubi-
cumque et quandocumque et quibuscumque placuerit etiam si non sint missi. Item utrum credat quod omnia
peccata mortalia et specialiter manifesta sint publice corrigenda et extirpanda / Volumus insuper
ac statuimus et decernimus quod si quis pro formacione sectam premissam reperiendam vel alias
repertus fuerit infamatus vel suspectus de quacumque specie heresis pestifere secte vel doctrine
pestilentum Johannis Wicleff ~~Johannis~~ Hus et Jeronimi de Praga heresiarcharum pre-
dictorum aut de fovendo receptando defendendo prefatos dampnatos homines dum viverent
vel ipsos perfidos sequaces et ~~predicando~~ perdendo discipulos aut eorum erroribus credendo pro
ipsis defunctis vel aliquo eorum post obitum orando / vel inter catholicos nominando
vel defendendo vel ipsos sanctos tamquam colendo predicando vel adorando vel alias
circa eos suspecte vivendo vel agendo Citetur per vos vel alterum vestrum personaliter
coram vobis seu altero vestrum compariturus semotis procuratore et advocato responsurus
medio iuramento proprio sicut ut predictum est corporaliter prestito de plena et mera veri-
tate dicenda super dictis articulis seu eorum singulis vel aliis opportunis rem

Secundum exigenciam casus et occurrencium circumstanciarum ad arbitrium vestrum et prout vobis seu alteri vestrum videbitur expedire vel alias contra eosdem et ipsorum singulos prout premittitur exprimitur vel alias canonice procedatis, uti vos presentes litteras exclusis articulis et interrogatoriis supradictis ac omnibus in civitatibus diocesibus et terris et locis aliis ubi tute fieri poterit auctoritate nostra solempniter publicetis et publicari faciatis ac omnes et singulos hereticos huiusmodi necnon sectatores ipsorum heresum et errorum utriusque sexus tenentes ac defendentes eosdem quolibet publice vel occulte [illegible] iudicium vel aliis participantes etiam si patriarchali archiepiscopali episcopali regali reginali ducali aut alia quavis ecclesiastica seu mundana prefulgeant dignitate necnon advocatos et procuratores quoslibet qui hereticos huiusmodi aut eorum credentes sequaces fautores defensores et receptatores super crimine heresis aut credulitatis sequele fautorie defensionis et receptationis huiusmodi defenderint excommunicatos singulis diebus dominicis et festivis in presencia populi nuncietis et per alios nunciari faciatis. Et nichilominus contra eosdem omnes et singulos utriusque sexus huiusmodi errores tenentes affirmantes defendentes et dogmatizantes
defensores ac fautores et receptatores et quoslibet ipsorum exemptos et non exemptos cuiuscumque dignitatis status preeminencie gradus ordinis vel condicionis ut prefertur existant auctoritate nostra diligenter inquirere studeatis et eos quos per inquisitionem huiusmodi diffamatos vel per confessionem eorum seu prefati cardinalis vel alias huiusmodi heresis et errores labe respersos et repertos auctoritate predicta et per excommunicationis suspensionis et interdicti necnon feudorum privationis dignitatum personatuum et officiorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum ac prebendarum que quomodolibet ecclesiis monasteriis et aliis locis ecclesiasticis optinent ac etiam honorum et dignitatum secularium et graduum scolarium quarumcumque facultatum et alias sententias penas et censuras ecclesiasticas ac vias et modos quos ad hoc expedire seu opportunos esse videritis etiam per captiones et incarcerationes personarum et alias penas corporales quibus heretici puniuntur seu puniri iubentur aut solent iuxta canonicas sanctiones similiter et clericos ipsos et ecclesiasticas personas usque ad degradationem inclusive si eorum culpa et pertinacia vel rebellio id exigat aut requirat corrigatis et puniatis et diligenter corrigi et puniri faciatis necnon contra eosdem sectatores sive sequaces [illegible] decernimus animose consurgatis iuxta modum et formam supradictas et quod premissis heresibus vel articulis vel aliquo premissorum infamati fuerint ad arbitrium vestrum se purgare teneantur. Alii vero qui
p seu propriam confessionem vel alias legitimas convicti fuerint de predictis heresibus vel articulis vel aliquo premissorum eosdem articulos vel errores solempniter et publice revocare abiurare penitenciam condignam eis ad [illegible] si delictum exegerit subire cogantur necnon quod heresis et errores huiusmodi cuiuscumque generis seu speciei censeantur de cetero verbo nutu et facto non fauebunt seu alios adherendo illis verbo vel facto publice et occulte directe vel indirecte aut alias quovismodo inducent sufficientem et ydoneam cautionem prestare teneantur. Et si forsan eosdem articulos et errores solempniter et publice revocare et abiurare et penitenciam condignam et [illegible] spiritualem vel temporalem iuxta vestre discretionis arbitrium sine dilatione subire ac sufficientem cautionem quod errores heresis ipsos de cetero non tenebunt nec fauebunt nec alios adherendo illis verbo vel facto publice vel occulte directe vel indirecte aut quovis quesito colore inducent prestare seu aliquod premissorum facere voluerint, extunc contra ipsos iuxta qualitatem errorum et delictorum suorum etiam si expediat tamquam contra hereticos et heretica labe respersos auctoritate nostra iuxta canonicas et legales sanctiones summarie et simpliciter ac de plano sine strepitu et figura iudicii etiam ex officio appellatione seu appellationibus quibuscumque cessantibus procedatis ac ipsos iuxta easdem canonicas traditiones puniatis. Et etiam si opus fuerit fuit curie seculari relinquendo contra dictores per censuras ecclesiasticas appellatione seu appellationibus quibuscumque cessantibus procedatis ac ipsos iuxta easdem canonicas traditiones puniatis. Et si opus fuerit curie seculari relinquendo contra dictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo invocato ad hoc si opus fuerit auxilio cuiuscumque brachii secularis non obstante tam felicis recordationis Bonifacii pape octavi predecessoris nostri qua cavetur ne quis extra civitatem et diocesim suam nisi certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocatur seu ne iudices a sede apostolica deputati extra

Civitate et dyoc. in quibus deputati fuerint contra quoscumque procedere sive alii vel aliis
vices suas committere, aut aliquos ultra unam dietam a fine dyoc. earundem trahere presumant
et de duabus dietis in concilio generali quam aliquibus quibuscumque constitutionibus Romanorum pon-
tificum tam de iudicibus delegatis quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis
aut aliis editis que possent in hac parte vestre iurisdictioni aut potestati eiusdem libere exercere
quovis modo obviare seu si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum quod interdici
suspendi vel excommunicari seu ultra vel extra loca ad iudicium evocari non possint per litteras
apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et
eorum personis locis ordinibus et nominibus propriis mentionem et qualibet alia dicte sedis in-
dulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel
totaliter non insertam vestre iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impedire et
de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in vestris litteris habenda sit mentio specialis Datum
Constancie octavo kalendas Marcii Pontificatus nostri Anno primo etc

Nos igitur premissa gesta ac decreta ne cuiusvis impugnationis iaculis subiaceant tempore
procedente auctoritate universalis ecclesie volumus statuimus ac decernimus et mandamus quod prefatis
decretis et gestis supra insertis in iudiciis et extra ubicumque exhibita producta quod fuerint
et ostensa in omnibus et per omnia ac fides plenaria adhibeatur prout ac si bulla
eiusdem Constanciensis Synodi bullata forent nec aliorum probacionum ~~aut~~ aliud adminiculum
quodlibet requiratur, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis statuti
decreti et mandati infringere vel ei ausu temerario ~~obviare~~ contraire. Si quis autem attemptare pre-
sumpserit indignacionem omnipotentis dei et universalis ecclesie se noverit incursurum Datum Ba-
silee pridie Nonas februarii Anno a Nativitate domini Mº cccc xxxx secundo etc

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legittime congregata universalem
ecclesiam representans ad futuram rei memoriam Inter sollicitudines innumeras nostris humeris desuper
incumbentes assidua cura revolvimus et in votis gerimus desiderantes ut fides catholica
que christiane religionis firmissimum est fundamentum nostris prosperetur temporibus ac con-
tagiosis hereticorum doctrinalibus quibus illam quasi tenebrosi fumi caligine obfuscare
satagunt conservetur illesa quod pravitas de fidelium extirpata finibus ne in dolorem et religionem
huiusmodi insignium huiusmodi dogmatibus instigante hoste future malorum quamvis infici va-
leat et involvi Sane dudum felicis recordationis Martinus papa V prout pridie plurium
dogmatum dampnatorum memorie Johannis wicleff de Anglia Johannis hus de Bohemia
et Jeronimi de praga ac ipsis adherentium et fautorum nonnulla salubria pro ipsius fidei
catholice conservatione suis litteris fieri mandavit quarum tenor sequitur in hec verba
Martinus episcopus etc Inseratur ut supra etc Et post finem illius sequitur continuatio Con-
cilii Basiliensis

Nos igitur volumus et auctoritate universalis ecclesie mandamus quatenus eidem tenori plena
et indubitata fides adhibeatur ubicumque et quandocumque in iudicio et extra exhibitus fuerit
vel ostensus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis et
mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare
voluerit vel presumpserit indignationem omnipotentis dei ac universalis ecclesie se noverit incur-
surum Datum Basilee secundo kalendas februarii Anno a Nativitate Domini Mº
cccc xxx viiiº etc



Gesta decreta et acticata Sacri Concilii Basiliensis

In nomine sancte et individue trinitatis feliciter amen. Censetur utique dignum
et congruum prout id singularis exposcat nimium labilis hominum memoria, ut
ea que per sacrorum generalium conciliorum sanctiones ad laudem dei et commodum
reipublice utilitatem fore noscuntur instituta, debite scripture commendentur
ut per hanc iugis eorum etiam ad posteros transeat recordacio. Hinc est igitur
quod in scripturis continentur et sunt de verbo ad verbum inserta decreta consti-
tuciones acta et ordinaciones, ceteraque gesta in sacro Basiliensi Concilio presidente
in eodem auctoritate apostolica Reverendissimo in Christo patre domino Juliano miseracione
divina sacrosancte Romane ecclesie sancti angeli diacono Cardinali apostolice sedis
legato collecta conscripta ordinata per nos prothonotarios notarios et scribas infrascriptos
ad id per dictum dominum presidentem, sacro eodem approbante Concilio deputatos, indictionibus
diebus et horis mensibus et pontificatu inferius anotatis et descriptis.

Anno siquidem a natiuitate domini millesimo cccc° xxx primo indictione nona die
autem veneris septima mensis decembris, pontificatus in Christo patris et domini
nostri domini Eugenii divina prudentia pape quarti anno primo, prefato Re-
uerendissimo patre domino Cardinali presidente et legato iam per menses aliquot in ciui-
tate basiliensi nacionis Germanice provincie Bisuntine predicti generalis Con-
cilii adiuvante domino congregacione et celebracione inibi iuxta mandatum apposto-
licum alias super hoc sibi directum et infra plenius insertum legittime faciendum
personaliter existente. Convocatis itaque iam per eum dicta auctoritate huius rei causa
ad dictam Ciuitatem Basiliensem de diversis mundi partibus pluribus dominis prelatis
necnon personis aliis et etiam ecclesiasticis qui de iure vel consuetudine ad Concilium
generale venire tenentur ac etiam quampluribus aliis ad dictum Concilium vocatis
eisque una cum dicto domino legato in certa aula domus ecclesie sancti Leonardi Ba-
siliensis, in qua soliti sunt pro Conciliis tenendis in unum conuenire, ad hoc spe-
cialiter congregatis unanimi inter eos inito consensu extitit ordinatum et decretum
primam dicti generalis Concilii Basiliensis sessionem tenendam auctore domino
atque celebrandam die veneris extunc proxime secutura quartadecima predicti mensis
Decembris in ecclesia Cathedrali basiliensi prout in cedula cuius tenor inferius primo
loco describitur plenius continetur, quam cedulam in multis duplatam et trans-
sumptam iussit idem dominus presidens ob dicte prime sessionis publicacionem fiendam
in pluribus dicte Ciuitatis ecclesiarum valuis affigi pariter et apponi cuius tenor se-
quitur et est talis

Mandatum domini legati ad primam sessionem in hoc sacro
basiliensi Concilio celebrandam

Ad laudem omnipotentis dei exaltacionem que fidei catholice necnon tranquillitatem
et pacem totius christianitatis reformacionem quoque generalis ecclesie et populi christiani.
Ex parte reuerendissimi in Christo patris et domini domini Juliani miseracione divina sa-
crosancte Romane ecclesie sancti angeli diaconi Cardinalis, in presenti sacro generali
Concilio basiliensi auctoritate apostolica presidentis specialiter deputati, approbacione
dicti sacri generalis Concilii intimatur per presentes omnibus et singulis in hoc ipso ge-
nerali Concilio basiliensi interessentibus et interesse debentibus quod auctore domino
die veneris proxima, post instans festum Lucie, que erit quartadecima mensis

Iouis decembris prima eiusdem sacri generalis Concilii basiliensis sessio celebrabitur in ecclesia kathedrali Civitatis huius basiliensis hora nona eiusdem diei a media nocte inantea computando Ideo quod precipitur et mandatur omnibus et singulis in predicta Civitate basiliensi ad causam dicti sacri Concilii iam existentibus ceterisque ad quorum noticiam presentes devenerint in dicto Concilio interesse debentibus qui tunc commode personaliter interesse poterunt in dicto Concilio ~~interesse debentibus qui tunc~~ quatenus dictis die et hora in ecclesia predicta personaliter et debite compareant sub penis iuris nisi legittimo ~~predicti~~ prepediti fuerint impedimento Datum basilee die septima dicti mensis decembris Anno a Nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo ~~quadragesimo~~ primo pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Eugenii pape quarti anno primo sub sigillo consueto dicti domini presidentis in testimonium premissorum

Dicta die veneris decima quarta decembris anno indictione hora et pontificatu quibus prius supra Sacrosancta generali Synodo basiliensi predicta dicto domino Cardinali legato auctoritate qua supra presidente legittime ibi supra congregata celebrataque ibidem solempni missa de spiritu sancto per Reverendum in christo patrem et dominum philibertum dei et apostolice sedis gracia Episcopum Constanciensem provincie Rothomagensis Insuper Cantatis et lectis letaniis antiphonis aliisque devotis oracionibus in talibus ordinatis deoque suppliciter et devote exhibitis idem dominus Cardinalis presidens in pontificalibus sedens super cathedram ad hoc sibi preparatam aliis quoque singulis prelatis tunc ad premissa astantibus in pontificali habitu simul cum mitris planis capitibus eorum impositis existentibus graciosum sermonem fecit sumens pro themate suo Mundamini qui fertis vasa domini ysaie lii in quo plerumque salubri exhortacione ac secundum quod in tali conveniebat eximie congregacioni et in primordio talis actus decuit omnes de puritate mundicia et sincera integritate solerter in caritate non ficta ammonuit precipueque exortatus est ut celebracioni deo grata presentis sacri Concilii cause universalis ac de ecclesia et utili ut vere decet viros ecclesiasticos constanti et bono animo vigilanter adessent vigilarentque ac diligencius intenderent ad profectum et utilitatem rei publice christiane religiosius feliciter peragendum Quo quidem sermone per eum tandem finito memoratus dominus philibertus Constanciensis Episcopus eminentem thalamum ostendit Ibidem quoque de mandato dicte sacre Synodi perlegit alta et intelligibili voce ut ab omnibus audiretur hec que infra de verbo ad verbum inseruntur astantibus ibidem non nullis venerabilibus et egregiis viris dominis ambasiatoribus Serenissimi et illustrissimi principum dominorum regis Romanorum semper Augusti et amedei ducis Sabaudie necnon viris illustribus dominorum diversorum Regum principum Comitum etc ibidem congregatis etc

Sessio prima huius Sacri basiliensis Concilii necnon cetera decreta in eadem lecta sessione

a Ad omnipotentis dei gloriam fidei catholice exaltacionem christiane religionis profectum Iaciens fundamentum in illo summo angulari lapide christo ihesu

In quo omnis edificacio constructa crescit in templum sanctum in domino. Sacrosancta synodus Basiliensis universalem ecclesiam representans in spiritu sancto legitime congregata presidente reverendissimo in Christo patre domino Juliano sancte romane ecclesie sancti Angeli diacono Cardinali apostolice sedis legato, attendens quod sacra generalis Constanciensis in spiritu sancto celebrata salubre existimans et multimode fructuosum in sancta dei ecclesia generalia Concilia frequentari hoc suo decreto constituit huiusmodi sub tenore

Constitucio Constanciensis Concilii super Celebratione Generalium Conciliorum

Frequens generalium conciliorum celebracio agri dominici precipua cultura est, que vepres spinas et tribulos heresum errorum et scismatum extirpat, excessus corrigit, deformata reformat et vineam domini ad frugem uberrime fertilitatis adducit, illorum vero neglectus premissa disseminat atque fovet. Hec preteritorum temporum recordacio et presencium consideracio ante oculos nostros ponunt. Eapropter hoc edicto perpetuo sancimus decernimus et ordinamus ut amodo Concilia generalia celebrentur, ita quod primum a fine huius Concilii in quinquennium immediate sequens, secundum vero a fine illius immediate sequentis Concilii in septennium, et sic deinceps de decennio in decennium perpetuo celebrentur in locis que summus pontifex per mensem ante finem cuiuslibet concilii approbante et consenciente Concilio vel in eius defectu ipsum concilium deputare et assignare teneatur, ut sic per quandam continuacionem semper concilium vigeat aut per termini pendenciam expectetur. Quem terminum liceat summo pontifici de fratrum suorum sancte Romane ecclesie Cardinalium Concilio ob emergentes forte casus abreviare, sed nullatenus prorogetur. Locum autem pro futuro Concilio celebrando deputatum absque evidenti necessitate non mutet. Sed si forte casus aliquis occurreret quo necessarium videretur ipsum locum mutari, puta obsidionis, guerrarum, pestis aut similis, tunc liceat summo pontifici de predictorum fratrum suorum aut duarum parcium ipsorum consensu atque subscripcione alium locum prius deputato viciniorem et aptum sub eadem tamen nacione subrogare, nisi idem vel simile impedimentum per totam illam nacionem vigeret; tunc ad aliquod alium viciniorem alterius nacionis locum aptum huiusmodi Concilium poterit convocari, accedere teneantur, ad quem prelati et alii qui ad concilium solent convocari ac si a principio locus ille fuisset deputatus. Quam tamen loci mutacionem vel termini abreviacionem per annum ante prefixum terminum teneatur summus pontifex legitime et solempniter publicare et intimare, ut ad ipsum Concilium celebrandum predicti possint statuto termino convenire etc.

Electio Civitatis Basiliensis pro futuro Concilio ad septennium facta in Concilio Senensi

Atque pro ipsius execucione decreti Civitas Papiensis apud Ytaliam fuit electa pro generali Concilio in fine tunc proxime sequentis quinquennii celebrando. Quod quidem Concilium suo determinato tempore in dicta Civitate Papie celebrari extitit inchoatum et deinde certis ex causis ad Civitatem Senensem translatum. In quo quidem generali Concilio Papie inchoato et in Senensi

Ciuitate celebrato hec basiliensis Ciuitas pro celebratione tunc futuri Con
cilii post septenniu a fine ipius Gebennensis Concilii celebrandi fuit electa et debite
assignata ut constat in instrumento publico inde confecto huiusmodi seriei

Sequitur forma instrumenti

In nomine domini amen Tenore presentis publici instrumenti cunctis pateat euiden
ter et sit notum quod anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo
vicesimo quarto Indictione secunda die vero sabbati decima nona mensis fe
bruarii hora terciarum vel quasi pontificatus in christo patris et domini nostri domini
martini diuina prouidentia pape quinti anno septimo vigente et durante
sacrosancto generali Concilio Gebennensi in Ciuitate Gebennarum ac presidentibus
eidem concilio vice et nomine prefati domini nostri pape et pro eo Reuerendissimis
in christo patribus et dominis dominis dei et apostolice sedis gratia petro archiepiscopo Cretensi
Jacobo Spaletensi Petro abbate de rosatio aquilegiensis diocesis ac Leonardo de
florentia magistro et generali ordinis predicatorum per eundem dominum nostrum papam ad in-
frascripta specialiter deputatis et ordinatis Idem domini presidentes quandam conuocationem
deputatorum omnium singularum nationum presentis Concilii Gebennensis super electione loci fu
turi Concilii fecerunt In qua affuerunt predicti domini presidentes Concilii coram
quibus singulis dominis et Reuerendis patribus ac venerabilibus et Circumspectis
viris dictarum quinque nationum videlicet pro Italica pro parte prelatorum et aliorum de
et extra territorium Gebennensis dominus Petrus sanctus Episcopus Castrensis et dominicus
de sancto Geminiano decretorum doctor camere apostolice auditor pro parte prelatorum
et aliorum beneficia titulos in territorio Gebennensis dominus Nicolaus abbas sancti Do
nati vallis vmbrose dixit se non habere mandatum ad actum infrascriptum faciendum
et dicendum sed solum ad audiendum et referendum quorum quilibet se dictam
ytalicam nationem representare asserebat pro natione Gallicana Reuerendi patres
et domini Guillermus Episcopus Caliensis Ludouicus de Palude regalis Tre
uerensis ordinis sancti benedicti Cabilonensis diocesis et Johannes viiicumpn
ordinis Cisterciensis Monomensis diocesis abbates pro natione germanica Re
uerendus pater et dominus hartungus de Cappel decretorum doctor sacri pallacii
causarum auditor ac venerabilis et Religiosus frater Theodricus de an
der mochus ordinis premonstratensis in decretis licentiatus et eiusdem
ordinis promotor Pro natione hispanica petrus Alfonsi Abbas sancti Vin
centii et Canonicus ecclesie Toletanensis qui tunc dixit se non habere aliud
mandatum a natione sua adhuc actum faciendum nisi solum ad audiendum
et referendum de quo etiam solemniter fuit protestatus pro natione anglicana
Reuerendus pater et dominus fratriscus Aquensis et venerabilis vir magister Thomas
de Mordona Canonicus Astolensis in sacra pagina professor qui deputati supradicti
singulariter singuli ad infra scripta mandata sua in publicam formam illius de ter
ritorio Gebennensi et nationis hispanice exceptis Gebennis in Capella domus operum
maioris ecclesie Gebennensis prope eandem ecclesiam sita produxerunt et quilibet eorum produ-
centibus sit congregatis ac missarum solemnijs aliisque Cerimonijs debitis

et consuetis ibidem completis supradicti domini deputati singularum nacionum
ad infra scripta singularia mandata de quibus per instrumenta publica signis
et subscriptionibus notariorum publicorum ibidem predictum signata et sub
scripta legittimam fecerunt fidem / Et huiusmodi electores loca presserunt et inter ce
tera quamplurimis allegacionibus et dissensionibus diversorum locorum et provin
ciarum hinc inde inter ipsos deputatos habitis atque factis / Demum pro loco
futuri et tunc celebrandi Concilii proxime futuri / iuxta formam et tenorem
decreti sive constitutionis Concilii Constanciensis / desuper facti Civitatem Basi
liensem in natione germanica consistentem / Et in provincia Bisuntinensi talem
habilem sufficientem et idoneam Ex ipsorum certa sciencia unanimiter et concor
diter nominaverunt et elegerunt dictis tamen Nicolao sancti donati et petro
Alfonsi abbatibus pro tunc expresse non consencientibus / Quo loco sic per ipsos do
minos deputatos electo / supradicti domini quatuor presidentes ex parte do
mini nostri pape dictum decretum sive constitucionem in quo continetur de modo elige
di loca Conciliorum necnon literas apostolicas domini nostri pape predicti eius vera
bulla plumbea ut prima facie apparebat ~~rome~~ Romane curie more mu
nitas super potestate dictis dominis presidentibus ad premissa actum a domino nostro papa
predicto concessa per venerabilem virum dominum magistrum Michaelem de prysis
decretorum doctorem et prefati domini nostri pape secretarium ibidem premissa alta et intel
ligibili voce coram dominis presidentibus et deputatis nationum aliisque sup
dictis infrascriptorum tenorum legi et publicari fecerunt / Tenor vero dicti decreti se
quitur et est talis / Frequens generalium Conciliorum celebracio / agri dominici etc
ut supra ¶ Tenor vero bulle sive literarum talis est

Martinus episcopus servus servorum dei Venerabilibus fratribus petro archie
piscopo Cretensi et Jacobo episcopo Spaletino ac dilectis filiis petro de Co
sacco sancti petri aquilegiensis diocesis necnon Leonardo de florencia ordi
nis fratrum predicatorum et sacre pagine professori ac eiusdem ordinis generali
magistro Nunciis et apostolice sedis nunciis Salutem et apostolicam benedictionem Super
siquidem cupientes generale Concilium iuxta deliberacionem et ordinacionem sacre
Sinodi Constanciensis ad deputacionem loci eadem eadem Concilii olim approba
te Sinodi per nos factam in Civitate papiensi auctore domino celebrari ut illa
in eadem statuerentur et fierent / que cederent ad laudem dei et bonum publicum ecclesie
sue sancte / Nos ad Civitatem predictam pro futuro ibidem tenendo et celebrando
generali Concilio Nuncios et apostolice sedis nuncios. de fratrum nostrorum consilio providimus
destinandos / vobis inter ceteros nomine et auctoritate nostris ipsi Concilio presi
dendi et nobis pro nostra sapiencia illa providendi deliberandi statuendi decernendi
et concludendi que ad conservacionem et augmentum religionis fidei christiane et re
formacionem cleri et status ecclesiastici pertinent potestatem plenariam concedentes
prout in aliis nostris literis plenius continetur Nos igitur attendentes quod in bene
agendis rebus dicti Concilii eo utilius et perfectius proficere valeatis quo

ampliori per nos auctoritate fultus communiti. Et ne propter aliquem casum qui
solet quandoque contingere, celebracio et continuacio eiusdem Concilii retardetur
opportune providere volentes, discrecioni vestre ubi legittima causa subsistat
ipsum Concilium de Civitate predicta ad quamcumque aliam Civitatem eiusdem na-
cionis ad hoc liberam habilem et sufficientem de qua nobis videtur auctoritate
nostra transferendi illudque prorogandi mutandi et dissolvendi ipsumque Conci-
lium in huiusmodi alia Civitate ad quam id forsan transferri et mutari con-
tigerit continuandi tenendi et celebrandi, et ad illud prelatos et alios convo-
candi, eique nomine et auctoritate predictis presidendi et in eo quecumque decreta eo-
dem approbante Concilio ordinandi statuendi et decernendi, illaque in publicis
sessionibus iuxta morem solempniter publicandi et approbandi. Et nichilominus
ante dissolucionem ipsius Concilii, locum pro alio futuro Concilio inde ad septen-
nium celebrando iuxta deliberacionem et ordinacionem predictas, eciam ante ~~menses~~ me-
sem ubi racionabilis causa esset necnon eciam aliquomodo huiusmodi loci deputacio dif-
feratur nominandi deputandi et assignandi et alia in premissis omnibus agendi
disponendi statuendi et exequendi et concludendi, que pro statu honoreque nostris
et ecclesie Romane ac tranquillitate ac pace reipublice christiane noveritis profe-
ctura plenam et liberam de dictorum fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica te-
nore presencium concedimus facultatem, Gratum et ratum habere quicquid per nos super pre-
missis in eodem Concilio propositum deliberatum statutum et decretum fuerit et con-
clusum idque faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviola-
biliter observari. Datum Rome apud sanctum petrum octavo kalendas marcii pontifi-
catus nostri anno sexto

¶ Quibus siquidem decretis ac litteris apostolicis sic lectis et publicatis predicti quatuor domini
presidentes ibidem presentes per organum dicti Reverendissimi domini petri Archiepiscopi
Cretensis unius ex ipsis presidentibus in ipsum locum concorditer Civitatem Basiliensem
sicut premittitur per ipsos dominos deputatos electam consenserunt ac eandem Civitatem
Basiliensem in provincia bisuntina consistentem una cum dictis dominis deputatis
nacionum et ipsi deputati nacionum concorditer ytalice et extra territorium Reveren-
Gallicane germanice et anglicane. iuxta dicti decreti Constanciensis Concilii vim
formam et tenorem ac potestatem a domino nostro papa predicto eis traditam ut pre-
mittitur et concessam elegerunt et nominaverunt Civitatem hanc ipsam esse habilem
et ydoneam pro loco futuri proxime celebrandi Concilii deputaverunt et as-
signaverunt et prenominaverunt, protestantes tamen quod propter hoc ipsum Concilium Se-
nense ~~est~~ dissolutum esse non censetur sed quod ipsi presidentes cum ceteris nacionibus
ad omnem reformacionem hic possibilem vacare vellent et hic idem presidenti domini per
ordinem similiter fuerunt protestati, quilibet pro nacione sua quod ad reformacionem hic
possibilem vellent attendere. Quo loco taliter electo et prenominato ac assignato
et deputato vocati fuerunt in locum dicte congregacionis Reverendissimi patres et do-
mini, dominus Johannes Archiepiscopus Toletanensis hispaniarum primas regnique
castelle maior Cancellarius et supradicte nacionis hispanice presidens ac
Johannes archiepiscopus Rothomagensis nacionis gallicane presidens [illegible] etc.

laskary

Richardus Eboracensis nationis anglicane presidens / et Andreas Episcopus
poznaniensis nationis germanice presidens / in quorum presentia dicti loci electio fuit
solempniter publicata et per ipsos archiepiscopos et episcopos approbata et confirmata
Excepto quod dictus Reuerendissimus pater et dominus Johannes archiepiscopus Toleta
nensis hispaniarum primas regnique Castelle maior Cancellarius et supra
dicte nationis hispanice presidens ad dictam electionem respondit se habere duas
voces / unam ut presidens nationis sue hispanice / aliam vero ut archiepiscopus et
primas hispaniarum / quantum ad primam vocem non posse consentire / nisi requisita
et consenciente natione sua supradicta / quantum vero ad secundam vocem videlicet
ut archiepiscopus et primas / dixit se consentire et expresse consensit etc. et super
quibus omnibus et singulis premissis sic actis factis atque gestis / prefati domini presidentes
domini nostri pape in eo nomine deputati suprascripti per ordinem ac venerabilis vir
magister martinus excelle clericus Cameracensis diocesis in decretis baccalarius
ac domini nostri pape prefati procurator fiscalis ac huiusmodi sacri Constanciensis conci
lii procurator sibi a me notario publico infrascripto ac aliarum nationum nota
riis ibidem presentibus tunc fieri pecierunt et quilibet eorum petiit fieri atque
tradi unum vel plura publicum vel publica instrumentum vel instrumenta Acta
sunt hec Constancie Sub anno indictione mense die hora loco et pontificatu
quibus supra / presentibus ibidem venerabilibus et honorabilibus discretis viris
et dominis Dominico de Crepanica Canonico apostolice clerico / michaele de pisis de
cretorum doctoribus / in eo nomine magistro Anthonio olim michaelis de sancto Gemi
niano tunc thesaurario Camere apostolice auditore Et [illegible] ytalie de [illegible] territorio Ge
uen [illegible] Hermanno Bonnen de Straken [illegible] monasteriensis diocesis apostolica et
imperiali auctoritatibus ac [illegible] nationis Germanice in predicto Concilio
in eo nomine laurencio Stufforde anglicane nationis notariis clericus florentinen
monasteriensis et lincolniensis ac francisco de bononia serviens armorum domini
nostri pape predicti testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis

Subscriptiones notariorum

Et ego petrus Clementi clericus Ambianensis dioces magister in artibus
publicus auctoritate apostolica et [illegible] nationis gallicane in predicto
sacro Constanciensi Concilio notarius quia huiusmodi electioni publicationi as
signationi et deputationi loci futuri Concilii ut premittitur proxime celebran
di presens interfui ea quod sic fieri vidi et audivi Ideo quod hoc presens publicum instru
mentum manu mea propria scriptum exinde confeci subscripsi et publicavi in
fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum requisitus et rogatus

Alter notariorum

Et ego laurencius Stufforde clericus lincolniensis diocesis publicus aucto
ritate apostolica ac [illegible] nationis anglicane in predicto sacro Constanciensi Con
cilio notarius premissis omnibus et singulis una cum prenominatis testibus
et notariis presens interfui ea quod sic fieri et audivi et exinde hoc publicum instru
mentum publicum per alium fideliter scriptum signo meo solito et dicto nomine

requisitus signavi in testimonium omnium et singulorum premissorum

Initiatio et approbatio huius sacri Basiliensis Concilii

Cum vero finis instaret septennii, quod est tempus ex premisso Concilii
Constantiensis decreto celebrationem huius sacri Concilii generalis prefi-
nitum felicis recordationis dominus Martinus papa quintus sancte Romane
et universalis ecclesie tunc presidens pontifex volens celebrationem generalis Con-
cilii fieri iuxta prememoratum decretum, cui tamen propter etatem decrepitam et
multiplices sui corporis morbos in propria persona presidere non poterat, dictum
dominum Julianum sancte Romane ecclesie sancti angeli diaconum ~~ipsum nominatum Co-~~
~~titum~~ cardinalem, de fratrum suorum Consilio ad celebrandum ipsum, ac eidem vice ^ novo c(?)
et loco ipsius summi pontificis presidendum suum, ac sedis apostolice destinavit le-
gatum per suas litteras apostolicas sub hac forma, quarum tenor sequitur et est talis

Martinus episcopus servus servorum dei, dilecto filio Juliano sancti ^ diacono ^ angeli
Cardinali apostolice sedis legato, Salutem et apostolicam benedictionem. Dum
omnis universalis gregis dominici superna nobis dispensatione commissum dili-
genter attendimus, et quod singulis christiane reipublice occurrentibus prosperos de-
bitum apostolice servitutis exequi non possumus, In animo nostro revolvimus non im-
merito viros fide fervientes dignitate et scientia preditos, ac rerum agendarum experi-
entia conspicuos in partem nostrorum et ecclesie Romane negotiorum assumimus, ut dum
tempus postulat eorum occupationibus vices quas(?) supplentes ministerium nobis
commissum divina assistente gratia iuxta vires nobis ex alto concessas exequi vale-
amus. Dudum siquidem sacrum generale Constantiense Concilium, ex certis causis tunc
expressis, statuit et decrevit primum generale Concilium in quinquennium extunc pro-
xime futurum, Secundum vero a fine illius immediate sequentis Concilii in septennium
et sic deinceps de decennio in decennium perpetue fore celebrandum in locis per Romanum
pontificem per mensem ante finem cuiuslibet Concilii approbante et consentiente Concilio
vel in eius defectum per ipsum Concilium deputandis et assignandis, ut illa que circa sta-
tum et bonum publicum ecclesie sancte dei agenda et expedienda restabant matura
possent deliberatione compleri, prout etiam in quantum in nobis fuit in Concilio Senen-
si ultime celebrato factum extitit in quo per nostros et sedis apostolice nuncios tunc in dicto
Concilio Senensi presidentes eodem approbante et consentiente Concilio Civi-
tas Basiliensis pro loco proxime futuri Concilii tunc in septennium celebrandi de-
putata extitit prout in decreto prefati Senensis Concilii et aliis inde litteris desuper
confectis plenius continetur. Cum autem finis huiusmodi septennii in quo ipsum Concilium
in eadem Civitate Basiliensi tenendum et celebrandum fore statutum fore statutum fuit
instare noscatur, Cumque propter notoriam egritudinem curam(?) nos in ipso futuro Basiliensi
Concilio deo auctore celebrando iuxta desiderium cordis nostri interesse non possimus, te
vite integritate et scientia preclarum et magnitudine Consilii Conspicuum ac in maximis
curie et prefate ecclesie negotiis diutina experientia comprobatum, legatum cum plena et
omnimoda potestate legati de latere de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica tenore presentium

facimus Constituimus ac eciam ordinamus te quem ad Civitatem Basilien. predi-
ctam pro futuro ibidem auctore domino tenendo et celebrando Concilio generali iux-
deliberacionem consideracionem et ordinacionem prefatas tanquam angelum pacis provi-
dimus destinandum Et cum super omnia in ipso futuro Concilio ad reformandum sta-
tum ecclesiasticum qui hiis temporibus indigere videtur humanitate nequicia et suggerente ho-
stium caritate sufficatis inter fideles bellis et discordiis ac invalescente in pluribus
mundi partibus heretica pravitate ad huiusmodi hereses extirpandas et pacem inter
catholicos principes et ceteros populos componendam animum efficaciter intendamus Super
qua re cognita in nobis sint dedimus operam efficaciter tibi nomine et auctoritate
nostris ipsi Concilio presidendi ac in illo pro tua sapiencia illa proponendi deliberandi
ordinandi statuendi et diffiniendi que ad laudem et honorem dei et conservacionem et
augmentum religionis fidei christiane statum ecclesie reformacionemque tocius cleri et
ecclesiastici status in moribus et vita necnon in reductione orientalis ecclesie et quorum-
libet aliorum oberrancium ad gremium ecclesie unitatis et conservacionem ecclesiastice liber-
tatis salutem quoque pacem et quietem regnorum regum ducum principum et quorumlibet
populorum fidelium noveris pertinere ac eciam ibidem cum debita maturitate et delibera-
cione prout in tanta re convenit ea omnia proponendi decernendi concludendi et exe-
quendi perque hereses et errores tam de Bohemia quam de quibuscumque regnis pro-
vinciis terris et locis in quibus sunt penitus extirpentur Et insuper omnia de
premissis heresium et quibuscumque aliis causis fidem catholicam quomodolibet concerne-
tibus cum consilio dicti Concilii cognoscendi illa que per te seu alios a te depu-
tandos audiendi decidendi et fine debito cum prefato Concilio terminandi et con-
tradictores quoslibet et rebelles cuiuscumque status gradus preeminencie condicionis
vel dignitatis existant et quamvis ecclesiastica vel mundana eciam si pontificali aut
regali prefulgeant dignitate auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam et alia iuris
remedia appellacione postposita compescendi, et super hiis quociens opus fuerit
auxilium brachii secularis invocandi omnia que alia et singula in eodem Basilien.
Concilio agendi tractandi disponendi statuendi declarandi diffiniendi et conclude-
di que in premissis et circa ea conveniant pro statu nostro et eiusdem ecclesie ac salute animarum
fidelium extirpacionem heresium et errorum de agro dominico / reductionem quoque oberrancium
populorum et conservacionem ecclesiastice libertatis ac pro quieto statu reipublice christiane
necnon reformacione in omnibus membris suis noveris profutura plenam ac liberam
auctoritatem predictam tenore presencium concedimus ratum gratum atque ratum habituri
quicquid super premissis per te una cum eodem Concilio Basiliensi ordinatum statutum
deliberatum ac decretum fuerit et conclusum idque faciemus auctore domino inviolabiliter
observari Quocirca Circumspectioni tue per apostolica scripta mandamus quatenus com-
missum ministerium laboris huiusmodi pro divina et dicte sedis ac nostra reve-
rencia sic in eodem futuro Basilien. Concilio dicto nomine pro tempore presidens ad
honorem dei ecclesieque reformacionem atque nostram salutem et pacem populorum fidelium

iuxta datam tibi a domino prudentiam laudabiliter exequaris / quod ex tuis fruc-
tuosis operibus fructus optati proveniant quos speramus. Tu quoque deinde illam
que pias causas agentibus superna ~~expeditione~~ retributione impenditur glorie
consequi merearis felicitatis eterne. Datum Rome apud sanctos apostolos kalendis
februarii pontificatus nostri anno quartodecimo /

Stabilimentum huius sacri Concilii Basiliensis

Ipse autem reverendissimus dominus legatus mandatum apostolicum exequi cupiens
cum tempus iam instabat celebrationis Concilii inchoandi circa expedi-
tionem adversus pestiferam heresim hussitarum et pro causa fidei admodum
occupatus / suos ad hanc Civitatem vicesgerentes destinare curavit ac per
omnem modum quantocius fuit possibile in celebratione huius generalis Concilii presta-
te divinitus commissum gratia adimplere prout etiam sanctissimus dominus noster dominus
Eugenius papa quartus repetitis sue sanctitatis litteris sibi mandavit. In qua
Civitate iam fuit per tres menses et ultra cum prelatis et ceteris qui ad ipsam Ci-
vitatem causa celebrationis dicti generalis Concilii advenerant / quamplluri-
mas congregationes fecit / habuitque tractatus super ipsius stabilimento et celebra-
tione Concilii. Tandem decretum est proinde solemnem fieri sessionem in qua primum
cum ex premissis constat aperte / quod hec Civitas sit locus celebrationis generalis
Concilii deputatus / et assit tam diu citra tempus ipsius Concilii celebrandi sacro-
sancte que sedis apostolice non defuit auctoritas / decrevit diffinivit et declaravit in hac Ci-
vitate et loco esse generale Concilium stabilitum canonice ac legittime fundatum
et quod ad eius celebrationem tenentur accedere omnes tam prelati quam ceteri qui de iure vel
consuetudine ad generalia concilia sunt astricti accedere

Intentio huius sacri basiliensis Concilii videlicet de tribus dominum generali
concilio expediendis / que sunt extirpatio heresum / reformatio morum et pacificatio
principum cristianorum /

Ceterum cum unusquisque eo directius atque intentius suas dirigat actiones quo
ipsarum destinatum finem agnoscit. Idcirco hec sancta synodus universitates cristi-
ane religionis sedula meditatione recogitans matura et digesta delibe-
ratione decrevit ad hec tria quibus cuncta bona procedunt auctore domino toto solicitu-
dinis studio operam dare / primo quod omni heresum a populo cristiano finibus tenebris pro-
fugatis lumen catholice veritatis cristo vero luce largiente refulgeat / Secundo ut
bellorum rabie qua satore zizanie seminante in diversis mundi partibus affligitur
et dissipatur populus cristianus congrua meditatione sedata pacis auctore prestante
in statum reducatur pacificum et tranquillum / Tertium est cum multiplicibus viciorum
tribulis et spinis vinea domini quasi silvescat pro nimia desitute ut illius debito
cultore studio resecatis evangelico agricola celitus operante reflorescat ac honestatis
que fructus et honoris felici ubertate producat / Et quia absque celestis influxu gratie
hec tam grandia bona sperari non possunt / omnes cristifideles in domino precibus exhortatur
ut ad optinendum premissorum consumationem feliciter devotis orationibus ieiuniis et elemosinis

apud maiestatem divinam diligenter insistant ut pius et misericors deus humilibus precatibus obsequiis optatum rerum consummatorem huic sacro Concilio sua solita pietate prestare dignetur eis remissionem suorum peccatorum habeat indulgens

¶ Exhortatio suppositorum et de liberalitate eorundem

Preterea cum premissa ad que huius sacri Concilii tendit intencio sint plurimum ardua et accuratum studium exigant, multaque sint sollicitudine et cura perquirenda et pertractanda, Exhortatur omnes in hoc sacro Concilio presidentes et ad ipsum venientes ut diligenter illa secum cogitent, atque cum aliis excogitata pertractent, que eis videbuntur ad eadem utilia vel eciam opportuna ut inde communi debitoque super hiis habito tractatu et matura deliberacione digesto melius et utilius per sacrum Concilium in premissis queat assistente spiritus sancti gracia provideri, Ut igitur in sacrosancta Sinodo congregatis plena et libera sit omnibus et singulis loquendi et consulendi facultas, eorum que ad agenda esse videbuntur accomoda ut in eis maturius in ipsius concilii deliberacione propositis ¶ De modo seu gestu in Concilio et sessione tenendo

Ut autem qua more et gestus venustate unusquisque in sessionibus et congregacionibus huius sacri Concilii debeat se habere ex antiquatum patrum iam dudum statutis et regulis innotescat, decretum Toletani Concilii quod presentibus duximus inserendum ¶ Decretum Toletani concilii

In loco benediccionis consedentes domini sacerdotes nullus debet aut indiscretis vocibus perstrepere aut quibuslibet tumultibus perturbare, nullus eciam vanis fabulis vel risibus vel quod deterius est obstinatis disceptacionibus tumultuosas voces effundere Si quis enim ut ait apostolus putat se religiosum esse non refrenans linguam suam sed seducens cor suum huiusmodi vana est religio Cassiod. Cultum enim suum iusticia perdit quando silencia iudicum obstrepencium turba confundit dicente propheta Erit enim cultus iusticie silencium debet ergo quidquid aut consedencium consultacionibus agitur aut ab accusancium parte proponitur sic mitissima verborum prolacione proferri ut nec a contenciosis vocibus sensus audiencium perturbetur nec iudicii vigorem de tumultu enervet, Quicumque ergo in conventu Concilii hec que premissa sunt violanda crediderit et contra hec interdicta aut tumultu aut contumeliis vel risibus ipsum Concilium perturbaverit, iuxta divine legis edictum quo precipitur Eice derisorem et exibit cum eo iurgium, cum omni dedecore a consessione abstractus a communi cetu recedat, et trium dierum excommunicacionis sentenciam ferat

¶ De prerogativa dignitatum et honorum in hoc concilio existencium aut ad id venientium

Ad obviandum controversiis que solent ex huiusmodi in Conciliis et publicis congregacionibus suboriri et nonnumquam ipsorum progressum per longa tempora impedire, hec sancta Sinodus ordinat statuit et decernit quod per quoscumque actus nominaciones intitulaciones honorum exhibiciones tam in sede quam in aliis quibuscumque dictis factis dicendis aut faciendis in hoc Concilio per quoscumque prelatos

eorum aut principum statuum et communitatum exemptorum

principes vel[1] nuncios vel legatos seu ipsum vel dictis vel eorum alteri in eodem
concilio consultum ius seu possessio de novo acquiratur nullumque prejudicium generetur[2]
nullius quod ius in proprietate vel possessione ledatur et per premissa vel huiusmodi
legatorum admissione ius vel titulus alicuius approbatum consultatque censeatur vel
etiam reprobatum / aut ius vel possessio generali concilio intercedendi / vel talem vocem debitam
cuique adquiri sed in omnibus et per omnia omniaque consequenter in eodem statu perhoc concilium
remaneant in quo ante ipsius celebracionem concilii permanebat etc.

De impedimentis seu perturbacionibus suppositorum in ipso concilio stantium venientium
aut ~~recedentium~~ recedentium ab eodem

Sane quod opus aliquod intendenti non satis est edificatorum operam dare si et
adverso impedientibus non resistat / Idcirco decretum in sacro Constanciensi concilio
editum adversus eos qui venientes ad concilium stantes vel recedentes impediunt
iniuriantur vel molestant / superhabundanti cautela contra eos qui venientes stan-
tes aut recedentes a b(?) hac sancta synodo in persona vel in bonis impedire iniuri-
ari vel molestare presumpserint locum habere declarat ac decernit cuius quidem talis est
series et tenor

Processus sive decretum Constanciensis concilii editum
contra perturbatores ad ipsum concilium venientium

Sacrosancta generalis synodus Constanciensis universalem ecclesiam representans in
spiritu sancto ad exstirpacionem scismatis heresum quoque et errorum necnon ipsius ecclesie
in capite et in membris debitam reformacionem legitime congregata / ad futuram rei
memoriam / Iusticiam et equitatem exercere non dubitatur / si quos nonnumquam voluntatis
a recto captivat perversa intencio qui processibus apostolicis impedientibus obviare au-
ctoritatem sanctionis canonice contempnentes in aliorum prolabuntur iniurias et of-
fensas eciam perpetrant ut pro demeritis culpe rigorem adiciat iudiciarie potestatis / nam
si quibus per campum licentie freno deposito modestie vagaretur impune / facile quisque
saeviret in proximum et vacuus disciplinatis iusticie cum impetum / Sane licet nonnul-
li Romani pontifices antiquos Romane ecclesie mores et consuetudines observantes
prout ad eos ex debito pastoralis officii sibi commissi pertinebat per eorum suos processus
in die cene domini annis singulis solempniter publicantes / inter alios omnes et sin-
gulos qui ad suam sedem apostolicam venientes vel recedentes ab ea / necnon omnes
illos qui per se vel alium seu alios quascumque personas ecclesiasticas vel seculares ad
Romanam curiam super eorum causis et negociis accedentes illasque in eadem curia pro-
sequentes aut procuratores negociorum gestores advocatos vel promotores ipsorum
ac eciam auditores seu iudices qui super dictis causis seu negociis deputentur occa-
sione causarum seu negociorum emergentium huiusmodi verberant mutilant vel oc-
cidunt aut quacumque dignitatis condicionis ordinis aut status forent preditum vel eorum
aliqua committentes excommunicacionis et anathematizacionis sentencias aut quibus nul-
latenus per alium quam per Romanum pontificem possit preterquam in mortis articulo con-
stitutus absolui / nec eciam tunc nisi de stando mandatis ecclesie ac satisfactione pre-
standa / sufficienti caucione premissa candelis accensis et deinde ad terram proiectis

promulgaverunt et eos qui talium excommunicationis et anathematisationis vel ce-
rum aliter presumpserint absolutionis beneficium impedire similibus sententiis
innodarunt eis quoque predicationis lectionis et ~~admissionis~~ administrationis
sacramentorum ecclesiasticorum et confessionum audiendi interdixerunt officium. Necnon
quoscumque invasores quorumlibet ad sacra Concilia venientium, seu stantium in ipsis
aut recedentium ab eisdem, diversas censuras ecclesiasticas et penas tam ex cano-
nibus quam ex divinis iuris dispositione incurrat. Tamen sicut nuper ad nostram
fidedignorum multitudine, ac valida insinuatione pervenit noticiam, nonnulli ini-
quitatis filii perditionis alumpni, huiusmodi censuras vilipendentes ac huius-
modi sacri Concilii extirpationis scismatis heresum et errorum, ipsius quoque ecclesie
reformationis perturbatores, spiritu diabolico instigante, necnon dignitati nec
ordini deferentes, dei timore postposito, nephariis et sacrilegiis ausibus non-
nullas personas ecclesiasticas et seculares, etiam pontificali dignitate preditas, ad
sedem apostolicam vel Romanam Curiam, seu presens sacrum generale Concilium in
Civitate Constanciensi provincie Maguntine, ubi nunc Romana curia exi-
stit in spiritu sancto legittime congregatum, venientes vel recedentes ab eisdem
invadere capere arestare detinere incarcerare mutilare occidere aut spoliare bo-
nis suis vel iniuriis affligere, quamplurimis et aliis male tractare temeritate propria
presumpserunt et dietim presumunt, in apostolice sedis et sacri Concilii vilipendium
et contemptum ac sedicionis scismatis, reformationis ecclesie et correctionis morum
necnon heresum et errorum predictorum extirpationis disturbium, sueque animarum pe-
riculum et scandalum plurimorum. Nos igitur volentes in premissis, necnon adver-
sus quoscumque ad ipsum et quelibet alia futura Concilia generalia accedentes
aut stantes in ipsis, seu recedentes ab eisdem, ne ab aliis deinceps timentibus te-
merariis iniuriis infestentur et opprimantur violenciis. Et ne quibusvis de-
linquendi aut excessus committendi pateat audacia, de opportuno et salubri
remedio providere, necnon omnes et singulos alios processus sententias et censuras
adversus quaslibet personarum ecclesiasticarum vel secularium ad sacra Concilia
generalia venientium vel stantium in ipsis, seu recedentium ab eisdem, molesta-
tores perturbatores vel invasores, auctoritate dei omnipotentis patris et filii et
spiritus sancti excedentes omnes et singulos cuiuscumque dignitatis ~~status~~ status gradus
vel conditionis fuerint, etiam si pontificali imperiali regali, vel alia quacumque ecclesiastica
vel mundana prefulgeant dignitate, qui personas quascumque ecclesiasticas vel secu-
lares ad huiusmodi sedem apostolicam Romanam Curiam et presenti sacro huiusmodi Con-
cilio vel ad ipsum et quecumque alia Concilia generalia venientes aut stantes in ipsis aut
ab eisdem recedentes temeritate per se vel alium seu alios arestare invadere capere deti-
nere incarcerare mutilare occidere aut bonis suis spoliare vel iniuriis affligere
seu ipsos sic delinquentes receptare, aut aliis quolibet impedire seu ea perpetrantium facta
et commissa grata et rata habere vel eis dare auxilium consilium vel favorem publice vel

occulte ducte vel inducte presumpserunt vel presument in futurum similibus
excommunicationibus et excommunicationis vel anathematizationis sententiis innodatos
ipso facto. Terras quoque ipsorum et cuiuslibet qui in premissis vel eorum aliquo transgressor
seu contemptor fuerit. Dum tamen communis unius sit transgressorum vel contempto
rum ultra unam diocesim non contineat. Necnon omnes civitates villas castra opi
da et quelibet alia loca in quibus huiusmodi excessum perpetratores seu eorum
receptores vel ipsis consencientes faventes aut dantes consilium auxilium vel
favorem publice inveniuntur necnon alia in quibus huiusmodi persone que sic te
mitate propria detente fuerint quamdiu extiterint in eisdem. memorata auctoritate
ecclesiastico supponimus interdicto. Et si terra eiusdem duas seu dioceses vel amplius
continet. Domum domicilii principalis ipsius et illam etiam in qua fuerit de
lictum commissum si suasit ac duas alias que sibi ipsi sunt eidem loco magis
vicine interdicto subiacere volumus supradicto. Ac etiam omnes et singulos
huiusmodi excommunicationis et anathematizationis sententiis ligatos in quibus
libet cathedralibus loco ubi tale delictum fuit perpetratum vel terris et locis ipsis sic inter
dictis magis convicinis ubilibet existentibus videlicet omnibus diebus dominicis
et festivis pulsatis campanis et candelis accensis publice nunciari. ac terras
civitates villas castra opida et loca interdicto ecclesiastico predicto supponimus
donec sic excommunicati meruerint ab huiusmodi sententia excommunicationis beneficium
absolutionis absque obtinere. dictumque interdictum debuerit in toto relaxari. Ita tamen
quod nullus extransgressoribus et contemptoribus huiusmodi per alium quam per
Romanum pontificem vel sacri Concilii auctoritate possit nisi duntaxat in
mortis articulo constitutus. nec etiam tunc nisi de stando mandatis ecclesie de satisfa
ctione vel sufficienti cautione si hic commode fieri possit primitus prestita absolve
ri vel interdictum huiusmodi relaxari. Cuiuscumque dignitatis ordinis status
vel conditionis fuerint etiam si pontificali dignitate prefulgeant. qui contra
tenorem presentium processum talibus vel eorum alicui absolutionis statuimus et decernimus
similibus excommunicationibus et anathematizationis sententiis fore innodatos corpo
ris quoque predicationibus lectionibus administratione sacramentorum ecclesiasticorum
et confessionis audiendi officium auctoritate interdicimus supradicta. Insinuatos
transgressoribus et contemptoribus predictis quod spiritualiter et temporaliter prout eorum
requirent excessus et demerita gravius procedetur. non obstantibus quibuscumque constituti
onibus apostolicis et quibuslibet privilegiis indulgentiis et litteris apostolicis ge
neralibus vel specialibus quorumcumque tenorum existant. eisdem transgressoribus
et contemptoribus vel quibusvis aliis coniunctim vel divisim a dicta sede concessis
etiam quod suspendi vel excommunicari aut eorum terre dominia civitates ville castra
opida vel alia eorum loca interdici non possint. etiam si de ipsis vel eorum tenoribus
ac in ipsis processibus mentio facienda specialis. que in contra huiusmodi sen
tentias et processus communes intendamur in eis per ea valeant se terre dominia
communes

// nisi beneficium impende
per super fuerit. volumus

Civitates castra opida villas et loca huiusmodi tueri et defendi et que quo ad hoc tollimus et cervitamus penitus. Et insuper mandamus ut huiusmodi pro-cessus ad communem omnium noticiam deducatur cartas sive membranas processus continentes eosdem in maioris et sancti Stephani Constantiensis ecclesiarum valvis affigi qui processus ipsos quasi suo sonoro preconio et patulo indicio publicabunt ut predicti quos idem processus concernent nullam possint excusationem pretendere vel ignorantiam allegare quod ad eos processus huiusmodi non pervenerint vel ignora-verint eosdem cum non sit verisimile remanere incognitum quo ad ipsos quod tam patenter omnibus fuerit publicatum. Ceterum omnibus et singulis dominis patri-archis primatibus archiepiscopis episcopis ceteris quoque locorum ordinariis precipimus et man-damus ut ipsi et eorum quilibet per se vel alium seu alios sub pena excommunicationis quam ipsorum quemlibet qui mandatorum nostrorum huiusmodi transgressor et contemptor fuerit incurrere volumus ipso facto predictos nostros processus per cartam cartarum vel membranarum seu transsumptorum continentium eosdem quibus sicuti originalibus pro-cessibus tantum volumus fidem adhiberi in ecclesiis cathedralibus seu aliis locis affixionem publicent et prefatos transgressores et contemptores huiusmodi etiam supposita interdicto quam primum ipsis vel eorum alicui de hoc legittime constiterit tam diu in ecclesiis dominicis et aliis festivis diebus dum inibi fuerit maior popu-li multitudo campanis pulsatis et candelis accensis et extinctis denuncient et inter-dictum huiusmodi inviolabiliter observari faciant per censuram ecclesiasticam ac alia iuris remedia invocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachii secularis donec ipsi transgressores et contemptores meruerint ab huiusmodi excommunicationis et anathe-matizationis sententiis absolutionis beneficium obtinere dictumque interdictum merito debuerit relaxari non obstantibus omnibus supradictis seu si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica indultum existat quod interdici suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Constantie secundo nonas Julii Anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo decimo quinto sede apostolica va-cante regnorum serenissimi principis domini Sigismundi Romanorum et Un-garie etc. regis videlicet anno electionis quinto coronacionis primo Ungarie vero vicesimo nono

excommunicationis et anathematizationis sentenciis ligatos ac litteras omnes villas castra opida et loca predicta huiusmodi ...

De impedientibus ipsum Concilium

Porro quia non nunquam lingua subdola plurimum impedit et perturbat falsa et detractoria seminando. Et quia cum nimis iniquum sit tam grandem tam sanctum impedire propositum omni quoque animadversione sit dignum. Idcirco malignorum conatibus cupiens obviare dicta sancta synodus omnes et singulos sub obtestatione divini iudicii admonet ne impedimentum perturbationem prorogationem vel ad dissolutionem huius sacri Concilii moliantur. Si quis autem scienter animo impediendi vel perturbandi hoc sacrum generale Concilium verbo facto vel litteris palam vel occulte impedi-ta

perturbacionem prorogacionem uel dissolucionem sicut procurauit / expectetur ulcione
penali propterea? futurorum grauitatem / et contra eum tamquam contra commu
nitatis perturbatorem rigide procedetur / cum ex hoc heresum extirpacionem / pacis et mo
rum reformacionem impedire videatur /

¶ Ut Supposita Concilij huius / fructus suorum beneficiorum tempo
re absencie percipere valeant / ac si personaliter in ipsis residerent

Cum hij qui interfuerint in hoc sacro Concilio pro communi bono tocius Ecclesie con
gregati non debeant minori prerogatiua gaudere / quam quicunque " quilibet " alij
Curiarum negocijs quibuslibet uel vtilitatibus intendentes / Ideo quia tamquam
causa reipublice absentes / deneque pro presentibus merito reputari ad instar sacri Con
stancien Concilij / in quo mo consimili extitit ordinatum / presens Concilium statuit
ordinat et decernit quod omnes et singuli qui in eodem Concilio tamquam ipsius
supposita sint recepti uel recipientur in posterum ab eodem die quo iter arripuerit
ad ipsum Concilium veniendi / Et quamdiu permanserint in eodem et eciam recedentes
per tantum tempus quo ad suum domicilium possint redire / fructus omnium benefi
ciorum suorum cum ea integritate percipiant qua eos perciperent si in ipsis beneficijs
residerent non obstantibus in contrarium quibuscumque

¶ De officiarijs Concilij

Quia vero ad prosecucionem huius sacri Concilij requiruntur officiales et
ministri / Ideo deputat et ordinat notarios ad conscribendum acta ipsius Conci
lij / Illum de Lorysso? Secretarium dicti domini legati / et Rodolphum Sapientis /
Diocesis Gebenen / Et ut omnia cum decencius ordinentur / quo maiori fuerit dictum
Concilio / deputat et ordinat venerabiles Henricum Fleckhart decretorum doctorem
et Ludouicum parisii? licenciatum in decretis / Decanum ecclesie beate marie Lelete? de Anesia?
co / dicte Geben diocesis / qui acta Concilij commissa per dictos notarios conscripta
conspiciant / debite quoque si opus fuerit corrigant et emendent / promotores quoque
ipsius Concilij deputat / magistrum Nicolaum Amici magistrum in artibus et li
cenciatum in Theologia / et Henricum Manester? in decretis licenciatum prepositum
Thuricen Constanciensis diocesis / Sedium quoque ordinatores ~~et Sanderum de Mar
theshusen in legibus baccalarium Canonicum sancti petri Maguntinensis~~
qui eos in Concilio existentes / in locis et sedibus debitis collocent / quorum or
dinacioni omnes obedire teneantur / Henricum Beater? in medicina magistrum Deca
num Traiectensis / et Sanderum de Martheshusen in legibus baccalarium Ca
nonicum sancti petri Maguntinensis. Datum Basilee decimonono kalendas
Januarij Anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo pri

Electis siquidem ut prefertur decretis bulla et Instrumento premissis inco
ratus dominus Episcopus Constanciensis / simili voce alta videlicet et intelligi
bili vocatis? statutus est an omnia et singula per eum sit ut prefertur lecta

ipsi sacre Synodo placeret, ad cuius interrogationem prefatus Reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Julianus Cardinalis presidens primo, deinde ceteri omnes et singuli prelati in eadem sacra Synodo ac sessione tunc presentes, concorditer nullo discrepante concluserunt una voce placet. Quibus premissis sic peractis prefati dicte sacre Synodi promotores sive procuratores supra deputati petierunt et quilibet eorum petiit et ad hoc deputatos fieri et confici per nos notarios et scribas infrascriptos, et ad hoc deputatos fieri et confici de premissis omnibus et singulis ad perpetuam rei memoriam unum vel plura publicum vel publica instrumentum vel instrumenta in testimonium veritatis premissorum. Sub anno domini etc. indictione mense die hora loco et pontificatu quibus supra.

De duabus declarationibus factis in Concilio Constantiensi necnon de stabilitate et tuitione suppositorum eiusdem. Sessio secunda

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis Basiliensis in Spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam. Ad laudem dei omnipotentis ac benedicte et individue trinitatis gloriam et honorem, pro heresum atque errorum extirpatione, in capite et in membris ecclesie dei reformatione, ac regum regnorum et aliorum Christicolarum ad unitatem auctore domino discordiarum procurante dissidentium pacificatione, in Spiritu sancto legitime congregata, decernit statuit diffinit declarat et ordinat ut sequitur. Et primo quod eadem sacra Basiliensis Synodus, sacris Constantiensi et Senensi generalibus Conciliis decernentibus atque ordinantibus, auctoritateque apostolica intervenientibus, fuit et est in hoc loco Basiliensi debite et legitime ac rite initiata et congregata. Et ne de eiusdem sacre Basiliensis Synodi potestate a quoquam dubitetur, ipsa eadem sancta Synodus duas declarationes ex decretis Synodi Constantiensis fieri iussit in presenti sua sessione, aliis suis decretis editis seu edendis inserendas ordinat et decernit, quarum quidem declarationum tenor prime sequitur et est talis. De potestate Concilii

Et primo declarat quod ipsa sacra Synodus in Spiritu sancto legitime congregata, generale Concilium faciens et ecclesiam catholicam militantem representans, potestatem a Christo immediate habuit et habet, cui quilibet cuiuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, obedire tenetur in hiis que pertinent ad fidem et extirpationem heresum ac dicti scismatis et ad generalem reformationem ecclesie dei in capite et in membris. Alterius vero tenor sequitur in hec verba. Item declarat quod quicumque cuiuscumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, qui mandatis, statutis seu ordinationibus aut preceptis huius sacre Synodi et cuiuscumque alterius Concilii generalis legitime congregati super premissis seu ad ea pertinentibus factis vel faciendis obedire contumaciter contempserit, nisi resipuerit, condigne penitentie subiciatur et debite puniatur, etiam ad alia iuris subsidia si opus fuerit recurrendo. Premissis igitur et nonnullis aliis Constantiensis Concilii presertim capituli quod incipit Frequens, in priori huius sacre Synodi Basiliensis sessione recitati, decretis attentis, cum ipsa pro heresum extirpatione et errorum generali reformatione ecclesie in capite et in membris

De potestate Concilii. R

[illegible] pace et concordia inter christianos procuranda ut premittitur in spiritu sancto
legittime congregata per nullum quavis auctoritate etiam si papali prefulgeat
dignitate dissolvi aut ad alium locum transferri seu ad aliud tempus prorogari
debuit aut potuit debet aut potest / debebit aut poterit in futurum absque eiusdem synodi
Basiliensis declaratione et consensu. Item diffinit ordinat et decernit quod nulla
persona cuiuscumque status dignitatis seu condicionis fuerit ex eadem synodo actu
existens aut in futurum eidem incorporata seu incorporanda a tempore arrepti itineris
ad ipsam sanctam synodum veniendo sine fraude et dolo contumaciter ab ea re-
cedendum ab eadem a quocumque quavis auctoritate etiam si papali dignitate pre-
fulgeat ducte vel inducte in lesionem seu perturbationem dicte synodi sancte re-
quiri moveri compelli citari et evocari ad alium locum etiam Romanam curiam
valeat seu ne ad eandem synodum veniant possit aut debeat quomodolibet impe-
diri sed aut a quocumque quavis auctoritate etiam si papali dignitate prefulgeat
ut premittitur in contrarium quidquid attemptatum fuerit seu attemptaretur in futurum
aut processus penales vel mandata etiam censuras ecclesiasticas seu translationes
prelatorum ~~eminentorum~~ munitorum vel privationes aut inhabilitationes
seu aliorum beneficiatorum quorumcumque / alias vel quascumque penas continentes ut
ab eadem sancta synodo recedant vel non accedant ad eandem / vel eidem re-
adhereant fulminati fuerint fulminentur aut fulminarentur in futurum / totum sit irri-
tum et inane / nec eisdem processibus censuris ac penis / tamquam irritis et inanibus
quomodolibet obediendum fore predictosque processus et censuras cum omnibus inde
secutis et secuturis quatenus de facto processissent aut procederent in futurum cassat
irritat et annullat et pro cassis irritis atque nullis habendis decernit diffinit ordinat
et declarat / Item decretis sacri Constantiensis concilii inherendo statuit ordinat et decer-
nit quod prelati et alii qui tenentur huic sacro concilio interesse / ab hoc loco ante finitum
concilium nisi ex causa rationabili per deputatos seu ab hoc concilio deputandos exami-
nanda non recedant quaquidem causa examinata et legittime approbata possint rece-
dere de licencia illius vel illorum / qui pro tempore huiusmodi habebunt auctoritatem et tunc
taliter recedens teneatur dimittere aliis in loco remanentibus suam potestatem sub pe-
nis iuris per hoc sacrum concilium indicendis et infligendis contrariorum exequendis
Item quia plures promotores in eadem sancta synodo et etiam notarii ad conscribendum
acta eiusdem synodi in ipsius prima sessione deputatorum revocationem / magistros ad
Emarum de Bussillione licentiatum in decretis archipresbyterum Cenomanensem / et canonicum
Lugdunensem / Henricum de Bensheym licentiatum in decretis / et officialem Basiliensem
promotores / et Petrum Bruneti baccalarium in decretis canonicum Atrebatensem notarium
eiusdem / licet sacra synodus ordinat et deputat / Datum Basilee in sessione publica
huius sancte synodi in choro maioris ecclesie eiusdem solempniter celebrata die ve-
neris quindecima mensis februarii anno a nativitate domini millesimo quadrin-
gentesimo tricesimo secundo etc.

Sessio tertia

|| sunt notarii cum aliis per ipsam sacram synodum

Sacrosancta generalis Synodus basiliensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans. Olim sacrum Constanciense concilium volens futuris ecclesie necessitatibus providere / matura deliberatione statuit et decrevit ut post finem ipsius Constanciensis Concilii in quinquennium et deinde in septennium ac postea perpetuo futuris temporibus de decennio in decennium generale Concilium celebraretur, tunc decreti vigore / felicis recordacionis Martinus papa quintus ipso Constanciensi approbante Concilio / statuit ut in Civitate papiensi proximum tunc Concilium celebrandum, quod ibidem inceptum fuit, et de consensu et approbacione ipsius Concilii ad Civitatem Senensem translatum, in quo Senensi concilio / fuit electa hec basiliensis Civitas pro futuro tunc Concilio in septennium celebrandum / Appropinquante autem fine ipsius septennii prefatus dominus papa Martinus, volens satisfacere decreto Constanciensi et ordinacioni Senensi, ut debebat / Reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Julianum sancte Romane ecclesie sancti angeli dyaconum Cardinalem, sedis apostolice destinavit legatum / cum plena potestate eidem Concilio vice et auctoritate sancte apostolice sedis presidendi / quod eciam sanctissimus dominus noster papa Eugenius quartus / ratum habuit et approbavit / proinde hoc sacrum generale Concilium in spiritu sancto legittime congregatum provida et matura deliberatione considerans hereticam pestem in partibus Bohemie nimis serpere crudeliter, que dei occulto iudicio, bello pluries attemptato / non potuit superari, atque quam in diversis mundi partibus illam alia heresis pestis pullulat atque serpit / quodque proch dolor multas christianas provincias bellorum desevit rabies et devastat morumque nimia deformacio divinam maiestatem offendit, tantis et tam pestiferis malis omnipotentis dei gracia populo christiano compatiendo et reformacionem generalem ecclesie dei in capite atque in membris studiose curare et salubribus remediis providere disposuit / Et ut ad optatos fines commodius duci possent / considerans hec sancta Synodus presenciam summi pontificis Reverendissimorumque sancte Romane ecclesie Cardinalium in ipso sacro Concilio esse accommodam et multimode fructuosam / venerabilem virum magistrum Johannem pulcri patris sacre Theologie professorem ad sanctissimum dominum nostrum Eugenium summum pontificem destinavit atque ad prefatos Reverendissimos dominos Cardinales prefatum sanctissimum dominum nostrum papam exorando et supplicando ut huc si commode posset personaliter accederet ipsique sacro Concilio favoribus et auxiliis assisteret oportunis / Demum que venerabiles viros Jacobum Smith scolasticum Treverensem et Thomam ffrene decretorum doctorem suos pro eadem causa oratores ad eundem dominum papam et dominos cardinales transmisit / Cum autem ad noticiam ipsius Concilii pervenisset / prefatum dominum papam / ex sinistra informacione motum / dissolucionem ipsius Concilii attemptasse / que quidem dissolucio in periculum eversionis fidei cederet evidenter, necnon ecclesie dei grave scandalum / ad eundem dominum papam atque Reverendissimos dominos Cardinales suos destinat protinus oratores / Reverendum patrem Ludowicum Episcopum lausanensem et magistrum Hinricum Stater decanum Traiectensem / ad supplicandum, instandum et requirendum prefatum

Domini nostri papam ut ipsam dissolucionem revocare dignaretur / huic quod sacro Con-
cilio in tam laudabilibus operibus suffragaretur auxiliis et consiliis opportunis
Considerans quod hec sancta Synodus / prefatam dissolucionem Concilii / contra decreta
Constanciensis Concilii esse factam / tendere quod in eversionem fidei / que periculum
et status ecclesie perturbacionem et detrimentum atque scandalum totius populi cristiani / ad
eandem dissolucionem debuit nullatenus fieri potuisse / quinymmo ipsa minime obsistente
ad prosecucionem eorum / que pro fidei stabilitate et salute cristiani populi laudabiliter
sunt incepta / ac cum spiritus sancti gracia procedendum / verum cum recedentibus prefatis do-
minis Ludovico Episcopo Lausanen et decano Traiecten optata responsio a sanctissimo
domino nostro papa non fuit reportata / licet non solum a predictis Concilii orator-
ibus ipsius Concilii nomine / sed etiam a serenissimo domino rege Romanorum fideli
ecclesie advocato / prefatus sanctissimus dominus papa supplicatus interpellatus re-
quisitus fuerit et rogatus / et totiens instantibus multiplicatis vicibus obsecratus / Id-
circo hec sancta Synodus innitens decretis sacri Constancien Concilii quorum
verba sunt hec ¶ Verba decreti Constancien Concilii de potestate Conciliorum

Sacrosancta Synodus in spiritu sancto legitime congregata generale Conci-
lium faciens / ecclesiam catholicam militantem representans / potestatem a cristo
immediate habet / cui quilibet / cuiuscunque status vel dignitatis / etiam si papalis exi-
stat obedire tenetur / in hiis que pertinent ad fidem et extirpacionem dicti scismatis
et ad generalem reformacionem dei ecclesie in capite et in membris / Item declarat
quod quicunque cuiuscunque status vel dignitatis / etiam si papalis existat, qui mandatis
statutis seu ordinacionibus aut preceptis huius sancte Synodi / et cuiuscunque al-
terius Concilii generalis / legitime congregati, super premissis / seu ad ea pertinenti-
bus factis vel faciendis obedire contumaciter contempserit nisi resipuerit condigne
penitencie subiciatur et debite puniatur / etiam ad alia iuris subsidia si opus
fuerit recurrendo / In hac solempni sessione ipsum sanctissimum dominum papam / nec
non reverendissimos dominos Cardinales / modo et forma infra scriptis interpel-
lare decrevit / Hec igitur sancta Synodus in spiritu sancto legitime congregata
predictum sanctissimum dominum papam Eugenium quartum / cum omni reverencia et
instancia supplicat / et per viscera misericordie domini nostri Ihesu obtestatur et monet / quatenus
pretensam dissolucionem / sicut de facto processit / de facto revocet et ipsam revocatam quoad
modum et dissolucionem fecit ab omni quod impedimento dicti Concilii penitus desi-
stat / quinymmo ut debet eidem faveat et assistat / omnia quod prebeat subsidia et con-
silia opportuna infra trium mensium spacium / quod ad hoc pro termino perem-
ptorio prefigit et assignat / si corporalis ipsius disposicio patiatur personaliter veniat
Sin autem / personam vel personas loco et vice sui destinet et transmittat / cum ple-
naria potestate / ad omnia et singula in hoc Concilio peragenda / usque ad totalem ipsius
conclusionem per omnes et singulos actus gradatim et successive / Alioquin si, quod absit, sa-
cratus sua facere neglexerit / quod de eius clemencia non est aliqualiter sperandum / sancta

//predictas inde per
eos transmittat et
publicet/

Sinodus prout iustum fuerit et spiritus sanctus dictaverit necessitatibus ecclesie
providere curabit et procedet secundum quod iuris fuerit divini pariter et humani. Si
vero licet prefatos reverendissimos dominos Cardinales, qui tamquam principales ecclesie di
Cardines ad hec ferventius intendere deberent, exorat requirit obtestatur et admonet,
quatenus cum prefato domino papa suam super predictis sollicitam instanciam faciant,
huicque sacro Concilio faveant assistant et auxilientur modis omnibus oportunis.
Et cum presencia ipsorum pro eadem auctoritate magna et prudencia et experiencia rerum,
sit huic sacro Concilio plurimum oportuna, ipsos dominos cardinales et quemlibet
eorum requirit monet et citat, quatinus infra duorum mensium spacium ab insinuacione
presencium, quem terminum pro trina et canonica monicione precise et peremptorie prefigit
et assignat, ad dictum sacrum Concilium generale veniant canonico impedimento
cessante. Alioquin cum ipsorum negligencia ad ipsum sacrum Concilium veniendi cum tan-
tis ecclesie utilitatibus futurarum in periculum gravis iacture fidei catholice tocius-
que ecclesie detrimentum tendatur procul dubio redundare, Hec sancta Sinodus lapso
termino supradicto contra eos qui venire neglexerint, eorumque exigente contumacia pro-
cedet prout divini pariter et humani dictaverit et permiserit ordo iuris et necessitatibus
ecclesie largiente domino altissimo providere curabit. In premissis autem dicta sancta
Sinodus reverendissimum dominum Cardinalem sancte Crucis, qui diu tractatibus pacis re-
gnorum Francie et Anglie insistit, ~~includetur~~ includere non intendit, atque quo-
ad reverendissimos dominos Cardinales, Placentinum et de Foxio, collegatos in partibus
et cardinalem sancti Eustachii, tamen in remocioribus locis existunt, ad duorum mensium
suum spacium restringit terminum supradictum. Mandat insuper hec sancta Sinodus
universis et singulis ecclesiarum prelatis, clericis et notariis ac personis ecclesiasticis
necnon aliis christifidelibus cuiuscumque dignitatis status gradus et condicionis
existant, immediateque et singulos principes et dominos, eciam si imperiali regali ducali
seu quavis alia prefulgeant potestate, requirit et rogat qui per premissis fuerit requisiti
seu requisitus, in virtute sancte obediencie et sub obtestacione divini iudicii ac sub
excommunicacionis pena, quatenus omnia et singula predicta dicto sanctissimo domino
pape ac reverendissimis dominis Cardinalibus insinuet intimet et notificet ac in-
timari insinuari seu notificari faciant et procurent personaliter eisdem, si ad eos et eorum do-
mus pateat accessus securus, Ceterum illis ad quos personaliter accedendi facultas non sit
in eorum habitacionibus necnon in porta pallacii apostolici. Et in ecclesiis sancti Johannis
Lateranensis sancti Petri et sancte Marie maioris de urbe copias per publicam notarium
confectas affigendo, si hoc tute fieri possit, Similiter in principalibus ecclesiis civitatum
Sutrine, Viterbie et Senensis ac aliarum trium civitatum vicinarum de quibus fuit bene
visum, que quidem loca hec sancta Sinodus decernit esse ydonea pro execucione omnium premissorum.
Et insuper, ne dum hec sancta Sinodus futuris cupiens obviare casibus, ut omnis cau-
tetur dispendiosus circuitus eo in rebus de quibus agitur supra modum periculosa
sit mora, ordinat et decernit, huiusmodi admonicionis et citacionis decretum, processus

In hac solempni sessione lectum fuerit et publicatum Ecclesie basiliensis valuis
affigi ut si forte contingat ipsius intimacionem exequi non posse modo aliquo pro
missorum eo casu ex nunc tamquam publico edicto ad quatuor mensium spacium ab
hac die immediata computando censeatur quo ad omnes eius effectus facto insinua
tio monicio et citacio sic quod suos omnes effectus sortiri et artare eos quibus diri
gitur debeant ac si personaliter insinuatum et presentatum fuisset eisdem cum quibus et per
emptorie et comminacionibus supradictis Item insuper hec sancta Synodus declarat
et protestatur quod in hiis omnibus predictis dilacionibus pendentibus eciam post cessacionem
a iure vocacio ex decreto ~~concilii~~ Concilii Constanciensis necnon quod iustitus id sua
debat et qualitas agendorum in ulteriori prosecucione Concilii et agendis in eo proce
dere intendit ordinate debite et mature nec propterea supersedere aliqualiter in processu
Tandem hec sancta Synodus decernit citacionem contra omnes prelatos et alios qui
ad generale Concilium venire tenentur omnes quoque et singulos generales ordinum quo
rumcumque ac eciam inquisitores heretice pravitatis sub dilacione termini seu terminorum per illos
deputatos fuerit bene visum ad penas et censuras ac clausulas oportunas Item
quia plures notarii et scribe ad conscribendum acta huius sacri Concilii sunt ne
cessarii hec sancta Synodus ultra tamen aliorum notariorum per ipsam alias consti
tutorum revocacionem venerabiles viros magistros Bartholomeum de Clutigmano
Civem Geverensem et Thomam Thesnelothi baccalarium in decretis Remensis diocesis
notarios eiusdem deputavit et ordinat Datum Basilee in Sessione publica eius
dem sacre Synodi basiliensis in Ecclesia maiori solempniter celebrata die penultima
mensis aprilis Anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo
secundo Sessio quarta

Cum electio summi pontificis in eventum vacacionis sedis apostolice sit celebranda
in hoc sacro Basiliensi Concilio eo durante

Sacrosancta generalis Synodus basiliensis in spiritu sancto legitime congre
gata considerans eciam intendens quod ad prudentie spectat officium pro
spiciendi consideratis futura prospera et adversis ea que reipublice possent inferre
dispendia salubriter ~~providentis~~ providere Cum itaque eadem sancta Synodus ad extir
pacionem heresum pacem in populo christiano et morum reformacione cum spiritus sancti gratia
pro statu rerum et temporum consideracione est admodum necessarium sit intenta Et propterea
venerabiles et Reverendissimos in christo patres sancte Romane ecclesie Cardinales
ad ipsum sacrum Concilium evocavit existimans eorum in sacro Concilio presenciam pro
eorum auctoritate sapientia rerumque noticia multimode fructuosam eos quoque tamquam
veros obediencie filios ad sacrum Concilium venientibus si alibi contingeret apostolice
sedis vacacio in iacturam eorum qui obedientiam vacacionem sacri Concilii desinerent
utilitati ecclesie possit redundare eo tamen ut obediencia non iacturam afferat sed po
tius utilitatis et honoris augmentum racio cunctis nota suadeat Et ne aliquibus
forsitan venire negligentibus prodesse inobediencia videretur hec et alia que animum

cuiuscumque prudentis ad hoc moueri posset et deceret. Proinde attendens et presupponens
hec sancta synodus statuit et decernit atque diffinit quod pendente vacatione se
dis apostolice hoc sacro generali durante concilio electio summi pontificis in loco
istius sacri concilii fiat et interdicit ne alibi celebretur in contrarium attemptata
quauis auctoritate etiam si papali ~~ad alio~~ non obstantibus quibuscumque constitu
tionibus editis uel edendis aut aliis in contrarium facientibus ac si de ipsis esset
de uerbo ad uerbum facienda mentio specialis aut iuramento firmata existit qui
bus ex certa sciencia derogat et decernit irrita et inania esse nulliusque roboris vel mo
menti ipso iure. Contrarium vero attemptantes sicut tam actiue quam passiue quo ad
electionem Romani pontificis et ad quascumque alias dignitates inhabiles et omni
bus habitis dignitatibus perpetuo priuati et infamie notam et crimen excommu
nicationis sententiam incurrant ipso facto. Et si forsan aliqua de facto presa electio
presumeretur tam electus presumptus quam illi adherentes et eum pro tali gerentes supra
dictas penas incurrant pariter. Absolutionem vero omnium et singulorum qui premis
sas penas aut earum aliquam incurrerit quoquo modo dicta sancta synodus tan
tummodo preterquam in mortis articulo sibi reseruat. decernens hoc presens decretum ligare
afficere vim et effectum habere post sexaginta dies continuos proxime secuturos a die
publicationis eiusdem. Reuocatio iuramentorum factorum ipsi pape scilicet
nem iuramenti aut promissione aliarum facte astrictos se putent ut ad concilium ve
nire non possint

Item decernit ordinat statuit et declarat quod quicumque quicumque et singuli cardina
les patriarche archiepiscopi episcopi abbates prelati reges principes duces marchio
nes comites barones milites vicarii ecclesie Romane vasalli comitatus Romane
Curie officiales summi pontificis familiares siue alii cuiuscumque conditionis ex
istant aut quibuscumque nominibus censeantur per iuramenta promissiones uel quas
cumque alias obligationes prefato summo pontifici seu alteri ad hoc eius manda
to deputato seu quibuscumque aliis quomodolibet super quacumque re uel causa et sub qua
cumque uerborum forma prestita seu prestanda nullatenus obligentur astringantur aut se
impeditos a veniendo ad hoc sacrosanctum concilium occasione dictorum iuramentorum
promissionum uel aliarum obligationum pretendere possint aut poterunt in futurum quo
minus absque periurii et infamie nota ad prefatam sanctam synodum accedere teneantur
qui de iure aut consuetudine sunt astricti. Ymmo uero qui uocati et requisiti fuerint
et omnium predictorum procuratores obedire et adherere ipsi concilio et libere accedere pos
sint et teneantur et eidem licite interesse processus uero quoscumque suspensionis et
excommunicationis interdicti necnon priuationis dignitatum beneficiorum seu officiorum
quorumcumque et commendarum reuocationes et inhabilitationes sententias seu pri
uationes alia siue penas multas et censuras in se continentes in ipsos occasione
premissorum per quoscumque quauis etiam Romani pontificis auctoritate fulmina
tos seu fulminandos cum omnibus inde secutis eadem sacrosancta synodus
nullos cassos et irritos ac nullius roboris seu momenti existere pronunciat.

declarat et diffinit et quatenus de facto processerint seu processerit revocat
cassat irritat et annullat ac pro cassis irritis et nullis haberi statuit et decernit

De bulla plumbea huius Sacri basiliensis Concilij

Item ut gesta in ipsa Synodo durabiliori testimonio roborentur, statuit et ordi
nat ipsa sancta Synodus quod de cetero in literis suis autenticis, vtatur bulla plum
bea pendente cum cordula canapis aut serici, prout varietas causarum et rerum sup
quibus litere eedem conficientur postulabit In vnoque missionis spiritus sancti in spe
cie columbe In alio vero lateribus horum verborum Sacrosancta Synodus basili
ensis sculpturas continens, decernens eisdem plenam et omnimodam fidem fore
adhibendam ¶ Quod papa durante ipso Concilio non possit creare Cardinales
nec creatos per ipsum publicare

Item cum multiplicatio cardinalium, sit Ecclesie dispendiosa et onerosa, propterea et ex
alijs rationabilibus et legittimis causis eandem Synodum mouentibus statuit
ordinat atque ex certa sciencia hoc irrefragabili decreto decernit ipsa sancta
Synodus quod durante hoc sacro Concilio Romanus pontifex a loco istius sacri
Concilij absens personaliter, non debeat nec possit aliquem seu aliquos cuiuscumque
dignitatis conditionis, gradus, aut status ~~eligat~~ existat in sancte Romane
Ecclesie Cardinalem vel cardinales quouismodo, aut quotumque quesito colore
vel causa assumere promouere secrete, aut publice aut promouatos seu assum
ptos secrete publicare, et si secus attemptatum fuerit ex nunc et in antea irritum sit
et maneat nulliusque roboris vel momenti Quod si forsan tales defacto assumpti aut
no promouati se pro Cardinalibus gerere aut nominare presumpserint, quibuscumque digni
tatibus priuati, et ad omnes et singulas futuras inhabiles Et quibuscumque
eos pro Cardinalibus gerentes et reputantes ex nunc prout ex tunc sententia
excommunicationis innodati sint ipso facto, a qua preterquam in mortis articulo nisi a
prefata Synodo absolucionis siue habilitacionis beneficium optinere non possint
Datum basilie in sessione publica eiusdem sancte Synodi in ecclesia maiori basiliensi
solempniter celebrata duodecima kalendas Junij Anno a natiuitate domini Mille
simo Quadringentesimo Tricesimo secundo ¶ Saluus conductus datus
Ambasiatoribus regni Bohemie ac marchionatus Morauie

Sacrosancta generalis Synodus basiliensis in spiritu sancto legittime congregata
vniuersalem ecclesiam representans Tenore presencium recognoscimus quod omnibus et singulis
Sacerdotibus Baronibus Nobilibus militibus popularibus et alijs
quibuscumque viris cuiuscumque status conditionis aut qualitatis existant de regno
Bohemie ac marchionatu Morauie de praga et Ciuibus ac alijs eorundem
ac omnibus alijs ecclesiasticis et secularibus, qui aut que vna cum ipsis ad Ge
nerale Concilium mittentur aut prouecturi existunt omnibus eorum personis
quocumque nomine censeantur, aut valeant nuncupari Infra tamen numerum ducen
tarum personarum Tenore presencium eis plenissimum ac perfectum conductum concedimus saluum
dimus atque damus securissimam quoque securitatem veniendi ad hanc Ciuitatem

basiliensem ibidemque manendi standi morandi, nobiscumque de quibuscumque
negociis oportunis ipsis concessis tractandi, placitandi, disputandi, conclu
dendi et finiendi impartimur, ac in loco vel locis hospiciorum suorum divina
officia sine impedimento more peragere permittimus, sic etiam ut propter
illorum presentiam neque in itinere neque in aliquo loco itineris in eun
do manendo ac redeundo neque in ipsa civitate basiliensi a divinis
officiis cessetur quovismodo per modum interdicti. Ceterum in generali con
cilio seu sinodo basiliensi articulorum quatuor pro quorum claritate
te instant oretenus aut in scriptis libere poterunt aut propalere sc
ripturis sacris beatorum que doctorum verbis sententiis et eos racionibus
declarare ac astruere et persuadere, et si opus fuerit eciam ad obiecta responde
aut cum aliquo vel aliquibus de concilio super eisdem disputare ac
caritative absque omni impedimento conferre, obprobrio, convicio ac
contumelia procul motis, servatis forma et modis inter nos legatos
et nuncios predictorum regni et marchionatus in Egrensi civitate
specificatis et concorditer conclusis, et signanter quod in causa quatu
or articulorum per eos attemptatorum, lex divina, praxis cristi, appostolica
et ecclesie primitive una cum consiliis doctoribusque fundamentis se ve
raciter in eadem pro verissimo et indifferenti iudice in hoc basiliensi
concilio admittentur. Et illis peractis vel non peractis quandocumque de
mandato ac consensu maiorum suorum ad propria reverti optabunt, cum tali
quibus eorum optabit, mox absque ulla contradiccione occasione et mora sal
vis rebus eorum et suorum pariter honore et personis conversa poterunt
vel poterit iuxta beneplacitum libere ac secure de statu tamen deputa
torum per concilium prout erit opportune securitati eorum provideatur
sine dolo et fraude quibuslibet in hoc eorum salvo conductu omnes
quascumque clausulas in efficaci et sufficienti securitate in eundo stando
redeundo necessarie sunt et opportune, hec pro tantum propter bonum pacis
procurandum et observandum luculenter expressantes. Et si quispiam aut
aliqui ex illis sive in itinere ad nos in basileam veniendo sive ibidem
demorando aut redeundo aliquod enorme quod absit egerit aut ege
rint, per quod posset assecuracionis ipsorum beneficium eis aut eorum ali
cui concessum annullari aut cassari, volumus eciam admittimus et con
cedimus, ut talis vel tales in facinore huiusmodi deprehensi vel depre
hensus ab ipsis duntaxat et non ab aliis condigna animadversione
cum emenda sufficienti per partem eorum merito applicanda et lauda
da mox puniatur, illorum assecuraciones forma condicionibus et mo
dis omnibus manentibus illibatis. Et pariformiter si quispiam vel aliqui
ex nostris sive in itinere ad nos in basileam veniendo sive ibidem de
morando aut redeundo aliquod enorme quod absit egerit aut egerint,

per quod possit assecurationis ipsorum beneficium eis aut alicui eorum
concessum annullari aut cassari, volumus ut talis vel tales in fa
ctione huiusmodi deprehensi aut deprehensus a nobis aut a
nostris dumtaxat, et non ab aliis condigna eius animadversione
cum emenda sufficienti per partem dominorum ambasiatorum et
nunciorum memorato applicanda et laudanda eiusdem primatum, presenti
assecurationis forma conditionibus et modis omnino remanentibus
illibatis. Volumus etiam quod liceat ipsis ambasiatoribus omnibus et singu
lis totiens quotiens cumque fuerit oportunum et necessarium ad curam
capiendam extra de Civitate Basiliensi et venerit ad eandem nuncios
nuncium et nuncios ad quecumque loca pro suis necessariis negociis or
dinandis libere mittere ac destinare aut ipsos emissos seu destinatos
seu unum emissum aut destinatum suscipere totiens quotiens ipsis videbitur
expedire, ita quod aliquis vel aliquis per deputatos Concilii sorcientur
qui eorum securitati provideat aut provideant. Insuper nec in sermonibus
aut predicationibus publicis aut aliis collationibus in preiudicium
derogationem seu detractionem cause ipsorum quatuor articulorum partes nostra
terminis quibuslibet in confusionem vergentibus poterit aut debebit
uti et potiri in loco Civitatis Basiliensis. Tum quidem salvus condu
ctus et securitates stare atque durare debent et a tempore et per tempus
quo nuncii et nostrorum tuitionis curam ipsos suscipi contingerit, et
usque in Basileam duci ac toto tempore mansionis eorum ibidem et cur
sum post sufficientem audientiam habitam spacio viginti dierum
promisso cum ipsi pecierint aut Concilium habita huiusmodi audiencia
ipsis recessum indixerit a Basilea usque in Tustitum aut in Clatoma
aut Engelspurgk, in quem ex locis istis maluerint deo favente restitue
mus, dolo et fraude prorsus exclusis. Etiam pro universis et singu
lis christifidelibus et specialiter pro Sanctissimo domino Romano Pon
tifice, pro Serenissimo principe domino Sigismundo Romanorum rege
ac venerabilibus dominis Cardinalibus Archiepiscopis et Episcopis
ac Abbatibus prelatis Clericis necnon illustrissimis principibus Re
gibus Ducibus Marchionibus Comitibus Baronibus nobilibus
militibus universitatibus et Communitatibus Civitatum Castrorum
et villarum ceterumque Consulibus Scabinis officialibus ac aliis
cuiuscumque conditionis et status ecclesiastici vel secularis existant quo
cumque nomine censeantur, et pro subditis eorundem premissorum ex
tota parte eorundem promittimus bona fide et spondemus, quod nos et singuli
predicti prescriptam assecurationem et salvum conductus eorum formam

in omnibus suis condicionibus punctis et clausulis supius expres
satis inviolabiliter et incontinusse bona fide et puro corde observabimus cu
stodiemus, custodient et observabunt. Insuper promittemusque sine frau
de et quolibet dolo quod volumus atque debemus occulte vel manifeste
quacumque occasione quesita aut aliqua auctoritate vel potentia a iure
statuto aut privilegio legum vel Canonum, et quorumque Conciliorum,
specialiter Constanciensis et Senensis, quacumque forma verborum expressa
in aliquod preiudicium salvi conductus seu assecuracionis ac publice
audiencie ipsis per nos concessis vel concesse venire. Et si nos aut aliquis
ex nobis vel ex nostris cuiuscumque condicionis vel status aut preeminentie exi
stens prescripte assecuracionis et salviconductus formam et modum in quo
cumque puncto vel clausula violaverit, quod tamen avertere dignetur
omnipotens, et sufficiens commenda emenda mox non fuerit subsecuta,
et ipsorum arbitrio merito approbanda et laudanda, habeant nos et ha
bere poterunt incidisse in omnes penas quas de iure divino et huma
no aut consuetudine huiusmodi salviorum conductuum violatores incurrere
possint, absque omni excusatione aut quovis in hac parte contradictione.
Datum Basilee in sessione publica eiusdem sancte Synodi in ecclesia ma
iori Basilee solempniter celebrata duodecimo kalendas Iunii, Anno a
nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo

Epistola missa Bohemis super conclusione facta in egra secta que in generali et publica sessione

Sacrosancta generalis Synodus basiliensis in spiritu sancto legitime
congregata universalem ecclesiam representans, venerabilibus viris
ecclesiasticis nobilibus et toti populo regni Bohemie caritatem et pa
cem in Christo Ihesu domino nostro. Pridie oratores nostri et opido Egre ad
nos reversi, et ibidem cum nunciis vestris conclusa seriose referendo,
magno cum gaudio hanc sanctam Synodum repleverunt. Asserunt etiam
cum tanta caritate et mansuetudine hoc sanctum unionis negocium fuis
se tractatum, ut nil aliud estimantes quam spiritum sanctum veritatis et caritatis
auctorem in medio affuisse. Concipimus ex verbis que referunt ma
gnam spem future unionis et indissolubilis inter nos caritatis, pro qua
re sicut dignum est ipsi spiritui sancto cuius munere hoc factum esse non du
bitamus, gratias ex toto corde retulimus, elemosinas ieiunia et ordines
solemnes indiximus, et ubicumque ad rem optatam sive conclusionem audita fu
erimus, laudamus et benedicimus dominum qui tam letam nobis tribuit
diem, qua nullam adhuc sensimus leciorem, postquam huc locum attingimus.
Parati enim semper tamen videmus ad magnam dei gloriam et grandem

populi cristiani profectum Nemo tamen fuit dum ipsi oratores singula
nobiscum acta recenserent qui vel oculis vel corde non fleret Commove
bantur insuetato gaudio viscera audientium rem tantam concorditer fuis
se conclusam sperantium quod post hanc aliam multo leciorem diem adhuc fu
turam Exultemus igitur et iubilemus deo salutari nostro qui recor
datus misericordie sue incipit plebem suam cum tanta leticia visitare Le
vemus manus nostras ad celum glorificantes dominum nostrum ihesum cri
stum quia pacem quam quottidie diebus nostris ecclesie dari petimus iam
appropinquare videmus Magnificemus spiritum paraclitum qui animos pa
ulo ante dissentientes in hanc spem pacis repente conduxit Sed nisi pro hac
spe tantum gaudium suscepimus quam magna et venerabilis erit illa le
ticia tam nostra quam vestra ~~Ut autem cognosceretis quantum~~ quando op
tatum pacis et unitatis finem re ipsa conspiciemus Ut autem cognos
catis quantum hec res nobis est cordi ipsis oratoribus intimis in omnium congre
gatione auditis forma salviconductus et ea que cum vestris ambasiato
ribus concluserunt nichil addito vel retracto hec sancta synodus unani
mi omnium consensu approbavit Et ecce ipsum salviconductum in publica sess
ione decretum de verbo ad verbum quemadmodum in Egra conditum fuerat
ad vos destinamus Misimus etiam ut nichil ex parte nostra desit Item Jo
hannem de Mulbrun virum ex intimis nostris qui in Egra fuerat ad serenis
simum principem regem Romanorum ut ab eo salviconductum in ea quam
optatis forma obtineat Quem ut primum habuerimus ad vos sine mora trans
mittemus Parati enim semper omnia que pro vestra tutela et libera audiencia
necessaria videbuntur Utinam sicut possibile est nobis verba exprimere ita mentes
nostras in publicum exhibere possemus Utinam sicut hanc epistolam lectur
estis ita corda nostra palam inspicere possetis profecto non dubitaremus quin
cognita nostra in vos caritate summa mox sine ulteriori tractatu in unitate
spiritus conveniremus Et quia salvatoris nostri sententia est Non qui incepit
sed qui perseveraverit usque in finem salvus erit vos omnes per spiritum sanctum
huius sacri negocii directorem hortamur et obsecramus et quemadmodum
rem istam ferventer inchoastis ita firmiter et constanter usque ad vere opus uni
onis complementum perseveretis Speramus in cristo illum videre diem et ia
m prope est forte quo alter alterum fraterna caritate nos invicem complectemur
et unanimes in eadem sancte matris ecclesie domo cum iocunditate perpetua ha
bitabimus Confidimus enim domino tantam adhuc invicem futuram dilecti
onem ut minimum inter nos fuisse olim dispendium videatur Et quamquam nondum
hec sancta unio pro qua laboravimus completa sit tamen ipse spiritus sanctus
huius rei spem et effectum cordibus nostris impressit ut quod futurum est iam
quodammodo in foribus adesse credimus nos corpore absentes sed ob hanc
spem in visceribus caritatis et vinculo vere dileccionis quasi presentes

complecteremur et pregaudio nostri flentes tamquam mater filium carum
ex longinqua patria redeuntem vos tenerrime osculamur. Nam igitur
quasi arram proxime mutue unitatis pepigisse videmur et nos dudum
futuros nos dilectissimos fratres iam esse existimamus. Talia enim ipse
spiritus sanctus nuncia dedit ut nos aliud quam pacem et caritatem et unitatem
tenere attingere speraremus. Leto ergo animo corde atque simul et iocunda mente
mentem induamus cum ipse in manibus gaudium quod nemo tollet a nobis
per spiritum sanctum accepturi simus. Et ut citius facilius que consequamur vi
gilias supplices in orationibus et continuis precibus dominum nostrum ihesum cri
amus stum devotis precibus exoremus ut quod operari incepit confirmet atque
perficiet. Hora iam est ut sancta mater ecclesia que pro tam duro filiorum
suorum dissidio diu consumata est per pacem et unitate letari exultare que incipi
at luctumque preteriti temporis convertat in gaudium. Tempus iam advenit
ut qui eodem cristi caractere insigniti et eodem baptismatis fonte renati
deposita omni dissentione eundem caritatis et unitatis spiritum induant
fidemque orthodoxam protegere curant quam infideles pagani multis in locis
ignominiose pessundant et extinguere moliuntur. Ea igitur ad vere dilectionis
et sincere voluntatis iam certi sitis quod nunc modo nos legatos preparabimus quales
in primis literis postulavimus ut ad regnum salvum conductum ad venire cum
pleno mandato ad hoc sacrum concilium proficiscantur. Quod ita grate benigneque
suscepimus ut a parentibus filii suscipi consueverunt. Spiritus sanctus pa
raclitus in cuius nomine vivus hec sancta synodus constituta et congre
et vob gata nobis et toti populo cristiano hic veram dilectionem et pacem ac in
futuro seculo vitam eternam donare dignetur qui cum patre et filio regnat
benedictus in secula seculorum amen. Datum in sessione publica huius sacri
synodi in ecclesia maiori Basiliensi solempniter celebrata die veneris vicesima
mensis Junii anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo trice
simo secundo

Litera commissionis sancte domino Cardinali sancti Eustachii ~~Constantiensis~~ Concilii super regimine Civitatis Ammonensis Venaysini in eadem sessione quarta pronunciata

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans dilecto ecclesie filio Alfonsi sancti Eustachii sancte Romane ecclesie dyacono Cardinali apostolice sedis legato Civitatis Ammonen et Comitatus Venaysini in spiritualibus et temporalibus pro nobis et sancta matre ecclesia vicario generali salutem et omnipotentis dei benedictionem. Cui pacis auctore hec sacra synodus congregata. Cum unusquisque populi cristiani pacem et tranquillitatem exoptavit per diversas mundi partes ad procurandum ea que pacis sunt.

et scandalis obviandum sive sollicitudinis studio opus impendat ecclesie
proprium patrocinium ad hoc procurande pacis et tranquillitatis studio ex pre
collateralis eis decrevit. cum ymmo ipsam debet specialis intuitus cura fovere
Cum itaque ad ipsius sacre Synodi noticiam fidedignorum sit relatione deduc
tum quod Civitas Avinionensis que sancte dei ecclesie semper fidelissima et obse
quentissima fuit certis urgentibus rationibus et causis necessariis vicarium
per summum pontificem ad ipsius regimen destinatum se admittere non debere
pretendat atque ad eundem summum pontificem plures ambasiatores destinaverit
pro utili et salubri gubernatione Civitatis eiusdem ac Comitatus
Venayssini eidem adiacentibus suppliciter postulans ut alio utili eis pro
videretur vicario. quod tamen usque obtinere nequivit nec sperat posse obti
nere. cum ymmo is qui pro vicario destinatus est intendit et nititur
suscipere gubernationis officium invita Civitate congregare satagens
multitudinem gentium armatarum. Unde super premissis informatione recepta
ex hiis et aliis que honestatis censet calamo non promenda de turbatione
et periculo tam Civitatis illius et patrie est ex verisimilibus et urgentibus
rationibus dubitandum esse quod in minimis grave dispendium si forte quod avertere
dignetur altissimus ecclesia perderet illud tam nobile patrocinium sive in membris
aut guerrarum inquietudine turbaretur. Idcirco sancta Synodus huiusmodi
periculis cupiens obviare Civitatemque ipsam et comitatum in pace et quiete
producere regimen et gubernationem Civitatis ipsius et comitatus usque in
summo pontifice per ipsam sanctam Synodum vel aliquo eius nomine ha
bito pleniori tractatu fuerit aliter ordinatum maxime attento quod propter locorum
distantiam ac discrimina viarum non potest faciliter haberi recursus ad dic
tum summum pontificem et periculum sit in mora tibi cuius future utili et fide
li gubernationi fidem facit aliarum terrarum regimen per te hactenus fide
lissime plurimumque utiliter gestum dirigit ad honorem dei sancteque matris
ecclesie ac huius sancte Synodi tenore presentium plenarie committendum. cum
plenaria potestate regendi et gubernandi dictam Civitatem Avinionensem
et Comitatum Venayssini, omnemque Civitatem et in eisdem iurisdictionem
merum et mixtum imperium per te vel alium seu alios exercendi officiales amo
vendi etiam si pontificali prefulgeant dignitate et alios vel eosdem insti
tuendi iuramenta seu promissiones recipiendi ac illa relaxandi cum
quibuscumque semel vel pluries quotiens visum tibi fuerit opportunum quascumque
pecunias fructus proventus et emolumenta in illis Civitate et Comitatu
ratione iuris papalis vel sancte Romane ecclesie aut quocumque iure vel ti
tulo pro tempore preterito presenti et futuro camere apostolice debitas et debita
recipiendi et exigendi ac recipi ac exigi faciendi. Contradictores quoslibet
vel inobedientes censuris ecclesiasticis et aliis compescendi remediis
opportunis. Et generaliter cum omnibus aliis potestatibus et facultatibus

quas bone memorie Franciscus Archiepiscopus Narbonensis sancte
Romane ecclesie Camerarius a felicis recordacionis domino Martino papa
quinto ac aliis habuit dum ageret in humanis litteras sibi specifice non expri
matur Mandans tibi in virtute sancte obediencie et sub penis iuris
et iuris quatenus curam et regimen humeris tuis impositum reverenter
suscipias ac diligenter et feliciter exequaris utilitatem quoque publicam tranqui
litatem quoque et pacificum statum illius Civitatis et comitatus sic procurare
sollicite studeas ipsumque regimen et gubernacionem pro modo tue sapiencie sic
utiliter gerere ut apud deum eterne vite merita et apud mundum firma tue lau
dis et glorie suscipiat incrementa Mandat insuper omnibus Officiali
alibus Civibus incolis et habitatoribus dicte Civitatis et Comitatus
Capitaneis necnon Castrorum Castellanis Baiulivis et aliis officialibus
quibuscumque quovis nomine censeantur et aliis commissis quatenus tibi
et per te deputandis officialibus ad regimen eorundem et nulli alii pa
reant obediant et intendant in omnibus et per omnia quemadmodum prefa
to Archiepiscopo Narbonensi dum viveret et pro et ecclesia Romana dicte
Civitatis et Comitatus regimen et gubernacionem gereret faciebant et facere
tenebantur quibuscumque promissionibus iuramentis obligacionibus et
aliis quibuscumque disposicionibus in contrarium facientibus non obstantibus
nullomodo Hec sancta Synodus omnium quorumcumque predictis obviancium vim
et effectum presencium auctoritate suspendit Et quidquid per te rite spiritualiter
et temporaliter gestum et ordinatum actum vel sentenciatum fuerit vel promissum
Hec sancta Synodus gratum et ratum habet et faciet auctore domino inviola
biliter observari Datum Basilee in sessione publica eiusdem sancte Synodi
in ecclesia maiori Basileensi solempniter celebrata die Veneris vicesima men
sis Junii anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo
secundo Sessio quinta

De ordinacione et deputacione Iudicum ad audiendum
causas fidem concernentibus necnon alias quascumque

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legi
time congregata universalem ecclesiam representans Considerans quod ipsa
inter alia fructuosa opera ad heresim extirpandam et a fide devios ad eun
dem fidei orthodoxe unionem reducendum in spiritu sancto principaliter congre
gata dinoscitur Et propterea statuit accomodum fore ymo necessarium pro causis fi
dem concernentibus in hoc sacro Concilio tractandis et examinandis de per
sonis ydoneis providere Ea propter constituit et deputat ad audiendum omnes
et singulas causas fidem quomodolibet concernentes venerabiles Franci
scum Papiensem Conradum Ratisponensem Episcopos et dilectum ecclesie
filium Johannem Abbatem Cisterciensem quibus in causis huiusmodi per

ipsis quoque designatis dat potestatem in

deputatos ad hoc prius examinatis premissis causis in hoc loco Concilii
et extra citandi et audiendi cognoscendi decidendi et alia faciendi que
ad dictas causas pertinent et pertinebunt usque ad sententiam diffinitivam
exclusive Et ut eo facilius cause predicte suum debitum finem consequantur
eadem sancta Synodus ut ipsi iudices predicti aut duo ex eis tertio statute
horis non exmente terminos in huiusmodi causis tunc occurrentibus teneri
et observari faciant et alias summarie simpliciter et de plano ac sine strepitu
et figura iudicii procedere valeant statuit et decernit

De procuratore fidei

Item sancta Synodus predicta deputat et constituit dilectum Ecclesie
filium Nicolaum Amici licentiatum in theologia in causis fidei premis
sis procuratorem generalem hoc sacro durante concilio concilio cum
potestate substituendi de consensu et auctoritate iudicum predictorum qui
nullam causam promoveat nisi primum per deputationem fidei fuerit exa
minata et admissa.

De ordinatione et deputatione iudicum ad audiendum
omnes et singulas causas alias fidem non concernentibus

Item dicta sancta Synodus ne inter ceteros uberes fructus pro quibus
procurandis summopere desudat iustitia indebite partibus pro qua ad eandem confu
gerunt ministrandi desistat aut ipsius executio plus debito negligatur vo
lens in premissis opportunis remediis providere constituit ordinat et depu
tat iudices seu Commissarios ad audiendum omnes causas ad dictam sacram
Synodum devolutas seu devolvendas deductas seu deducendas causas
concernentes fidem exceptis venerabilibus Berengarium Petragoricensem
Petrum Augustensem provincie Maguntinensis et Delphinum Parmensem Episcopos
quibus in causis premissis per deputatos ad hoc prius examinatis ipsis quoque
premissis et designatis dat potestatem non obstantibus feriis in hoc loco Conci
lii et extra citandi et audiendi cognoscendi referendi et diffiniendi et alia
faciendi que ad dictas causas pertinent et pertinebunt Et ut eo facilius
cause seu negotia ad debitum finem perveniant eadem sancta Synodus
ut tres aut duo ex ipsis tertio statutis horis non exmente terminos in causis
huiusmodi occurrentibus tunc teneri et observari faciant et alias secundum
qualitatem causarum procedere valeant statuit et decernit causis tamen
ecclesiarum cathedralium et maioribus earundem dicte sacro Synodo re
servatis de quibus se non impediant nisi de generalibus conditionibus
patrum et suppositorum eiusdem etiam citra sessionem publicam commis
sione speciali Ratificatque nihilominus hec Synodus sancta et approbat
omnes commissiones quarumcumque causarum etiam cathedralium ecclesiarum
et maiorum sub quacumque potestate in generali concilio et congregatione

dictis iudicibus seu aliis commissariis congregatione dictis iudicibus seu aliis hactenus factas necnon processus exinde secutos et etiam in antea per eosdem continuandos

¶ De deputatione causarum precognitores

Item ne iudices predicti quaslibet causas ad hoc sacrum Concilium delatas seu deferendas passim et indistincte et importunitate petentium devicti audiendas recipiant sed potius de qualitate ipsarum ratio habeatur haec sancta Synodus constituit et deputat dilectos filios Julianum apostolice sedis legatum sancti angeli et dominicum sancte marie in via lata sacrosancte romane ecclesie diaconos cardinales ac quemlibet presidentem in dicto concilio futurum pro tempore existentem ac venerabilem franciscum Gebennensem episcopum ac dilecte ecclesie filium hinricum fflockel palatii apostolici causarum auditorem dictarum causarum precognitores dans et concedens quinque predictis vel maiori parti ipsorum aliis se absentantibus vel non consentientibus potestatem causas primum diligenter examinandi et declarandi que aut quales causarum in hoc sacro Concilio tractari audiri cognosci decidi possint seu diffiniri debeant et quas tractandas seu in generali congregatione referendas aut absque relatione premissa cognitione decidendas iudicaverint ad ipsos iudices remittere habeant designatas sub modificatione precedenti predicta. Et nisi ad eos sic ut permittitur remisse fuerint de illis se non impediant quovismodo

¶ De ipsorum iudicum potestatis duratione

Item diffinit statuit et decernit haec sancta Synodus quod post tres menses continuos a die publicationis computandos tam iudicum pro fide quam pro aliis causis predictis audiendis deputatorum pariter et precognitorum potestas finiatur. Sit tamen in potestate dicte generalis Congregationis in locum quorumlibet predictorum etiam citra sessionem publicam quos decreverit deputare

¶ Quod incorporati non possint trahi extra Concilium durante

Item statuit et diffinit quod nullus huic sacro Concilio per se vel per procuratorem suum legittime admissum incorporatus etiam procurator ipse aut incorporandus in futurum a tempore arrepti itineris sive standi continuati ad hanc Basiliensem Synodum veniendi pro quacumque causa seu lite mota vel movenda aut quavis alia occasione ad Romanam curiam seu coram quocumque iudice ordinario vel delegato extra locum Concilii eo durante invitus trahi seu evocari et contra ipsos invitos ad aliquem eorundem procedi possit. Si quid vero contrarium attemptatum fuerit quovismodo per quemcumque quavis etiam si summi pontificis auctoritate existat decernit irritum

et manere nulliusque roboris existere seu momenti Et nichilominus hec sancta Sinodus offert se paratam de omnibus suppositis eiusdem aut aliquo eorundem querulantibus seu occasionem movere volentibus ministrare iusticie complementum

De ordinatione et deputatione auditoris Camere

Item hec sancta Sinodus deputat et constituit dilectum ecclesie filium Simonem Fleckel palatii apostolici causarum auditorem huius sacri Concilii iudicem et auditorem ordinarium creans et concedens eidem omnem potestatem seu iurisdictionem quam in Romana Curia de iure seu consuetudine exercet seu exercere habet apostolice camere auditor

De deputatione et Constitutione Soldani

Item constituit et deputat dilectum ecclesie filium Nicolaum de laude Soldanum cum omni potestate quam habet Soldanus Curie Romane

Item de ceteris officialibus in hac sacra Sinodo necessariis ordinetur et disponatur in congregatione generali et quotiens ibidem super deputatione eorundem officialium acta seu ordinata fuerint eiusdem firmitatis et auctoritatis existant ac si facta fuissent in publica sessione.

Item quia plures notarii et scribe in eadem sancta Sinodo ad conscribenda acta eiusdem sunt necessarii. citra tamen aliorum per ipsam sanctam Sinodum in aliis sessionibus deputatorum revocationem magistros Enschonem de Ermstadio de Sulemsato iuris Canonici professorem Girardum Noiseth Georgium Fieri de Vonlhulsen Conradum Knenlin Dinspurg et Petrum de Crispeto Clericos Vercellensis Rotomagensis pataviensis Maguntinensis et Platonensis diocesis notarios et scribas eiusdem ordinat et deputat. Datum Basilee in sessione publica eiusdem sancte Sinodi in ecclesia maiori basiliensi solempniter celebrata quinto ydus Augusti Anno a Nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo

Sessio sexta

De petita Contumacia declaratione ipsius domini Eugenii et Cardinalium eorundem facta per promotores Concilii

Sacrosancta generalis Sinodus basiliensis in spiritu sancto legittime congregata universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam Anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo. Die sabbato sexta mensis septembris in ecclesia maiori basiliensis ubi sessiones celebrari consueverant celebrata fuit sexta huius Sinodi sancte sessio hoc modo Nam missa solempni de beata virgine maria per venerabilem in christo patrem dominum philibertum Episcopum Constanciensis provincie Rothomagensis pro tempore huius sacri Concilii presidentem celebrata et deinde suffragiis et antiphona Exaudi etcetera ac lectanus cum evangelio et in

Lucam dixit ihesus discipulis suis Qui vos odit me odit et qui vos
spernit me spernit etc. Subsequente et ympno Veni creator spiritus cum
versiculo Emitte spiritum etc. Cantatis atque lectis Collecta assistentibusque Re
verendissimis in cristo patribus dominis Juliano et sancti angeli apostolice
sedis legato ac domino placentino et domino dominico firmano Cardina
libus cum triginta duobus aliis prelatis in eorum mitris pluvialibus et plu
vialibus desuper indutis ac copiosa multitudine aliorum patrum et dominorum
huic sacro Concilio incorporatorum et etiam multis aliis honorabilibus
tam in spiritualibus quam in secularibus personis nominatim assistentibus
domino duce Guillermo Bavarie huius sacri Concilii protectore assi
stente dictoque domino Episcopo presidente venerabiles magistri Nicolaus Amici et Hugo
Bacardi promotores huius sacri Concilii per organum eiusdem magistri Hugo
nis suam peticionem in scriptis fecerunt prout in cedula continetur

Reverendissimi patres et domini et vos alii domini mei prestantissimi Sa
crosanctum generale Concilium in spiritu sancto legittime congregatum cele
brantes et universalem Ecclesiam representantes Cum ex decreto sessionis tercie
huius sacri Concilii Sanctissimus dominus noster papa Eugenius
quartus cum omni instancia et reverencia fuerit per viscera misericordie dei
nostri ihesu cristi exhortatus requisitus et monitus quatenus pretensam dis
solucionem huius sacri Concilii de facto revocaret sicut de facto processerat
que notorie etiam totum orbem scandalisat et plurimum turbavit et ipsam re
vocacionem quemadmodum et dissolucionem fecerat per diversas mundi par
tes transmitteret et publicaret ab omni impedimento dicti Concilii penitus
desisteret quin ymmo eidem ut debeat faveret et assisteret omniaque preberet
subsidia et auxilia oportuna et nichilominus infra trium mensium spacium perempto
rie prefixum et assignatum si corporalis ipsius disposicio pateretur personaliter
veniret Sin autem personam vel personas loco et vice sui destinaret et trans
mitteret cum plenaria potestate ad omnia et singula in dicto Concilio peragenda
usque ad totalem conclusionem ipsius per omnes et singulos actus gradatim
et successive Et cum dictus dominus Eugenius papa quartus ea super quibus
supplicatus et monitus fuerat facere non curavit Immo sua pretensa dissolu
cione persuadet ac etiam procuraret ac omnem perturbacionem et enervacionem
huius sacri Concilii multipliciter molitur nec infra terminum prefixum
venerit aut aliquem miserit Idcirco nos promotores huius sacri Concilii
producentes memoratum decretum monicionis et citacionis ac execucionem
legittime et debite factam petimus et supplicamus instantissime et requirimus
dictum dominum nostrum papam Eugenium quartum per hanc sacram Synodum
decerni et declarari contumacem atque ad ulteriora procedi prout necessitates dei
ecclesie exigunt et requirunt et prout est iuris moris et iuris parit

et humanum Deinde productis per eos monitione et Citatione contra do-
minum nostrum papam et dominos Cardinales cum duobus instrumentis executi-
onis eiusdem per magistrum Nicolaum amici in altum tentis petito quoque et instan-
ter requisito per dictam sacrosanctam synodum prefatum dominum nostrum papam
contumacem reputari et adulteriora procedi predictus dominus Episcopus
Constantiensis presidens de mandato totius Concilii commisit dominis re-
verendis in christo patribus Petragoricensi et Ratisponensi Episcopis ut inter-
rogarent si dominus noster papa vel aliquis pro eo potestatem vel mandatum sufficiens
habens esset in dicta sessione ut se representaret cum quidem domini ambo
Episcopi per organum domini Petragoricensis primo super gradus ante altare ma-
ius dicte sessionis ter eundem dominum nostrum papam vocarunt alta et in-
telligibili voce ad interrogationem sibi iniunctam executi sub hoc modo Est
ne aliquis pro dicto domino Eugenio papa quarto cum legittima potestate qui
contumatia nunc accusata est compareat in hac sessione publica Sub-
sequenter idem ter ante maius altare portabile eiusdem ecclesie fecerunt Et deinde
facta relatione per eosdem dominos Episcopos domino Episcopo Constantiensi presidente
convenientem pro prefato domino nostro repererunt accesserunt ad dictam sessionem
nuncii vero et oratores ipsius domini nostri pape videlicet domini Tarantinus et
Colocensis Archiepiscopi Episcopus Magalonensis et dominus Anthonius de sancto
vito sacri pallacii causarum auditor ambasiatores domini nostri pape qui tamen
inter aliam causam missi erant ad basileam de qua iam habebant expe-
ditionem et datus est eis locus et ipsis sedentibus in eadem curia dominum ducem
Guillermum protectorem huius sacri Concilii Dictus vero magister hugo alter pro-
motorum alio sibi assistente trina vice cum instantia petiit ab eisdem domi-
nis nunciis et oratoribus instanter et instantissime an haberent aliquod manda-
tum vel potestatem legittimam a domino nostro Eugenio papa quarto quod de illo fidem
facerent Ipsi ambasiatores responderunt quod erant simplices nuncii et oratores
domini nostri pape Et tunc ipse dominus promotor attento quod dicti oratores
nullam faciebant fidem de mandato et legittima potestate comparendi pro
domino nostro papa quarto nomine Concilii protestatus est de nullitate ac-
torum vel agendorum per eosdem Unus itaque prius dominus Magalonensis Episcopus
narrarunt se alias in principio sui adventus litteras credentiales pro parte domini nostri pape dominis etc alter dictorum nunciorum domini nostri pape dominis hic in basilea congregatis
exhibuisse et putasse et quod illa que dicere intendebat in eorum credentia conti-
nebatur Deinde dominus Archiepiscopus Tarantinus ibidem fecit quandam
supplicationem exhortatoriam sumens pro themate Obsecro vos in domino
ut digne ambuletis in vocatione qua vocati estis etc Supplicando finaliter
attentius pro bono et utilitate Ecclesie sancte dei et ad vitandum scandala etc
domini congregati dignarentur supersedere in negotio presentis citationis
processus ut asserunt contra dominum nostrum papam et Cardinales facte qua-

Supplicatione et requisitione facta et habita per dominos de Concilio
aliquali deliberatione dominus presidens eisdem dominis oratoribus
respondit quod super propositis per promotores Concilii et per eosdem dominos mi-
cios petitis domini de Concilio deliberarent et quod deo dante tantum facerent
quod deus et totus mundus merito de predicto Concilio deberet contentari Et
tunc dominus archiepiscopus Colocensis de huiusmodi graciosa responsione
regraciatus est et sic hiis peractis domini oratores et nuncii domini nostri
pape predicti a loco publice sessionis recesserunt et se absentaverunt
Deinde promotores Concilii per organum magistri hugonis prout supra
accusaverunt contumacias dominorum Cardinalium subscriptorum ut in
cedula quam in suis manibus tenebat manibus que continebatur in
hunc modo. Consimili modo accusamus contumacias Reverendissimorum
dominorum Cardinalium qui vigore dicti decreti moniti et citati fuerunt qui
similiter non comparent procedi petentes contra eosdem prout iusticia
eciam dei exigunt et requirunt etc. ut supra Et sunt accusate contumacie
illorum subsequencium Jordani Episcopi Sabinensis de vrsinis vulgariter nun-
cupati Anthonii Episcopi hostiensis Bononiensis vulgariter nuncupati
hugonis Episcopi Penestrini de Cipro vulgariter nominati Petri sancti
laurencii in damaso presbiteri Cardinalis de foxo Johannes tituli sancti
laurencii in lucina presbiteri Cardinalis Rothomagensis Ludovici
tituli sancte Cecilie presbiteri Cardinalis Arelatensis henrici sancti Euse-
bii presbiteri Cardinalis de Anglia Anthonii tituli sancti marcelli pre-
sbiteri Cardinalis Dominici tituli sanctorum Johannis et pauli presbiteri
Cardinalis Illerdensis Johannis tituli sancti petri ad vincula presbiteri
Cardinalis Johannis Tituli sancti Sixti presbiteri Cardinalis
Guillermi tituli sancte Anastasie presbiteri Cardinalis de monte forti
Angelotti tituli sancti marci presbiteri Cardinalis Venetiarum Alfonsi
tituli sancti Eustachii dyaconi Cardinalis de Comite Ardecini tituli sanctorum
Cosme et damiani dyaconi Cardinalis Novariensis prosperi sancti
Georgii ad velum aureum dyaconi Cardinalis de Columpna Et tunc
dicti domini petragoricensis et Ratisponensis Episcopi de mandato sacri
Concilii simili modo quo supra ante altare ter et ante valvas ecclesie
eciam ter eosdem dominos Cardinales aut aliquos pro ipsis vocaverunt
Quo facto dominus auditor domini Cardinalis legati huius sacri Concilii
surrexit in medium et dixit quod paratum se esse offerebat exhibere manda-
tum sufficiens tocium dominis a Concilio deputatis pro quibusdam dominis
Cardinalibus vocatis videlicet domino de Cipro Rothomagensis

Arelatensis sancti Sixti et de monte forti similiter allegare causas rationabiles propter quas domini Cardinales domini Ilerdensis qui iam habitus est in congregatione generali excusatus necnon sancti petri ad vincula sancti Eustachii de fuxo et de Anglia Cardinales merito pro excusatis haberentur. Propterea magister Simon de valle et Johannes de Ragusio ordinis predicatorum procuratores nomine domini Cardinalis Bononiensis dixerunt se habere mandatum sufficiens et obtulerunt se coram dominis deputatis producere velle. Similiter magister laurencius de Rotella obtulit se rationabiliter de causis excusare dominum Cardinalem de Columpna. Et tandem huiusmodi peractis hec sancta Synodus per organum dicti domini presidentis deputavit Reverendos in Christo patres dominos Frisingen et domini Belluen Episcopos qui videre debent et examinare producta per promotores et mandata, necnon petita dictorum dominorum Cardinalium eorumque excusationes audirent, ut omnia sic examinata sacro Concilio referrent. De quibus omnibus et singulis predicti domini promotores nomine Concilii petierunt et quilibet eorum petiit ad perpetuam rei memoriam sibi a nobis Notariis et dicte sancte Synodi scribis unum vel plura publicum vel publica instrumentum vel instrumenta fieri petierunt et requisiverunt in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum, presentibus ibidem etc. Datum Basilee in sessione publica eiusdem sancte Synodi in Ecclesia maiori Basilien solemniter celebrata septimo kalendas mensis Septembris Anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo

Sessio septima

Ut electio pape in casu quo sedes vacaret apostolica sit celebranda in hoc loco Concilii

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam. Dudum hec sancta Synodus super electione pontificis Romani in casu vacationis sedis apostolice hoc sacro durante Concilio, decretum quoddam edidit huiusmodi sub tenore. Ad providentie spectat officium perspicaci consideratione futura prospicere, et adversus ea que rei publice possent inferre dispendia salubriter providere. Cumque itaque hec sancta Synodus ad extirpationem heresum pacem in populo christiano et morum reformationem spiritus sancti gratia prout status rerum et temporum consideratione admodum necessarium sit intenta. Et propterea venerabiles in Christo patres sancte Romane ecclesie cardinales ad ipsum sacrum Concilium evocaverit, estimans eorum in sacro Concilio presentiam pro eorum auctoritate sapientia rerumque notitia multimode fructuosum eisque tantisque rebus obedientie

filiis ad sacrum concilium venientibus si alibi contingeret apostolice sedis vacatio in iacturam eorum qui obedientes vocationi sacri concilii defuerint utilitati ecclesie posset redundare, tamen tamen ut obediencia iacturam afferat, sed potius utilitatis et honoris augmentum in accursum nota suadeat. Et ne aliquibus forsitan venire negligentibus prodesse inobediencia videretur, hec et alia que animum singulorum prudentibus ad hec inmovere possent et debent provida attentione prospiciens hec sancta synodus statuit decernit et diffinit quod in eventum vacationis sedis apostolice hoc sacro durante concilio electio summi pontificis in loco ipsius sacri concilii fiat, et interdicit ne alibi celebretur, in contrarium attemptata quavis auctoritate etiam si papali non obstantibus quibuscumque constitutionibus editis vel edendis aut aliis in contrarium facientibus ac si de ipsis esset de verbo ad verbum facienda mentio specialis aut iuramento firmata existerent, quibus ex certa scientia derogat, et decernit nulla et irrita esse ac nullius roboris vel momenti ipso iure. Contrarium vero attemptantes sint tam active quam passive quo ad electionem summi pontificis et ad quascumque alias dignitates inhabiles et omnibus habitis dignitatibus perpetuo privati, et infamie nota tacti, ac excommunicationis sententiam incurrant ipso facto. Quod si forsan aliqua de facto pensa electio presumeretur, tam electus quam sibi illi adherentes et eum pro tali gerentes supradictas penas incurrant parimodo. Absolutionem vero omnium et singulorum qui premissas sententias aut earum aliquam incurrerent quovismodo dicta sancta synodus tantummodo preterquam in mortis articulo sibi reservat decernens presens decretum ligare afficere vim et effectum habere atque sortiri post quadraginta dies continuas proxime sequentes a die publicationis eiusdem

Prorogat cardinalibus tempus veniendi ad sacrum concilium tempore vacationis papatus

Cum autem ex eodem decreto apud aliquos orta sit dubitationis occasio ne tempus decem dierum admittendum cunctative prefinitum sancte Romane ecclesie cardinalibus per constitutionem editam in concilio Lugdunensi saltem a tempore note vacationis in loco huius sacri concilii curreret et arceret quod nimis rigidum videretur et terminus nimis brevis propter multos ex eisdem cardinalibus qui in loco ipsius concilii esse possent in remotis locis absentes, hec sancta synodus cupiens omnem ~~deputationis~~ materiam dubitationis amputare et ea que ad unitatem et pacem ecclesie sancte dei accomodata sunt vigilanti studio providere et tam in hiis quam in omnibus que fidei catholice exaltationem generalis

que reformacionem et pacem populi cristiani concernere dinoscitur pro quibus hec in
spiritu sancto legittime congregata / cum omni modestia debita que matu
ritate procedere / presentis decreti tenore decernit / si in casu vacacionis sedis
apostolice / presenti durante concilio / ante sexaginta dies / a die vacacionis con
tinue computandos / ad electionem romani pontificis minime procedatur
Statuitque quoque hec sancta synodus / quod de beneficiis cardinalium qui con
premissum decretum aliquid presumpserint attemptare / statim possit per
eos / ad quos de iure communi spectat libere disponi / per viam collacionis
presentacionis / electionis / seu cuiuslibet alterius provisionis / etiam si ecclesie
essent metropolitane kathedrales aut alia quecumque beneficia / quocum
que nomine censeantur / que in titulum vel in commendam a predictis cardi
nalibus tenentur reservacionibus aut disposicionibus apostolicis specialibus
aut generalibus et aliis in contrarium facientibus / minime obsistentibus
Datum Basilee in sessione publica eiusdem sancte synodi in ecclesia maiori
basiliensi solempniter celebrata / octavo ydus mensis novembris Anno
a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo

Sessio octava

De revocatione dissolucionis huius sacri concilii per ipsum dominum papam
Eugenium infra sexaginta dies facienda pro secunda dilacione

Sacrosancta generalis synodus basiliensis in spiritu sancto legittime
congregata universalem ecclesiam representans / Cum iam dudum
de mense aprilis in huius sacri concilii sessione solempni editum et pu
blicatum fuerit decretum / huiusmodi seriei / Sacrosancta generalis
synodus basiliensis / in spiritu sancto legittime congregata universalem
ecclesiam representans / Olim sacrum Constanciense concilium ex volens future
ecclesie necessitatibus providere / matura deliberacione statuit decrevit et post
finem ipsius concilii in quinquennium deinde in septennium ac postea
perpetuo de decennio in decennium futuris temporibus generale concilium
celebretur / Cuius decreti vigore felicis recordacionis Martinus papa
quintus / ipso approbante Constanciensi concilio / statuit ut in civitate
papiensi proximo tunc concilium celebraretur / ut supra in tercia sessione
Quod quidem statutorum decretum / debite extitit executum / et in tunc solempni
constituto / sessione celebrata sexta die mensis septembris / per promotores
huius sacri concilii fuit domini pape et cardinalium absencium contumacia
debite accusata / ambasiatoribus ipsius summi pontificis tunc in hac civi
tate personaliter constitutis qui quidem ambasiatores ad locum ipsius sessi
onis venientes magnis precibus a dicto sacro concilio pecierunt in pro
cedendo contra dictum dominum Eugenium papam et cardinales supersederi

Et licet secundum iuris ordinem et attenta magna dicti domini Eugenii et dictorum
Cardinalium contumacia et multis supplicationibus et instantiis in
dicto decreto memoratis procedendum fuisset, et ad alia iuris remedia op-
portuna recurrere, volens tamen agere cum omni mansuetudine et lenita-
te, ut si forte resipisceret expectare, maxime attendens quod carissimus ecclesie
filius Romanorum Rex illustris et fidelis ecclesie dei advocatus vigil apud
eundem dominum Eugenium et Cardinales instabat ambasiatis, litteris et
tractatibus usque ad presens, supersedit ad ulteriora procedendo. Cum autem a
die dicte accusationis contumacie sint lapsi tres menses et ultra, et etiam
a die sue pretense dissolutionis annus effluxerit, ipse quoque dominus Eugenius
monitionibus supradictis sancte matris ecclesie renuat obedire, sed in sua
pretensa dissolutione huius sacri Concilii perseveret, ipsum evertere et disper-
gere variis modis satagens, et aliam congregationem sub nomine generalis
Concilii indicere in grave scandalum et dampnum totius ecclesie, boni quoque
publici perturbationem et decretorum sacri Constantiensis Concilii contemptum
et enervationem, ac etiam fidei catholice detrimentum. Cum hoc sacrum con-
cilium ad extirpationem heresum per dei gratiam sollicitudinem et operam pre-
buerat, prebuerit et prebebit, ex qua fructus optimus in proxima dispositione
videtur. Idcirco ad omnem superhabundantem cautelam, sui quoque omnem mansu-
etudinem et gratuitatem ostendendo, et ipsum dominum Eugenium papam
in magis manifesta contumacia constituendo, eundem per viscera miseri-
cordie Ihesu Cristi et sub obtestatione divini iudicii admonet, exhortatur, et eidem
ex parte omnipotentis dei precipit atque mandat, quatenus infra sexagin-
ta dies, ab hac die presentis quoque decreti in valvis ecclesie Basiliensis affixione
continue subsequentes, dictas pretensas dissolutionem et convocationem congre-
gationis sub nomine generalis publice revocet. Et huic sacro Concilio etiam
publice pure et simpliciter adhereat realiter et cum effectu, et deinde cetera in
prefato decreto contenta adimpleat cum effectu. Alioquin si infra predictum
terminum predictas pretensas dissolutionem et Convocationem non revocaverit pub-
lice et huic sacro Concilio pure et simpliciter ut premittitur non adheserit, di-
cta sancta synodus absque ulteriori monitione, requisitione, vocatione seu
citatione contra ipsum super premissis et omnibus aliis in Concilio agendis usque
ad finem debitum inclusive procedet, prout spiritus sanctus dictaverit et tam
de iure divino quam humano fuerit procedendum. Addiciendo quod si dictus dominus Eu-
genius papa, premissis parere contempserit et dicto termino sexaginta dierum
pendente aliquas promotiones fecerit ad cathedrales ecclesias vel ecclesiarum
dignitates aut alia quecumque beneficia vel officia in fomentum dicte sue pre-
tense dissolutionis et enervationis diminutionem seu impedimentum huius

sacri Concilii de quo ipsius sacri Concilii iudicabitur an facte fuerint
in fomentum tales promociones / Hec sancta Synodus cassat irritat et anul-
lat / mandat preterea in virtute sancte obediencie et sub pena privacionis /
quam ipso facto incurrat omnium suorum beneficiorum et officiorum commendarum
pensionum et graciarum quarumcumque eciam expectativarum omnibus et singulis
sancte Romane ecclesie Cardinalibus Patriarchis Archiepiscopis Episco-
pis et eciam aliarum prelatis / officiariis curie et clericis quibuscumque in
Romana curia existentibus cuiuscumque status existant / quatenus in casu
predicto post lapsum dicti termini infra viginti dies proximos et immediate
sequentes a curia Romana recedant / Et deinde Cardinales omnes sub pe-
na predicta ad dictum sacrum Concilium omni mora postposita veniant
Patriarche vero Archiepiscopi Episcopi et alie Ecclesiastice persone prout de iure
vel consuetudine ad generale Concilium venire tenentur / sub penis iuris
iter suum sine fraude continuando / ad hoc sacrum Concilium veniant / Reliqui
vero qui ad generale Concilium non tenentur venire ad residendum et deo ser-
viendum in propriis beneficiis / vel ad hoc sacrum concilium generale sine more
dispendio et omni fraude cessante / se transferant et accedant / Decernit in-
super sancta Synodus huius decreti publicacionem in presenti sessione factam
/ eiusque affixionem in valvis maioris ecclesie Basiliensis / habere vim monicio-
nis citacionis et execucionis / et ita universos artare / ac si personaliter appre-
hensi / et eis intimatum fuisset / Et insuper prout in priori monicionis edicto
continetur / hec sancta Synodus declarat et protestatur / quod nichilominus huius-
modi dilacione sexaginta dierum pendente / cum id rerum necessitas suadeat
et qualitas agendorum / in ulteriori prosecucione concilii et agendis in
eo procedere intendit ordinacione debita et matura / nec propterea supersedere ali-
qualiter in processu / Datum Basilee in sessione publica eiusdem sancte
Synodi in maiori ecclesia basiliensi solempniter celebrata / quintodecimo ka-
lendas Januarii / Anno a nativitate domini millesimo quadringente-
simo tricesimo secundo

Aliud decretum eiusdem sessionis quod presidente Concilio aliud alibi erigi non possit

Sacrosancta generalis Synodus basiliensis in spiritu sancto legittime
congregata universalem ecclesiam representans / ad perpetuam rei memoriam
Sicut una est ecclesia sancta catholica / teste ipsius sponso dicente una est
Columba mea et fidei articulo hoc proficiente cum unitas divisionem
non recipiat / sic eciam non potest nisi unum generale Concilium ipsam sanctam
Ecclesiam catholicam representans / Cum ergo in hac Civitate basiliensi
decretis sacrorum generalium Conciliorum Constanciensis et Senensis / et ~~de~~ deinde
~~[illegible]~~ romanorum approbacione pontificum sanctissimi recordacionis

Martini pape quinti et Eugenii quarti generale Concilium institutum sit et in spiritu sancto legittime congregatum isto durante concilio constat aliud generale concilium alibi esse non posse Quicumque igitur hoc sacro durante Concilio aliam congregacionem sub nomine generalis Concilii erigere aut facere presumpserint non catholice ecclesie Concilium sed scismaticorum conventiculum erigere aut facere convincuntur

Decreto hec sancta Synodus omnes cristifideles cuiuscumque status condicionis aut dignitatis etiam si papalis imperialis aut regalis existunt sub obtestacione divini iudicii quod in Chore Dathan et Abiron auctoribus scismatis scriptura sacra commemorat admonet et cohortatur et in virtute sancte obediencie et sub pena contra scismaticos a iure inflictis precipit atque mandat ne hoc sacro durante concilio aliam congregacionem sub nomine generalis Concilii que revera non esset concilium facere aut congregare aut ad ipsum tamquam ad generale concilium etiam pretextu cuiusvis promissionis vel iuramenti accedere aut illi ad aut favere quovismodo neque pro concilio generali habere reputari aut eo nominare presumant etiam si iam indictum sive in futurum indici attemptetur. "pretendatur"

Si qua vero persona ecclesiastica etiam si sit Romane Ecclesie cardinalis aut alia cuiuscumque dignitatis status gradus aut condicionis existat Bononiam vel ad aliquem alium locum sub nomine generalis Concilii isto durante presumat accedere vel ibidem manere similiter excommunicacionis et privacionis omnium dignitatum beneficiorum et officiorum ad inhabilitacionis ad ista incurrat ipso facto et dictis dignitatibus officiis et beneficiis talium per eos ad quos de iure spectat etiam si cathedrales aut metropolitane ecclesie fuerint libere disponatur

De impetrantibus beneficia incorporatorum

Ambiciosorum accensa cupiditas non contenta de acceptis beneficiis gracias non agere et humanitatis in se iura violare interdum adeo excandescit ut eos qui credita sibi beneficia diligenter observant et cuncta agunt ut omni laude sint digni subvertere moliantur et a suis deicere beneficiis cum tamen per eorum bonis actionibus vel extollerentur amplius digni esset Ideo opus est curis providere remediis ut tuta sit contra improbos innocentia et in ipsis improbis formidato supplicio reprimentur audacia et nocendi facultas Quicumque igitur tante ambicionis fuerit ut etiam cathedrales dignitates officium aut beneficium pensionem vel commendam aliquibus ex incorporatis seu incorporandis postquam fuerint incorporati seu adherentes huic sacro Concilio attemptaverit a Romano

Pontifice vel quovis alio impetrare aut etiam acceptare. Etiam si
motu proprio conferantur, non solum iure quod in tali ecclesia dignitate
officio seu beneficio habere intendit, sed etiam omnibus beneficiis sit ipso
iure privatus, et ad obtinendum in futurum inhabilis. Hi qui vero ante
huiusmodi editionem decreti tales impetrationes et acceptationes habuerint
careant gratiis etiam motu proprio concessis

Inhibitio ne papa bona ecclesie alienat

Ceterum cum ad noticiam huius sacre Synodi fidedignorum sit re-
latione deductum, quod dominus Eugenius papa super alienandis nonnul-
lis civitatibus castris aut terris ecclesie Romane et aliarum ecclesiarum
habuit et habet diversos variosque tractatus, que quidem alienationes in fo-
mentum dicte prefate huius sacri concilii dissolutionis et ipsius concilii
evervationem fieri moliuntur, et in dampnum et iacturam patrimonii
Petri, aliarumque ecclesiarum cederet manifeste. Iudicio et alias ex bonis et ius-
tis causis que ad hoc cuiuslibet recte sentientis animum inducere debent, hec
sancta Synodus eidem domino Eugenio omnes alienationes infeuda-
tiones impignorationes generis bonorum immobilium ac etiam mobilium
preciosorum et iurium ecclesie Romane et aliarum quarumcumque, necnon au-
ctorizationem alienationum bonorum immobilium et iurium aliarum ecclesiarum,
omnemque indictionem seu impositionem novarum gabellarum et aliorum onerum
in alma urbe Romana et aliis terris ecclesie Romane, necnon impositorum
augmentum gravaminis seu subsidii sub nomine decime vel quovis alio
nomine censeantur, penitus interdicit; omnesque alienationes infeuda-
tiones et impignorationes de eisdem bonis immobilibus et iuribus ecclesie
Romane et aliarum ecclesiarum, et auctorizationem huiusmodi per dictum dominum
Eugenium factas et fiendas, ac gabellas et alia onera per eundem dominum
Eugenium imposita seu imponenda, cassat irritat et annullat, ac decernit ut ne-
mini aliquid tribuant nec subscribendi etiam causam prebeant. Datum
Basilee in sessione publica eiusdem sancte Synodi in ecclesia maiori Ba-
siliensi solempniter celebrata, quindecimo kalendas Januarii anno a
nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo

Sessio Nona

De cassatione processuum a domino Eugenio papa quarto factos
contra Illustrissimum dominum Sigismundum regem Romanorum

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legit-
time congregata universalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei
memoriam. Inter iustitie opera nil iustius nilque dignius esse co-

Statuit quoniam eos qui pro universali ecclesie utilitate sollicitudinis studia
utiles que labores impendunt ipsius ecclesie convenit presidiis adversus
ea presertim incommoda que in eos pro impensis ecclesie dei obsequiis moli
untur. Cum itaque carissimus ecclesie et eiusdem fidelissimus advocatus
Sigismundus Romanorum Ungarie Bohemie etc. Rex pro universalis
ecclesie utilitate huius sacri Concilii generalis ipsam representantis protec
cionem in se suscepit suscipiens ipsique constanter adherens sue laudabilis so
licitudinis fructuosis que laboribus tam cum domino Eugenio papa certo
ut attemptatam dissolucionem ipsius Concilii revocando ipsique Concilio
adhereret quam cum cristianitatis principibus et prelatis dominis que et co
munitatibus ipsius sacri Concilii favorem et augmentum studuit et studu
at multipharie promovere. Merito digne gratitudinis vicem impen
dens haec sancta sinodus eundem sub specialis sue protectionis munimi
ne suscepit. Necnon quoscumque processus etiam privacionem regnorum provinciarum
dominiorum et quarumlibet dignitatum forsan continentes contra prefa
tum Regem Romanorum factos etiam sub censuris et penis emanatos
aut aliis quibuscumque per ipsum dominum Eugenium papam et alium eius nomine
prelatos vel in posterum quomodolibet faciendos et etiam proferendos
auctoritate omnipotentis dei cassat irritat et annullat ac si de cetero at
temptarentur fieri nunc prout extunc cassos et nullos ac decernit ac nul
lius existere roboris vel momenti universis autem cristifidelibus etiam sub pe
nis late sententie excommunicacionis et privacionis dignitatis cuiuslibet
ecclesiastice vel mundane inhibet ne quispiam ipso domino Eugenio vel
alteri eius nomine contra processus huiusmodi factos et fiendos ad eorum
execucionem quomodolibet obedire vel parere presumat. Quinymo prefato Regi
quilibet obediat et parere teneatur sicut prius de iure tenebatur ac si pre
dicti processus nullatenus emanassent vel etiam emanarent. Et insuper parimodo quos
libet processus per prefatum dominum Eugenium papam et alium eius nomine
contra quaslibet personas cuiuscumque status gradus preeminencie et hono
ris existerent etiam si Regali ducali aut alia quavis prefulgeant di
gnitate. Et presertim contra dilectum ecclesie filium nobilem virum Wilhelmum du
cem Bavarie huius sacri Concilii nomine prefati regis Romanorum pro
tectorem. Necnon Civitates communitates quascumque Civitatum et terrarum
et maxime romane Ecclesie mediate vel immediate subiectas Rectores
quoque et rectores gencium armigerarum Capitaneos officiales et singula
res personas earundem huic sancte Sinodo adherentes factos et prolatos
aut in posterum faciendos et proferendos. Etiam contra similes personas
Civitates et communitates que in futurum adherebunt vel postquam adheserunt h

hec sancta Synodus cassat irritat et annullat Et si in futurum attemptentur
inire prout extunc cassos et nullos esse decernit ac nullius existere robo-
ris vel momenti Universis quoque christifidelibus etiam sub simili pena
late sententie excommunicationis et priuationis dignitatis cuiuslibet etiam
te ecclesiastice interdicit, ne quisquam ipsi domino Eugenio pape vel alteri
eius nomine circa processus huiusmodi factos vel fiendos, aut eorum ex-
ecutioni quouismodo obedire vel parere presumat / Datum Basilee in sessi-
one publica huius sancte Synodi in ecclesia maiori Basiliensi solempniter
celebrata, duodecimo kalendas februarii Anno a natiuitate domini
millesimo quadringentesimo tricesimo tercio

Sessio decima

De actu sacri concilii contumacia domini nostri Eugenii pape quarti necnon ex-
tensio decreti ambitiosorum

Sacrosancta generalis Synodus basiliensis in spiritu sancto legit-
time congregata vniuersalem ecclesiam representans ad perpetuam rei me-
moriam / Pridem in octaua sessione huius sacri Concilii in decreto Cita-
tionis domini Eugenii pape quarti, clausula quedam infrascripti tenoris
adiecta fuit, videlicet Adiiciens quod si dictus dominus Eugenius papa parere
contempserit et dicto termino sexaginta dierum pendente aliquas promoti-
ones faceret ad ecclesias cathedrales vel ecclesiasticas dignitates vel alia quo-
cunque beneficia vel officia in fomentum dicte sue pretense dissolutionis
et eneruationis diminutionis seu impedimentum huius sacri Concilii de quo
ipsius sacri Concilii iudicabitur an facte fuerint in fomentum, tales promo-
tiones hec sancta Synodus cassat irritat et annullat, hanc quoque clausu-
lam pro tuitione suppositorum huius sacri Concilii et personarum eidem ad-
herentium hec sancta Synodus extendit ad personas collegiorum Capitulo-
rum monasteriorum et Conuentuum seu alias quascunque que aliquem admit-
tere aut recipere presumpserint ad possessionem dignitatum beneficiorum
vel officiorum personarum que in dicto decreto exprimuntur

Quibusquidem decretis sicut premittitur lectis, magister hugo alter promotorum
huius sacri Concilii, nos notarios Concilii ad perpetuam rei memoriam
ut de huiusmodi publicatione acta et similiter instrumenta quotiens opus
fuerit faceremus rogauit et requisiuit, ibidem in continenti, et statim pro-
motores prefate sancte Synodi per organum magistri heinrici de Bernheym
officialis Curie basiliensis alterius promotorum accusauerunt Contumaciam
domini nostri Eugenii pape quarti prout in cedula continetur cuius tenor sequitur et est

Accusatio contumacie domini Eugenii pape quarti facta per pro-
motores huius sacri Basiliensis concilii

Reverendissimi reverendique patres et domini. Cum iam dudum de mense
Aprilis proxime preterito in publica sessione hec sancta synodus
exorasset monuisset et debite cum omni constancia humiliter requisivisset
dominum Eugenium papam quartum ut illam suam pretensam dissolucionem
huius sacri concilii alias per eum factam sicut de facto processerat
de facto etiam revocare deberet, ac ipsam revocationem quemadmodum et dis-
solucionem huiusmodi pretensam per diversas mundi partes transmitteret
et publicaret. Ac ipso sacro concilio Basiliensi sicut tenebatur assisteret
favoribus oportunis. Fuit quoque statutus eidem sibi terminus quatuor
mensium ad veniendum personaliter, vel alias personas ydoneas mitte-
ndum ad hoc sacrum concilium cum plena potestate ad omnia et singula pa-
genda in ipso sacro concilio. Prout hec lacius in decretis ipsius sancte si-
nodi continetur. Et dicto termino quatuor mensium adveniente, fuerunt per nos
sepe dicte sacre synodi promotores et procuratores ac nomine eiusdem
coram prefatis reverendissimis paternitatibus ipsius domini Eugenii cum ea-
tenus in premissis parentis contumacia accusata, petitumque ipsum contu-
macem declarari. Et licet tunc sancta synodus solita potens mansue-
tudine huiusmodi ... non spreverit petitionem, neque contumaciam pe-
titam declaraverit, producta tamen nova assumens, interloquendo se deli-
berare velle decrevit, que quidem declaracio per tres menses eidem sequentes
perduravit, per quos hec sancta synodus ad omnem eius benignitatem et man-
suetudinem in procedendo clare ostendendum ipso domino Eugenio expe-
ctato si forte resipisceret in premissis. Nec tamen adhuc die decima octava
mensis decembris proxime preteriti in publica sessione cum adhuc vi-
deret dominum Eugenium in priori contumacia perdurare, ac etiam quod longe de-
terius alias hoc sacrum concilium subvertere variis modis satagere necnon quandam
congregationem sub nomine generalis concilii in preiudicium et eversionem
huius sacre synodi inducere, ipsum per suum solempne decretum iterato ad
superhabundantem cautelam et ut magis manifesta constitueretur contuma-
cia omni cum reverentia admonuit et exhortatus est, ac eidem ex parte omni-
potentis dei precepit atque mandavit quatenus infra sexaginta dies a dic-
ta die decima octava mensis decembris dies subsequentes predictas preten-
sas dissolucionem et convocationem congregationis sub nomine generalis con-
cilii publice revocaret, huicque concilio sacro publice pure et simpliciter
adhereret realiter et cum effectu. Alioquin hec sancta synodus absque ul-

teriore monitione seu Citatione, contra ipsum super premissis et
omnibus aliis in ipso Concilio peragendis, usque ad finem debitum inclu
sive procederet, prout spiritus sanctus dictaret et tam de iure divino quam
humano foret procedendum. Verum reverendissimi reverendique patres
et domini, cum prefatus dominus Eugenius dictis sexaginta diebus
iam elapsis pro ultimo et peremptorio termino sibi quo ad premissa assignato
circa omnia et singula sibi per hanc sanctam Synodum ut premissum est
precepta et mandata, negligentem se reddiderit et minime comparuerit
quod dolenter referimus, adhuc persueret et perduret. Nos dominicus
magister Hugo et ego promotores predicti ad approbationem et iustificationem
omnium et singulorum premissorum, pridie in generali congregatione in domo
predicatorum decima septima huius mensis habita, produximus et repre
sentavimus omnia et singula instrumenta decreta acta acticata monimenta
in premissis facientia et maxime prime monitionis et requisitionis
cum executione earundem debite facta, necnon eiusdem domini Eugenii
contumaciam alias accusatam, et decretum huius secunde monitionis
cum eius debita publicatione et executione prout hec omnia latius apud acta
huius sancte Synodi sunt conscripta, prefati domini pape contumaciam
accusavimus debita cum instancia requisivimus ut eandem vestre reverendis
sime paternitates habere vellent et reputarent. Consequenter eundem dominum Euge
nium super premissis et omnibus in hoc Concilio peragendis usque ad finem
debitum inclusive sine ulteriori citatione prout spiritus sanctus dictaret prede
cernere diem pro publica sessione habendum ad huiusmodi contumaciam
solempniter accusandam deputatam et locum congregationis generalis
fore habilem pro huiusmodi actu contumacie accusate declarare digna
rentur. Vestreque reverendissime paternitates postmodum in illas decla
rationes dictum locum congregationis ad hec habilem et idoneum ad premis
sa decernentes et declarantes pro premissa contumacia per nos accusanda
hunc diem necnon sessionem publicam presentem nobis misericorditer
statuere et assignare decrevistis prout hec omnia in supradictis actis
huius sacri Concilii plenius continentur, ad que nos quo ad hec referimus.
Unde reverendissimi reverendi patres et domini iuxta predictum sessionis
publice assignationem nobis ut prefertur graciosius concessam, Nos
predicti promotores iterato cum ea qua possumus et debemus instancia
apud reverendissimas dominationes vestras et coram hoc sacro Concilio pre
fati domini Eugenii pape super omnibus et singulis in dictis Canonum decretis
contentis contumaciam accusamus, petentes et cum eadem instancia
requirentes ut reverendissime paternitates vestre prout iusticia suadet

secundus

et ordo iuris postulat et rationes declarant ipsum dominum Eugenium
in premissis contumacem ac pro tali eum habeant et reputant Et insuper
contra ipsum super premissis et omnibus aliis in hoc Concilio peragendis
usque ad finem debitum iustissime sine ulteriori citatione prout spiritus sanctus
dictaverit et de iure divino pariter et humano fuerit procedendum procedi ac
prout in huiusmodi sacre synodi decretis plenius continetur Qua quidem
contumacia sic ut prefertur in scriptis accusata Reverendissimus pater
dominus Cardinalis legatus pro et nomine sacri Concilii iniunxit Re-
verendis patribus et dominis Cenomanensi et Novariensi Episcopis quatenus
ad valvas eiusdem ecclesie irent ad inquirendum utrum sanctissimus
dominus noster Eugenius papa quartus cuius Contumacia iam per pro-
motores sacri Concilii fuit accusata aut aliquis alius eius nomine
esset qui vellet comparere coram Sacrosancta Synodo ibidem existente
facturus et adimpleturus ~~seu monitus~~ fuit illa ad que per duas citationes
seu monitiones citatus seu monitus fuit Qui quidem domini duo Episcopi
de mandato quo supra assumptis etiam nobis notariis infrascriptis
ad easdem valvas iverunt atque alta et intelligibili voce proclamaverunt
inquirentes prout eisdem per dictum dominum legatum nomine dicti sacri Concilii
fuerat iniunctum petentes a nobis notariis publicis publicum vel pu-
blica instrumentum vel instrumenta ad perpetuam rei memoriam
Qua sic facta trina proclamatione nemine quod pro dicto domino Eugenio
comparente ad presentiam eiusdem sacri Concilii in eadem Ecclesia consti-
tuti redeuntes retulerunt prout supra proclamasse nec aliquem nomine
predicti domini Eugenii coram eis comparuisse Postque quidem relatore
promotores sacri Concilii per organum domini officialis Basiliensis pro-
ponentes dixerunt in effectu singula verba Reverendissimi reverendi que pa-
tres et domini audierunt vestre reverendissime paternitates relationem
per dominos Cenomanensem et Novariensem Episcopos Et quia prefatus dominus Euge-
nius licet debite vocatus et expectatus per se vel alium non comparuit pro-
ut nec comparet eius contumaciam iterum et superhabundanti accusave-
runt trina vice petentes ipsum per sacrum Concilium pro contumace reputari
et declarari Et reproducentes et repetentes omnia et singula acta et decreta sa-
crorum Constanciensis et presentis Basiliensis Conciliorum necnon duas citatio-
nes et earum executiones una cum omnibus actis et actitatis in huius-
modi causa petentes quod diem tertium pro sessione publica super huiusmodi
declaratione fienda eisdem assignari Quibus petitis dominus Cardinalis
legatus et presidens generalis dicti sacri Concilii et nomine eiusdem ver-
ba sua dirigens ad ipsorum promotores dixit Venerabiles promotores
Audivit hec sancta Synodus relationem factam per prefatos dominos

et petitionem vestram Ideirco sancta Synodus iudices huiusmodi sacri Concilii deputat et ordinat ad videndum et examinandum processum factum contra eundem dominum Eugenium et referant in congregatione generali qua facta relatione Concilium deliberabit super declaratione contumacie et aliis in huiusmodi causa peragendis ac in sessione super hiis determinanda vobis respondebit De et super quibus omnibus et singulis supradicti promotores et eorum quilibet ad perpetuam rei memoriam petierunt et petunt a nobis publicis Notariis unum vel plura publicum seu publica instrumentum vel instrumenta Datum et actum Basilee in sessione publica eiusdem sancte Synodi in Ecclesia maiori Basiliensi solempniter celebrata die Iovis decimanona mensis februarii Anno a Nativitate domini Millesimo quadringentesimo Tricesimo tercio

Sessio undecima

Ut omnes persone ecclesiastice ad generalia Concilia venire tenentur

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam Quoniam frequens generalium conciliorum celebratio talis agri dominici precipua cultura universalem ecclesie statum concernit adeo summa cum diligencia intendendum est ut cunctis obstaculis que tam salubrem institucionem impedire possent auctoritate obvietur Inherens igitur hec sancta Synodus ordinationi decreti Constanciensis Concilii quod incipit frequens cupiens sepe que scandala que proch dolor diebus nostris contingerunt futuris temporibus in perniciem Ecclesie repullulent Statuit et decernit ut Romanus pontifex qui primo in vinea domini laborare et alios suo exemplo ad laborandum trahere tenetur per se vel legatum de latere aut legatos eligendum vel eligendos de consilio et assensu maioris partis duarum partium Cardinalium in conciliis generalibus debeant interesse necnon omnes et singule persone ecclesiastice que de iure vel consuetudine in generalibus Conciliis adesse debeant deinceps ad ipsa generalia tam vigore ipsius constitutionis frequens inducta legitime congregati auctoritate indicenda
sine alia vocatione venire personaliter astringantur nisi legittimo detineantur impedimento quo casu per personas ydoneas destinare teneantur

tam huius sacri concilii basiliensis et alterius futuri

Nota penam non venientium ad Concilium aut ipsum impedientium

Et si ipse Romanus pontifex et alie predicte persone hoc facere neglexerint aut ipsum Concilium quovismodo de facto impedire mutare pro

gare aut dissoluere operam dederint, et infra quatuor menses cum re-
ali satisfactione non resipuerint, extunc romanus pontifex a papali,
et predicte persone a suarum dignitatum administratione sint ipso facto
suspensi, que quidem papalis administratio ad ipsum sacrum concilium
ipso iure devolvatur. Quod si penas predictas per duos post quatuor
dictos menses animo sustinuerit indurato, tam contra romanum ponti-
ficem quam predictas personas usque ad privationem inclusive per con-
cilium generale procedatur. Statuit quoque hec sancta synodus ut non
obstante etiam quavis summi pontificis prohibitione, omnibus quibus-
cunque cuiuscunque status et condicionis existant, etiam si sint sancte romane
ecclesie cardinales, liberum sit ad generalia concilia proficisci. Quodque ipse
romanus pontifex ad ipsa generalia concilia accedere volentibus,
et presertim dictis cardinalibus literas, si pecierint, impartiri teneatur.
Declarat quoque hec sancta synodus verba illa videlicet: nullatenus pro-
rogetur, in dicto decreto posita, ita prohibitive intelligi, ut etiam per pa-
pam prorogari non possit. Quodque concilium actu congregatum dissolvi
aut de loco ad locum mutari sine ipsius concilii expresso consensu
per romanum pontificem nullatenus possit. Cassat irritatque et annul-
lat si quid forsitan contra hoc in futurum contingerit attemptari, vel etiam
in derogacionem aut impedimentum ipsius concilii generalis personarumque et
prelatorum ac suppositorum eiusdem per privacionem, translacionem, censuras
quam etiam alias vel aliter quomodolibet in futurum contigerit attemptari. Sta-
tuitque hec sancta synodus ex certis ac racionabilibus causis ut presens
Basiliense concilium per quemquam etiam si papalis fuit dignitatis dissol-
vi aut de loco ad locum mutari possit, nisi de expresso consensu duarum
partium cuiuslibet deputacionis votis singulorum scrutatis subsequente-
que approbacione duarum partium congregacionis generalis similiter scruta-
tis votis singulorum, ac demum in sessione publica facta declaracione,
obsecratque per viscera misericordie ihesu cristi et per aspersionem sui sanguinis
preciosi omnia supposita huius sacri concilii, tam presencia quam futura,
obtestatur ut antequam compleatur reformacionem in capite et in membris, quantum
racionabiliter fieri poterit nullatenus dissolvi consensum prestent, nec
loci mutacionem fieri permittant, nisi ex causis iustis et manifestis iuxta
ipsius Constanciensis concilii ordinacionem, velut omnino per mensem ante tempus
dissolucionis eligi locum pro futuro concilio celebrando. Declaratque ad super-
habundantem cautelam verbum illud in decennium in predicta posita
constitucione sic intelligi debere, ut decennium totaliter compleatur et
eo integre completo extunc facultatem concilii generalis celebrandi

incipere. Cum si casu aliquo contingat eos qui in conciliis generalibus
tenentur interesse in principio temporis non advenire, declarat quod propter
ea dictam concilii facultatem expirare, sed ut conciones commode fieri
poterat celebretur. Ne autem diu differri possit, statuit ut per viginti dies ante
predictum tempus decennium completum vel aliud si forsan ex causa pro concilio
[concilio] prefigi periculum contingat Romanus pontifex per se vel legatum
aut legatos suos necnon archiepiscopos in cuius provincia vel diocesi
sit concilium celebrandum, et omnes prelati circum loco celebracionis
concilii per quatuor dietas vulgares, cessante impedimento canonico
in propriis personis vel obsistente eo per certos ydoneos vicarios ad hoc
constitutos adesse teneantur, ut de loci disposicione et aliis preparatoriis
concilii generalis valeant libere tractatum. Die autem inchoacionis con-
cilii generalis prefinita, hii qui ibidem fuerint missam de spiritu sancto
solempniter celebrent et concilium ex eo die stabilitum et inchoatum esse
effectualiter censeatur. Preterea propter multas necessitates que contingere possent
remedium ad concilium exhortatur hec sancta synodus eos qui tunc presen-
tes fuerint, ut ad ardua negocia concludenda, nisi ex decenti expectacione
absencium moderata congruo intervallo temporis non procedatur, sed
sit divino timore primo procedatur in cunctis cum debita equitate, sicut
tanta magnitudo negociorum universalis ecclesie exigit et requirit. In singularibus
casibus in quibus secundum decretum Constanciensis pape licet locum futuri
generalis concilii de consensu sancte Romane ecclesie cardinalium mu-
tare, statuit ut si papa id facere negligat, collegium cardinalium hoc
suppleat, ita tamen ut due partes ipsorum cardinalium consenciant, sicut
quando in electionis modo quo in dicto capitulo Frequens continetur.
Papam aut loci mutacionem si fieri contingerit, curabunt dicti cardinales
secundum deum et consciencias suas illam facere ex causis manifestis in capi-
tulo Frequens contentis. Ut autem premissa facilius execucioni deman-
dentur, statuit ipsa sancta synodus quod electores Romani pontificis ante
ingressum conclavis iurare deo et ecclesie promittere teneantur, quod
si contingit aliquem ex eis in papam assumi, premissa supradicta statuta
et ordinata servabit et pro posse implere realiter et cum effectu curabit.
Addiciens quod quicumque in Romanum pontificem futurus deinceps temporibus
assumetur, inter alia que profiteri debet iuxta decretum concilii Constan-
ciensis quod incipit Quanto Romanus pontifex, teneatur etiam presens
decretum effectualiter observare. Quam quidem professionem teneatur postea
in primo publico consistorio denuo facere, profiteatur quod si eorum que
in hoc decreto continentur fuerit violator, necnon racione cuiuslibet

notorie omnis etiam dei scandalisantis iudicio generalis Concilii se
cus subiectum. Habeat quoque professioni tam etiam ipse quam collegium Car
dinalium inserant litteris quas de noua assumptione pape per orbem
de more transmittet. Ut autem tam salubri ac necessario decreto nullus possit
ignoranciam pretendere mandat hec sancta synodus in virtute sancte obe
diencie et sub excommunicacionis pena omnibus metropolitanis et provin
cialibus Episcopis ut in synodalibus Conciliis prelatis religiosorum
religionum in suis generalibus capitulis huiusmodi decretum legi
faciant et publicari. Cum liberum esse debeat omnibus ad hoc sacrum genera
le Concilium quod universalem ecclesiam representat proficisci. Et consequenter
quidquid in contrarium quacumque auctoritate etiam si papali statuatur
irritum sit censendum. Ideo hec sancta synodus cassat irritat et annul
lat quecumque mandata eciam sub censuris privacionibus beneficio
rum et officiorum et inhabilitacionibus ad eandem et aliis quibuscumque
que penis facta et fienda tam per dominum Eugenium papam quartum quam
eius Camerarium vel alium eorum auctoritate curialibus et officialibus
Romane Curie et aliis quibuscumque personis cuiuscumque status et dig
nitatis existant ne ad curiam Romanam accedant per que facultas ad
hoc sacrum Concilium veniendi tolli impediri vel astringi quolibet
possit. Datum Basilee in sessione publica eiusdem sancte synodi in ecclesia
maiori basiliensi solempniter celebrata x kalendas Maii anno a na
tivitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo tercio

Sessio duodecima

Quod generalia Concilia habeant potestatem a Cristo immediate qui
bus omnes obedire teneantur

Sacrosancta generalis synodus basiliensis in spiritu sancto legittime
congregata universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memo
riam. Sancta catholica ecclesia in sacro Constanciensi Concilio coherem
ens cum animadverteret neglectum sacrorum Conciliorum preteritis tem
poribus occasionem fuisse heresum errorum scismatum ac plurimarum defor
mitatum in populo cristiano ipsorumque Conciliorum frequentacionem opportunam
fore dictarum pestium ac malorum antidotum divina inspiracione insti
tuit deinceps certis modo et tempore generalia Concilia celebrari

De potestate Conciliorum

Prius autem ne quisquam de ipsorum potestate hesitaret declarat Concilium
generale catholicam ecclesiam representans potestatem a Cristo immediate habere
cui quilibet cuiuscumque status vel dignitatis etiam si papalis existat

obedire tenetur in hiis que pertinent ad fidem et extirpacionem scismatis
atque ad generalem reformacionem ecclesie in capite et in membris. Et quod quicumque
eius mandatis statutis ordinacionibus et preceptis super premissis seu ad
ea pertinentibus quacumque etiam si papalis fuerit dignitatis obedire
contumaciter contempserit, nisi resipuerit condigne penitencie subiciendus
est et debite puniendus etiam ad alia iuris subsidia si opus fuerit
recurrendo. Auctoritate igitur memorati Constanciensis concilii ac de-
inde ex instituto sacri concilii Senensis approbacione quoque felicis recordacio-
nis pape Martini quinti et moderni domini Eugenii pape quarti, hec sancta
synodus generalis Basiliensis legittime congregata ad opus generalis
~~Basiliensis legittime congregata~~ reformacionis ecclesie in capite et in
membris ~~quod quicumque eius mandatis~~, necnon extirpacionem heresum cum
omni diligencia in suo primordio procedere decrevit. Sed quoniam absque
pace christianorum principum hec duo sacratissima opera non facilem execu-
cionem habere poterant, professa est etiam ad pacem concordiamque cri-
stiani populi velle totis viribus laborare, quemadmodum fecit fecisset-
que etiam uberius ac forte felicius, nisi gravibus fuisset per prefatum
dominum Eugenium obstaculis impedita. Et quia inter christianos nemo
est cuius pro sua dignitate magis interfuit quam summi pontificis huius-
modi sacris operibus intercedere, hec sancta synodus a sue congrega-
cionis inicio dominum Eugenium per binas ambasiatas cum magna
instancia deprecata est ut suas operas consilia quoque et auxilia ad ipsam
synodum fovendam et promovendam vellet impendere. Cum vero ab ipso
domino Eugenio pro suo pastorali officio omne genus subsidiorum suffra-
gii speraremus, lugubri nuncio ad nos prelatum est, ad hoc sacrum con-
cilium tam solempniter institutum et pro tam necessariis negociis congre-
gatum in publico consistorio de facto, cum de iure non posset, attemptasse dis-
solvere. Quod nos audientes tristicia consternati magnoque merore con-
fecti sumus, necnon nos sacrum concilium celebrantes huiusmodi pretensa disso-
lucio supra modum scandalizavit et omnem populum christianum qui tantorum
operum felicem exitum magno cum desiderio expectabat. Existimans tamen
hec sancta synodus sinistris informacionibus ipsum dominum Eugenium fuisse
circumventum, mox ad eum venerabilem episcopum Lausanensem et decanum
Tarantasiensem oratores destinavit, eidem ostensuros causas pretense dissolucionis a veri-
tate procul esse, supplicaciones quoque et cum huiusmodi res graviter et nocive ecclesiam
perturbarent, pluriumque in populo christiano exinde calamitates secuture
essent, ipsam dissolucionem tam scandalose factam omnino revocaret et huic
sancte synodo sicut dignitatem suam decebat cum effectu adhereret

sed ipsorum oratorum racionibus et precibus nequaquam motus eos ad
nos vacuos remisit quod tam graue et notorium scandalum hec sancta
synodus ferre non valens ipsum dominum Eugenium in publica sessione mo
nuit ut infra quatuor menses prefatam dissolucionem tot scandalorum
causam penitus aboleret Interim autem et post carissimus ecclesie
filius Sigismundus Romanorum imperator illustris tamquam ecclesie
fidelis aduocatus pluribus notabilibus ambasiatis et crebris lite
ris ipsum dominum Eugenium humiliter deprecatus est ut ab huiusmodi
ecclesie perturbacione desisteret Ad ipsum eciam zelo fidei et ecclesie succensi
quamplures reges ac principes cardinales ac prelati tam in curia ro
mana quam extra rogando obsecrando monendo sedula cum instancia
fecerunt Et quidem tot preces et requisiciones vndique sibi porrecte
sunt tam humiliter et deuote ut quod dolentes referimus si pax et tranqui
litas ecclesie sibi fuisset cordi nullatenus dissentire potuisset Circa autem
ipsorum quatuor mensium exitum ad nos quatuor oratores transmisit
non ut emendarent sed ut gesta defenderent nos quam increparent quod mox
sue prefate non paruissemus dissolucioni quibus per responsiones huius sacri
concilii veritas tam iuris diuini quam humani quod sine consensu conci
lii dissoluere nequiuerat quam facti quod cause prefate dissolucionis vere non
fuerant exstitit luce clarius patefacta Transactis igitur quatuor mensi
bus cum in publica sessione promotores sacri concilii ipsius domini
Eugenii contumaciam accusantes eum contumacem declarari peterent
sancta synodus ab istis oratoribus exorata ut persedere dignaretur
pro tunc et usque ad tres menses postea distulit Et cum interim nulla sue
emendacionis ~~inducta~~ indicia apparerent ymmo quottidie in suo pro
posito durius perseuerans innumeris modis quos honestatis causa
reticemus ipsam sanctam synodum dissipare et euertere conatur Nos
licet suadente iusticia acrioribus remediis uti potuissemus nichi
lominus mansuetudinis nostre non inmemores iterum ipsum mo
nuimus et ex parte omnipotentis dei precepimus ut infra sexaginta
dies dissolucionem prefatam prorsus reuocaret et sacro concilio pure sim
pliciter et cum effectu adhereret quibus pactis per promotores concilii
ipsius domini Eugenii contumaciam fortius accusantes instantius interpel
lati fuimus ut ad declaracionem contumacie et ad penas quas tanta con
tumacia exigebat procederemus Sed nichilominus aliquamdiu differre de
creuimus si forte tantam sacri concilii pietatem videns ipse quoque ad
pietatem flecteretur Interea quatuor alii sui oratores ad nos superuenerunt

varias secum facilitates, immo verius difficultates et involutio-
nes offerentes, per quos monitionem nostre nullatenus parebatur, nec
processa irritabatur, sed potius firmabatur dissolutio. Multa etiam alia con-
cilio continebantur, non mediocriter absurda et sacro prejudicialia con-
cilio, quibus sine offensa et gravi iactura ceteris militantibus nullatenus
assentire poteramus, prout hec in responsione dictis ambasiatoribus
sextadecima die Junii tradita diffuse distinguitur. Post itaque duos
menses, qui decimanona februarii expirant, usque ad presentem diem pa-
cienter distulimus, sperantes ipsum dominum Eugenium plenam tandem ad-
herentiam prebiturum. Sed ut rei evidentia iam demonstrat, quo magis
pulsatur, eo amplius suas obturat aures, et quanto secum benignius
ac modestius agitur, eo tenacius in suo dissolutionis proposito perseverat.
Et quantum ex eius verbis factisque colligi potest, nil aliud videtur pre-
tendere, nisi ut etiam pessumdet, iusque sibi et successoribus faciat
non solum abrogandi ritum sacrorum conciliorum, et ea pro libito dis-
solvendi voluntatis, sed et ipsorum sacratissimorum decreta spiritu dei
promulgata, a quibus status dependet universalis ecclesie, irritandi
et abolendi. Et presertim declarationem illam, que in hiis que ad fidem,
extirpationem scismatum et generalem reformationem in capite et in
membris pertinent, quilibet etiam papalis dignitatis decretis ge-
neralis Concilii subicitur. Ex quibus quot quantaque mala et scandala
et nunc et in futurum succedere possint, satis omnibus liquet, et in pre-
fata responsione late exprimitur. Cum ergo iam ultra annum et dimi-
dium in cassum apud eum laboravimus, nec nostris nec aliorum precibus
ac monitionibus flecti velit, nec tanta benignitate mansuetudine ac
paciencia ad ea que pacis ac unionis sunt moveri queat, quid amplius
frustra immorandum est? Forsan nostram pacienciam putat assensum
et ex longa dilatione fiduciam perseverandi assumit, quam arbitretur
se recte fecisse, nec etiam in eo quidque posse, cum nullam irrogare penam
ausa est. Veremur ne facilitas venie incentivum sibi tribuat delinquen-
di, timemus ne si delicta notoria incorrecta dimittamus, fovere ipsa vide-
amur. Cristus enim deus noster cum in urbem pergeret, opus nostre re-
demptionis completurus, et petrus eum prohibere vellet, compescuit ipsum
dicens: Vade post me sathana, scandalum michi es, quia non sapis
que dei sunt, sed ea que hominum. Beatus paulus cum vidisset beatum petrum
principem apostolorum circa observationem legalium reprehensibilem in

fore et non ambulare ad veritatem evangelii ~~ambulare ad veri-~~
~~tatem evangelii~~ restitit ei coram omnibus in faciem, et eius simu-
lacione in qua iam alios deducebat veritatis zelo repressit. Ecclesia
catholica sepe numero summos pontifices sive a fide deviantes sive pra-
vis moribus etiam notorie scandalizantes correxit et iudicavit, ne-
que ubi de fidei periculo aut de aliquo scandalo christiane religionis
agebatur Romanis pontificibus pepercit. Huius exemplis ac racioni-
bus hec sancta synodus excitata huius adeo pertinaciam animadvertendi
in eos qui ecclesiam non audiunt, considerans quod expediret tam saluti
anime ipsius domini Eugenii quam statui universalis ecclesie nostris
futuris quoque temporibus, quomodo iam dictum dominum Eugenium actio-
nibus remediis, quando quidem leniora non prosunt, procedere decer-
nit, in tam notorie et incorrigibiliter etiam scandalizantem statu
posset finalem facere sentenciam, nesciens tamen materne pietatis oblivis-
ci, intuitu etiam prefati serenissimi imperatoris, qui per suas litteras
super hoc eos exacte rogavit, ut adhuc ipsum dominum Eugenium caritative
monere ac etiam certam ei indulgere dilacionem proponit, ut in sua pertinacia
sit si velit penam evitare. Quo circa hec sancta synodus prefatum dominum
Eugenium cum omni qua potest instancia et effectu per viscera misericordie
Ihesu Christi rogat obsecrat monet citat et requirit. Et ex parte omnipo-
tentis dei ultimo et peremptorie mandat et precipit ut predictam pre-
sam notorie scandalosam dissolucionem penitus revocet. Et hoc sacrum
Concilium Basiliense per generalium Constanciensis et Senensis Concili-
orum statuta, approbacione quoque felicis recordacionis Martini pape quinti
et ipsius domini Eugenii legittime inchoatum, declaret a tempore huius-
modi inchoacionis continuatum fuisse et esse, prosecucionemque semper huius-
se continuare ac prosecucionem habere debere et ipsi pure et simpliciter adhereat
realiter et cum effectu, et huiusmodi revocacionem declaracionemque et puram
adhesionem per suas litteras more Romane curie bullatas huic sacro
Concilio notificet infra sexaginta dies a die publice presentis sessionis im-
mediate sequentes, quod si predicta omnia et singula infra prefatos dies
a die presentis publice sessionis immediate sequentis, quod si predicta omnia
et singula infra prefatos dies adimpleverit cum effectu, hec sancta sy-
nodus ex sua solita benignitate et clemencia ipsum dominum Eugenium
et suos quantum cum deo poterit honorare et honorari facere intendit.
Si vero quod absit in pertinacia perduraverit omnia et singula predicta inf-

prefatos sexaginta dies realiter et cum effectu non adimpleuerit / ex
pssis dictis sexaginta diebus / ex nunc prout extunc / et extunc prout ex
nunc / hec sancta Synodus in virtute omnipotentis dei a quo super
omnes fideles immediate potestatem obtinet / predictum dominum Euge
nium tamquam manifestum contumacem / et notorie incorrigibilem quod scan
dalisantem ecclesiam / ab omni administratione papatus / in spiritualibus
et temporalibus ipso facto suspendit / et suspensum esse declarat / protes
sura tandem ad ulteriora usque ad sententiam finalem inclusiue / si opus
fuerit / ipso domino Eugenio amplius non citato / prout spiritus sanctus
dictauerit / omnem autem ipsius papatus administrationem / in hijs om
nibus que in temporalibus et spiritualibus ad solum papam "sedem
apostolicam de iure pertinere noscuntur / eadem sancta synodus per
dictum terminum ad se ipsam deuenire et declarat ipso facto esse deuolutam
(Quodque eum casu predicto per ipsum dominum Eugenium lapso dicto termino
ratione papatus factum fuerit et attemptatum / decernit irritum et
inane / quo circa omnes reges principes Comites et alios quoscun
que cuiuscumque status aut dignitatis existant / hec sancta Synodus
monet et requirit / ac eisdem in virtute sancte obedientie et sub
diuini attestatione iudicij mandat / ecclesiasticis vero personis cuiuscum
que dignitatis etiam si Cardinalatus patriarchali aut pontificali pre
fulgeant / sub penis quas ipso facto incurrant excommunicationis
et suspensionis ab omnibus dignitatibus beneficijs et officijs quo
cumque nomine nuncupantur etiam si forent metropolitane aut ca
thedrales ecclesie sue / siue in titulum siue in commendam obtineant / Ciuita
tibus autem gubernatoribus vasallis feudatarijs et subditis ecclesie
ecclesie sub pena priuationis ipso facto omnium feudorum / et aliorum quorum
cumque ~~emunitatum~~ et priuilegiorum et iurium que ab ipsa romana eccle
sia optinent districte precipit / ut prefato domino Eugenio durante
predicta suspensione / pretextu cuiuscumque iuramenti subiectionis
aut promisse fidelitatis nullatenus ratione papatus obediant
Adicit quoque hec sancta Synodus quod si predictus dominus Eugenius
dicto termino sexaginta dierum pendente / aliquas promotiones fecit
ad cathedrales ecclesias vel ecclesiasticas dignitates / vel alia quecum
que beneficia / vel officia in fomentum dicte sue pense dissolutionis /
et eneruationis diminutionis seu impedimentum huius sacri Con
cilij de quo ipsius sacri Concilij arbitrio iudicabitur an facte sue

ut solam

xint in fomentum eadem sancta Synodus huiusmodi sic factas
promotiones cassat irritat et annullat Mandat preterea in virtute
sancte obediencie et sub pena privacionis quam ipso facto incur-
rant omnium suorum beneficiorum et officiorum commendarum pensionum
et graciarum quarumcumque eciam expectativarum omnibus et singulis sancte Ro-
mane Curie Cardinalibus patriarchis Archiepiscopis Episcopis et
aliis eciam prelatis officiariis Curie et clericis quibuscumque in Romana
Curia existentibus cuiuscumque status aut condicionis existant quatenus
in predicto post lapsum dicti termini infra triginta dies proxime et im-
mediate sequentes a curia Romana recedant et demum Cardinales
omnes sub pena predicta ad hoc sacrum Concilium omni mora post-
posita veniant patriarche vero Archiepiscopi et Episcopi et alii prelati
qui de iure vel consuetudine ad generale concilium ire tenentur sub pe-
nis iuris iter suum sine fraude continuando ad hoc sacrum Concilium
arripiant Reliqui vero qui ad generale Concilium non tenentur ve-
nire ad residendum et deserviendum in propriis beneficiis vel ad hoc sacrum
generale Concilium sine morosa dispendio et omni fraude cessante se trans-
ferant et accedant Omnes eciam causas tam ecclesiasticas quam prophanas
Civiles et criminales inter quascumque personas cuiuscumque status condicionis
aut dignitatis existant in curia Romana pendentes lapso dicto termino
sexaginta dierum in casu predicto ab ipsa curia Romana eadem sancta
Synodus ad se advocat et advocatas esse vult expresse Inhibens sub
pena excommunicacionis late sententie omnibus iudicibus auditoribus et commissa-
riis quibuscumque predicte Curie ne post dictos dies in prefatis causis
procedere aut quidquam agere quoquomodo presumant Quidquid enim contra
hanc advocacionem et inhibicionem attemptari contigerit pro iure decernit
irritum et inane Decernit tandem hec sancta Synodus huius decreti
publicacionem in presenti sessione factam eiusque affixionem in valvis
maioris ecclesie Basiliensis habere vim nominacionis citacionis et execu-
cionis et citari universos arctare ac si personaliter apprehensi et eis intima-
tum fuisset Insuper hec sancta declarat et protestatur quod nichilo-
minus dilacione huiusmodi sexaginta dierum pendente cum id rerum
necessitas suadeat et qualitas agendorum in ulteriori prosecucione Conci-
lii et agendorum in eo procedere intendit ordinate debite et mature nec
propterea supersedere aliqualiter in processu Datum Basilee in sessione
publica huius sancte Synodi in ecclesia maiori Basiliensi solempniter

solempniter celebrata tertio Idus Julij Anno a nativitate domini
millesimo quadringentesimo tricesimo tertio

¶ Aliud decretum de Electione et Confirmatione dignitatum
electivarum in eadem sessione duodecima promulgatum

Sicut in construenda domo precipua est architectoris cura ut tale
iaciat fundamentum super quo firmum perducatur edificium ita in generali
ecclesie potissimum est huius sancte synodi studium ut tales ecclesijs pre
ficiantur pastores qui tanquam columpne et bases ipsam etiam doctrine et
meritorum viribus firmiter sustentent Quanta autem in eligendis pre
latis diligencia adhibenda sit officium eius multum evidenter ostendit
Ad regimen enim assumuntur animarum pro quibus dominus noster Jhesus Christus
mortuus est et sanguis eius preciosus effusus propterea sacri Canones
spiritu dei promulgati providere statuerunt ut unaqueque ecclesia ac Colle
gium seu Conventus sibi prelatum eligant Quibus hec sancta Synodus
eodem spiritu congregata inherens statuit et diffinit generales reserva
tiones omnium ecclesiarum metropolitanarum Collegiatarum monasteriorum
ac dignitatum electivarum per Romanum pontificem de cetero fieri
aut facta uti non debere reservationibus in corpore iuris clausis et hijs
quas in terris ~~Humane~~ Romane ecclesie ratione directi seu utilis
dominij mediate vel immediate subiectis contigerit semper exceptis
sed quod per electiones et confirmationes canonicas secundum iuris communis
dispositionem factas predictis metropolitanis cathedralibus monasterijs
et Collegiatis ecclesijs ac dignitatibus electivis vacantibus debite pro
videatur non derogando propterea statutis privilegijs ac consuetudinibus
rationalibus quibuscunque postulationibus in iuris communis dispositi
one remanentibus Decrevit quoque hec sancta Synodus rationi fore
consentaneum et rei publice accommodum ut contra hoc salutare decre
tum Romanus pontifex nichil attemptet nisi ex magna rationabili
et evidenti causa in litteris apostolicis nominatim exprimenda Et ut eo
facilius hoc salutare decretum custodiatur vult eadem sancta Synodus
ut inter alia que Romanus pontifex in sua assumptione profitebitur
iuret decretum hoc inviolabiliter observare Et quoniam tales ut predictum
est oportet esse prelatos hij ad quos ius pertinet eligendi omnem curam
adhibeant ut dignam coram deo et hominibus electionem faciant exactiusque
propterea apponant sollicitudinem ut tales eligant qui tanto officio satisfa
cere valeant Scientes quod si dolose vel negligenter aut timore domini

postposito in re tam gravi se gesserint, sicut auctores erunt et causa
maiorum pastorum, ita participes fiant penarum, quas ipsi tali pasto
res in districto dei iudicio patientur. Et cum humane fragilitatis cona
tus nichil sine omnipotentis dei suffragio queat efficere, a quo
omne datum optimum et omne donum perfectum descendit

Et forma eligendi

Adveniente autem die electionis hii ad quos pontificis vel abbatis spe
ctat electio, in ecclesia conveniant et magna cum devotione missam de spiritu
sancto audituri, quem humiliter exorabunt, ut eos ad dignum eligendum
pastorem inspirare dignetur. Et ut eo facilius ad actum electionis atte
ndant, contriti et confessi sacramentum eukaristie reverenter suscipiant.
Ad locum vero electionis ingressi, pro quolibet prelato qui per electionem assu
mitur iurabunt in manu eius qui capitulo presidebit, et ipse presides
in manibus eorum inmediate sequentis sub hac forma.

Nota iuramentum eligentium

Ego N. iuro et promitto omnipotenti deo et tali sancto vel sancte, sub
cuius vocabulo dedicata est ecclesia, eum eligere quem credam futurum
ecclesie in spiritualibus et temporalibus utiliorem, nec non illi vocem
dare quem verisimiliter sciuero promissione aut donatione alicuius
rei temporalis seu pacti per se vel aliud interposita, aut aliter qualiter
cumque directe vel indirecte pro se electionem suam procurare. Idem iura
mentum prestet consiliarius quoque et committentes qui constituunt procuratores
ad eligendum certam personam, necnon et procurator generaliter ad elige
ndum constitutus, in casibus in quibus secundum iuris communis disposi
tionem in huiusmodi ecclesiis electionis negotio procurator constitui potest,
quod etiam iuramentum prestetur ab hiis in quos contingat super
electione futuri prelati fieri compromissum, qui etiam consiliarii et committentes
tenebuntur. Quod si predicta non fecerint, eligendi pro ea vice sint ipso
iure privati. Deinde eligant in prefatum prelatum virum etatis
legitime, moribus gravem, literatum scientia preditum, in sacris ordi
nibus constitutum, et alias idoneum secundum canonicas sanctiones. Quod
si aliter de alia persona quam ut predictum est aut per symoniacam pra
vitatem electionem fieri contingeret, electio sit ipso iure irrita et ina
nis. Et sic symoniace eligentes preter alias penas perpetuo sint ipso
facto iure eligendi privati. Aliis vero canonicis penis subiaceant.
Symoniace autem electi et qui huiusmodi symoniace electionis

participes fuerint, taliter quod eligentes et confirmati in errorem
tanti criminis, penam ipso facto excommunicationis incurrant, et si
a tali reatu et excommunicatione electi et confirmati absoluti prius
insignitis et dignitatibus ad quas turpiter assumpti sunt, libere resi-
gnaverint, et ad obtinendas quas nephario ingressu adepti sunt
perpetuo reddantur inhabiles. Ad tollendum autem omnem ambicionis ra-
dicem obsecrat per viscera misericordie Ihesu Cristi hec sancta synodus
ac instantissime exhortatur reges et principes comites et alios
quoscumque cuiuscumque gradus, status aut dignitatis existant, ecclesiasti-
ce vel mundane, ne electoribus vel litteras scribant aut preces porrigant
pro eo qui per se vel alium tales litteras vel preces procurabat, vel multo
que minus comminationes impressiones, aut aliud faciant quo
minus ad electionem procedant. Similiter in virtute sancte obediencie
ipsis electoribus precipitur, ne ad huiusmodi litteras, comminationes, impres- vel preces
siones, ut premittitur, quemquam eligere presumant. Facta autem electione
et ei ad quem eius pertinet confirmandi presentata, si appareat contradic-
tus vel se opponens electioni, nominatim vocentur ad videndum
discuti electionis negotium. Et nichilominus generale edictum publi-
cum in ecclesia in qua facta est electio proponatur iuxta constitutionem
felicis recordationis Bonifacii octavi. Comparentibus aliquibus
vel non, nichilominus ipse confirmator ex officio tamquam in negotio inqui-
sitionis procedat, omnem adhibiturus diligenciam ut tam forma electionis
quam merita electi et omnes circumstancie debite examinentur et discuci-
antur, et si electio confirmanda sit vel infirmanda, iudicialiter confirmetur
vel infirmetur. Et ut omnia munde et sine labe ac labis suspicione proce-
dant, non solum ~~exigetur~~ exigetur aliquid quantulumcumque pretium, sed etiam
gratis oblata confirmator ratione confirmationis, sub nomine sub-
iectionis, subsidii, gratitudinis, aut alio colore pretextu cuiusvis cons-
uetudinis aut privilegii per se vel alium recipere nullatenus presu-
mant, notariis autem et scribis qui scripserint in huiusmodi causis
emolumentum aliquod moderatum taxetur, habendo respectum ad la-
borem et operam scripture et non ad fructum prelature seu valorem. Si vero
confirmatores predicti electiones non servatis servandis superius or-
dinatis, et de personis non ydoneis ut premittitur factas, vel alias
per simoniacam pravitatem confirmaverint, eo ipso confirmationes
huiusmodi sint irrite et nulle. Confirmatores autem alias personas
quam supradictum pro ea parte per symoniacam pravitatem aut labe

perpetuo ipso facto eiusque confirmandi sint potestate privati. Et in electores nominatos propter dictum symoniacam labem si eam commiserit et sententiam excommunicationis incurrant eo ipso, a qua nisi per Romanum pontificem preterquam in mortis articulo absolutionis beneficium obtinere non possint. Summum vero pontificem hec sancta synodus exhortatur, ut cum speculum et norma sit omnis sanctitatis et mundicie esse debeat, pro confirmatione eorundem electionum quas ad eum deferre contigerit, nichil penitus exigat aut recipiat. Alioquin si secus faciendo notorie et incorrigibiliter ex hoc ecclesiam scandalizat, futuro concilio deferatur. Pro oneribus autem quecumque pro regimine universalis ecclesie subire oportet, pro sustentatione Romane ecclesie cardinalium et aliorum necessariorum officialium hoc sacrum concilium ante sui dissolutionem omnino debite et congruenter provideat. Et si contingat aliquam circa hoc provisionem non facere, per hoc ipsa sancta synodus non intendit in aliquo preiudicare sancte Romane et universalis ecclesie cardinalium et aliorum ~~necessariorum officialium hoc sacrum concilium ante sui dissolutionem omnino debite et congruenter provideat~~ nec alteri cuicumque. Datum Basilee in sessione publica eiusdem sancte synodi solempniter celebrata tercio idus iulii anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo tercio.

Sessio tredecima

De ulteriori termini prorogatione puta triginta dierum data domino Eugenio pape quarto

Sacrosancta generalis synodus basiliensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam. Dudum siquidem hec sancta synodus volens periculis et gravissimis scandalis que ex prima huius sacri concilii dissolutione per dominum Eugenium papam quartum facta universali ecclesie notorie imminebant salubriter providere, postquam iteratas exhortationes et requisitiones synodi prefate et multorum principum ac dominorum specialiter carissimi ecclesie filii Sigismundi Romanorum imperatoris illustris et eiusdem ecclesie advocati ut dictam dissolutionem revocaret et puram ac simpliciter adhesionem prefate synodo faceret minime profuerunt, tandem iusticie zelo compulsa, et ne morbus huiusmodi in excidium et scandalum intollerabile universalis ecclesie perduraret, die decimatercia mensis iulii proxime preteriti in solempni sessione decretum monitorium sub certis penis et aliis in eo contentis adversus dictum dominum Eugenium papam quartum decrevit, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur.

et est talis Sacrosancta catholica Ecclesia in sacro Constancien
Concilio etc. ut supra in duodecima sessione Cum autem die dicti termini
adueniente solempniter in maiori ecclesia Basiliensi publicam tenere
sessionem sederemus, saluatis saluandis, et ut ipse dominus Eugenius aliqui
pro parte eiusdem comparere, et sacrum Concilium de peticione con-
tentorum in decreto predicto certificare vellet, facultatem habens dilecti
Ecclesie filii Stephanus de Nouaria legum doctor, et Hugo Bacardi
de Forcellis licenciatus in decretis, huiusmodi sacri Concilii promotores,
prefati domini Eugenii contumaciam qui venire per se vel per alium
de adhesione sua pura et simplici vel etiam de peticione omnium et sin-
gulorum contentorum in dicto decreto que facere tenebatur accusarunt
et cum instancia postulauerunt ut ad ulteriora aduersus eum prout exi-
geret iusticia procederemus. Cum autem circa premissa huiusmodi intendere-
mus, dilecti ecclesie filii ~~cardinales~~ Wilhelmus Bauarie dux, huius
sacri Concilii protector, et Johannes Offenburg miles et ciuis
Basiliensis litteras credenciales in eorum personis pro parte dicti carissi-
mi Ecclesie filii Sigismundi Romanorum imperatoris huic sacre sino-
do directas, alias in sancta generali Congregacione exhibitas et in
vim earum explicata repetierunt, quorum expositorum tenor in effectu talis
extitit etc.
Reuerendissimi in Christo patres et domini, mandat vobis illustrissimus
et inuictissimus Romanorum imperator, ut solitas recommendacio-
nes et oblaciones sacratissimo huic cetui exhibeamus sua parte, vestras
non perseuerenciam animi sui circa adhesionem continuo eidem Concilio
faciendam intimamus. Cumque licet notissimum sit, suam serenitatem va-
riis nunciis et oratoribus ac licet litteris continuo dictum dominum Euge-
nium papam quartum super adhesione plenaria sacri Concilii sollicitas-
se et excitasse, etiam se ad ipsum personaliter transferendo, non sine ma-
ximis periculis incommodis et expensis, tamen post habitam noticiam
per litteras sibi presentatas sacri Concilii de decreto monitorio ac suspen-
sionis pena contra ipsum tamen similiter fecisse diligenciam Rome dudum ibi
fuit, ut ad parendum mandatis per sacrum Concilium intimatis signi-
ficaremus. Et cum speraret in eo eum posse proficere. Cumque ut asse-
ruit immemores existere non debetis, de hiis que in sacro Constanci-
ensi Concilio fecit pro vnione ecclesie, et de periculis et incommodis que
subiuit, et que etiam passus est patiturque pro isto, spe eius immediate
eum in vera beneficia recipere debetis merito existimare. Etiam explo

ratissimi sunt comeatus per eum facti ad Castellanum et Gallias
Angliam, pro dicta sanctissima ecclesie unione et novissime ad
Ytaliam pro istius sacratissime synodi felici progressu. Unde hac
fiducia fretus nobis innuxit ut cum maxima instantia pro eius-
dem parte easdem coram reverendissimas dominationes rogarem
et impetraremus ut termino sexaginta dierum domino Eugenio prefixo
in proxima precedenti sessione pro triginta dies in eisdem modis
et qualitatibus, prout prorogare ob sui contemplacionem et singularem
complacentiam dignaremur, quodque sacrum concilium certificaremus
quod de certo interea aliter circa processum ipsius pape petere dilacionem sed
libere permittet sacrum concilium procedi prout dictaverit et ordina-
verit faciendum, et cunctis per sacrum concilium ordinatis et ordinandis
acquiesceret et obtemperabit et quantum poterit inviolabiliter faciet observari.
Et ut in maiori robore hec sancta synodus perseveret indicavimus suam
existere intentionem infra istos triginta dies quos petimus, ubi huiusmodi
prorogatio concedatur, dictam suam sententiam sicut perfectum statim ex
habita notitia prorogationis eiusdem omnes Alamanie principes convo-
care ad hunc locum et cum eis efficaciter insistere ut eidem concilio de-
beant adherere, et insuper ne huiusmodi dilacio sacro concilio vel eius
suppositis aut ipsorum familiaribus possit esse damnosa contentatur
idem imperator quod durante huiusmodi triginta dierum prorogatione
si quid papa attemptaverit per sacrum concilium irritentur et annulla-
rentur. Nos autem intra nostra pectora revolventes eiusdem Sigismundi
Romanorum imperatoris grandia obsequia universali ecclesie impensa
et que in futurum impendi non dubitamus, quamquam huiusmodi dilacio
non mediocriter ex multis causis universali ecclesie onerosa videatur, tamen dictorum
obsequiorum intuitu ac etiam affectu tenentes que per dictos Wilhelmum du-
cem illustrem et Johannem Offenburg militem predicti imperatoris
parte exposita et oblata fuere sincere [illegible] petitionem huiusmodi admit-
tendum decrevimus. Spiritus sancti ergo nomine invocato a quo nutu et
sancta synodus dirigitur in agendis et per cuius gratiam sperat omnia feliciter
perducere ad optatum, dictum terminum sexaginta dierum alias dicto domino
Eugenio pape quarto in proxima ut premittitur solemni sessione precedenti
assignatum ad certificandum sacrum concilium de sua pura simplici et
libera adhesione et dicte presentis dissolutionis concilii revocatione et aliis
que in dicto decreto continentur cum omnibus qualitatibus predictis ac mo-
dis ac quibuscumque aliis dependentibus ab eisdem inibi insertis ad triginta

dierum proxime futuros prorogat / et simul terminum prorogatum eandem
vim executionis et effectum que habebat terminus sexaginta dierum recepte
decernit ordinat et declarat / ac ex nunc statuens et decernens quod si infra
triginta dierum prorogatos idem dominus Eugenius non adimpleverit omnia
et singula in prefato decreto monitorio contenta / ut premittitur absque
alia declaratione facienda / super dicta non paritione et alia qualibet solempnitate
requisita / ad ulteriora procedet / ut in dicto monitorio decreto continetur. Et
proinde omnibus sub prefata suspensione quamdiu duraverit / quousque aliter
fuerit per Concilium ordinatum / et aliis huiusmodi processibus contentis litteras
oportunas / sub bulla sacri Concilii postulantibus per dilectos ecclesie filios
Julianum sancti angeli sancte Romane ecclesie diaconum Cardinalem apostolice
sedis legatum / et huius sacri Concilii presidentem / necnon et alios sacrarum
deputationum presidentes / vel duos ex eis dari et tradendas decernentes quod
ex nunc quod de cetero nulla alia dilatio / ad cuiuscumque instantiam concedatur.
/ Datum Basilee in sessione publica ipsius sancte synodi in maiori ecclesia
Basiliensi solempniter celebrata / tercio ydus septembris Anno a nativitate
domini millesimo quadringentesimo tricesimo tercio

Aliud decretum eiusdem sessionis

De privilegiis incorporatorum cum penarum adiectione

Sacrosancta generalis synodus basiliensis in spiritu sancto legittime con-
gregata / universalem ecclesiam representans ad futuram rei memoriam / Ut sacri Con-
cilii et suppositorum eiusdem indempnitati congrue provideatur / statuit
et decernit hec sancta synodus / quod quecumque per dominum Eugenium papam
quartum / vel alium sua auctoritate in preiudicium / lesionem / derogationem
seu iniuriam / sacri Concilii vel incorporatorum / seu incorporandorum eidem
per se vel procuratorem aut familiarium ipsorum / seu in eorum servitiis ubique
existentium / facta seu disposita fuerunt / a die inchoationis Concilii prelibati
fient quod et disponentur forsitan in futurum / in titulis vel possessionibus
quomodolibet tangentia sive in Cardinalatus aut patriarchatus digni-
tatibus / aut in prelaturis etiam cathedralium et metropolitanarum
ecclesiarum et etiam monasteriorum / vel aliis ecclesiasticis beneficiis prestimoniis / comen-
dis / pensionibus officiis et rebus ecclesiasticis / vel temporalibus
/ et circa ipsas vel alias quomodocumque et qualitercumque / etiam si motu proprio
directe vel indirecte per se vel alium sint ipso iure irrita et inania et pro in-
fectis penitus habeantur. Et ex nunc hec sancta synodus partes lesas
in statum pristinum integre reponit / et mandat per quoscumque iudices com-
petentes / audita querela partis lese et probata incorporatione et servitute
predictis / ipso facto omni exceptione remota / strepitu et figura iudicii

cessantibus omnia in eum eius statum reponi in quo fuerat ante
dictam factam innovationem Et si dictus iudex in tali repositione vel dolose
alias se perperam habuerit ipso facto sententiam excommunicationis in-
currat a qua nisi per sacrum concilium eo durante non valeat absolvi
nec beneficium nisi in mortis articulo obtinere Et ut pene formidine
arceantur qui ambitiose seu temere aliorum prelaturas dignitates
et beneficia ecclesiastica et commendas prestimonia vel pen-
siones seu officia ac eorum bona et iura qualiacumque fuerint occupare
procuraverunt et attemptaverunt seu in futurum procurabunt et attempta-
bunt statuit et decernit dicta sancta synodus quod quicumque clericus
sive laicus quacumque dignitate ecclesiastica vel mundana etiam
si cardinalatus prefulgeat sive sit collegium aut universitas vel mo-
nasterium ab eodem domino Eugenio seu alio sua auctoritate impetravit
seu impetrabit et obtinebit etiam si motu proprio aliquid quod in pre-
iudicium lesionem derogationem seu iniuriam alicuius ex predictis incor-
poratis vel incorporandis aut suorum familiarium et in eorum serviciis
ubicumque existentium vel adherentium huic sacro concilio per se vel procuratorem
valeat redundare si virtute huiusmodi concessionis ad aliquam occupationem
devenerit sit infra decem dies elapsis sexaginta diebus a die publica-
tionis huiusmodi vel postquam ipsius noticiam et indubitatam noticiam ha-
buerit et per partem fuerit requisitus a tali occupatione et turbatione
realiter et pure destiterit et sine occupatione secuta fuerit huiusmodi prefate
concessioni et omnibus secutis ex ea coram notario et testibus renuncia-
verit et rem dimiserit cum effectu et parti lese de perceptis post concessionem
huiusmodi satisfecerit omni iure quod in dictis prelaturis dignitatibus
beneficiis etiam officiis pensionibus commendis prestimoniis et com-
mendis bonis temporalibus et iuribus seu eorum altero quod habet
pretendit sit privatus ac etiam officiis beneficiis quibuscumque que tempore
huiusmodi impetrationis obtinebat eo ipso facto sententiam excommunicationis
incurrat a qua nisi per dictum sacrum concilium eo durante vel eius auctoritate
nisi in mortis articulo absolvi nequeat quoquomodo et inhabilis
ad obtinenda predicta et quecumque alia beneficia vel officia perpetuo sit inha-
bilis Et aliud etiam concessionum executores predictis penis volumus
subiacere Et ut fraudibus que excogitari possent obviemus ex eis datarum
anticipationibus in preiudicium aliorum litere papales vel aliorum
ipsius pape auctoritate sub data ante dissolutionem huius sacri con-
cilii in preiudicium alicuius predictorum tendentes produci possent

nisi ante dictam Concilii dissolutionem fuerunt publicate / eis
nulla fides debeat adhiberi et pro nullis penitus habeantur / da
tum basilee in sessione publica eiusdem sacre synodi in ecclesia maio
ri basiliensi solempniter celebrata / tercio nonas septembris / anno a
natiuitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo tercio

Quibus sic lectis et pronunciatis per eundem dominum Episcopum / an huius
modi decreta prefatis dominis ac patribus de Concilio placerent / gene
raliter responsum extitit per verbum / placet / nemine se ad hec opponente
uel reclamante / tunc prefati magister Stephanus / et alii promotores huius
sacri Concilii de premissis omnibus et singulis modo quo supra
tracta et facta a Reuerendis patribus et dominis sancte sedis apostolice
prothonotariis / et nobis notariis / et aliis in sessione presentibus ad perpe
tuam rei memoriam / petierunt instrumentum assistentibus in testi
monium premissorum

Postremo vero prefatus dominus Dux / protector nomine dicti domini Im
peratoris atque suo de prefata termini prorogatione modo / quo per decretum
factum est dominis de Concilio regratiatus est / et similiter magister Nicolaus / et
non multi alii nomine Concilii et Ciuitatis basiliensis / asserens et af
firmans idem dominus Dux / quod de omnibus que in ipsis decretis modo
lectis continetur certissimus erat / et quod ex huiusmodi dilatione no
uiter data fecerat sacrum Concilium maximam complacentiam domino
suo Imperatori / de quibus etiam prefati magister Stephanus de Nouaria
et alii promotores / similiter pecierunt a nobis notariis publicis
instrumenta / Subsequenter huius prefatus instante supradicto magistro
Stephano de Nouaria promotore Alexander prefati domini Cardina
lis legati et presidentis / ac huius sacri Concilii cursor / huiusmodi de
creta tam prorogationis termini quam etiam pro tuitione suppositorum eius
dem sacri Concilii sub bulla sacri Concilii confecta in ualuis maioris ecclesie
basiliensis / tunc clausis / in more solito affixit / et per spacium compe
tentis temporis affixum dimisit / de quibus ipse magister Stephanus
nomine promotorio a nobis Notariis sibi peciit instrumentum

Sessio decimaquarta

De ulteriori prorogatione termini nonaginta dierum

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legit
time congregata vniuersalem ecclesiam representans / Terminum sexa
ginta dierum datum sanctissimo domino Eugenio pape quarto

iuxta formam monitorii citacionis et suspensionis in sessione du
odecima premulgata ac deinde ad lx dies et postea pluribus
vicibus usque ad presentem diem prorogatum, licet sancta synodus
volens erga ipsum dominum Eugenium dictam mansuetudine et benig
nitate uti tenore presencium ad nonaginta dies a illa die inmediate
sequentes cum omnibus clausulis qualitatibus et condicionibus
in decretis tam monitorii sexaginta dierum quam prorogacionis ad n
ginta insertis prorogat et prorogatum esse statuit, ita tamen quod infra
nonaginta dies omnia et singula contenta in quadam cedula cuius
tenor inferius describitur realiter et cum effectu prefatus dominus
Eugenius non adimpleverit pene in dictis decretis monitorii et pro
rogacionis contente ipso facto incurse sint et esse intelliguntur

Tenor predicte cedule de qua fit mencio sequitur et est talis
Eugenius episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam
Dum mentis nostre integritas ac devotio quam ad universalem
ecclesiam et ad hoc sacrum Basiliense concilium generale gerimus, om
nibus constat evidenter, quoniam tres nostras litteras quarum tenor de verbo
ad verbum inferius describitur et alias quascumque et quidquid per
nos aut nostro nomine in preiudicium aut derogacionem predicti sacri
Basiliensis concilii seu contra eius auctoritatem factum et attem
ptatum et assertum est cassamus revocamus irritamus et annullamus
cassas nullas et irritas fuisse et esse declaramus

Vel sic

Pridem tres nostras litteras in palacio apostolico promulgari fecimus
quarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. Verum cum ex predi
ctis litteris nonnulla scandala orta sint et oriri possent, eo quod ipsas
et alias quascumque aut quidquid per nos in preiudicium aut derogacionem
predicti sacri Basiliensis concilii seu contra eius auctoritatem factum et
attemptatum fuerit seu assertum est cassamus revocamus irritamus
et annullamus cassas nullas et irritas fuisse et esse declaramus

Vel sic in fine adhesionis littere

Quapropter tres nostras litteras pridem in palacio apostolico promulgatas quarum
tenor de verbo ad verbum inferius describitur et alias quascumque et quid
quid per nos aut nostro nomine in preiudicium aut derogacionem pre
dicti sacri Basiliensis concilii seu contra eius auctoritatem factum et
attemptatum sive assertum est cassamus revocamus irritamus

et annullamus cassas nullas et irritas fuisse et esse declaramus, potest prefatus dominus Eugenius eligere unam de predictis formis que sibi magis placuerit

Sequitur forma adhesionis pape

Eugenius episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam. Dudum sacrum generale Basiliense Concilium per generalium Constantiensis et Senensis Conciliorum statuta approbationemque felicis recordationis Martini pape quinti ac nostram pro extirpatione heresum, pace populi christiani ac generali reformatione ecclesie in capite et in membris et pertinentibus ad ea legittime inchoatum, ex certis causis in aliis nostris litteris expressis, de fratrum nostrorum sancte Romane Ecclesie cardinalium consilio dissolvimus. Verum cum ex dicta dissolutione orte sint graves dissensiones et graviores oriri possent, cum nihil quam magis optemus quam quod predicta sancta opera debitum sortiantur effectum, decernimus et declaramus prefatum generale Concilium Basiliense a tempore predicte inchoationis sue legittime continuatum fuisse et esse, prosecutionemque semper habuisse, continuari ac prosecutionem debere habere ad predicta et pertinentia ad ea, perinde ac si nulla dissolutio facta fuisset, quin immo prefatam dissolutionem irritam et inanem declarantes, ipsum sacrum Basiliense Concilium pure simpliciter et cum effectu ac omni devotione et favore prosequimur et prosequi intendimus. Item prefatus dominus Eugenius revocabit quoscumque processus quarumcumque censurarum, privationum et suspensionum factos contra supposita huius sacri Concilii Basiliensis, et adherentes eidem, et etiam omnia gesta et facta in preiudicium lesionem et derogationem eorundem, eis non legittime citatis vel legittime defensis, de quibuscumque dignitatibus beneficiis commendis et officiis etiam si cardinalatus, patriarchatus, archiepiscopatus, episcopatus, abbatie existant, iuribus et bonis quibuscumque. Et specialiter contra reverendissimos dominos cardinales de Cypro, sancti Sixti, et Firmanum, ac omnia in pristinum statum per suas litteras reducet, ac si non emanassent cum clausulis opportunis, mandando sub penis formidabilibus omnibus qui se dictis dignitatibus beneficiis et officiis commendis iuribus et bonis intromisissent, vel ratione dictarum privationum seu quarumcumque ordinationum quarumcumque se vellent intromittere, ut ab ipsa intromissione ac omni molestia penitus desistant. Ubi autem fuerit legittima citatio et defensio, stabitur iudicio ipsius sacri Concilii. Quodque deinceps a novitatibus et gravaminibus seu preiudiciis inferendis ipsi sacro Concilio vel suppositis eius vel adherentibus eidem realiter et cum effectu desistat. Et sit

vera caritas nisi sacrum Concilium et suam sanctitatem / ad dei honorem
et ad utilitatem universalis Ecclesie / sine aliqua rancore / aut suspicione
consistere exultat Et ut ipse dominus Eugenius possit cognoscere puritatem re-
ctam sacri Concilii intentionem / et veram caritatem / quam erga ipsum habet
et habere in futurum intendit / oblationem alias factam in responsione data
prioribus ambasiatoribus ipsius domini Eugenii / que incipit Cogitati-
onem habet sancta Synodus etiam alia addendo recipit in hunc dumtaxat
modum ut si quid culpe commissum est attemptando dissolutionem ac
in confectione et publicatione trium bullarum in revocatione / per dominum
Eugenium fienda contentarum / sacrum Concilium penitus abolet / dummodo
ipse dominus Eugenius omnia et singula supius contenta / realiter et cum
effectu adimpleverit et infra terminum in presenti decreto ultime pro-
gationis statutum / eidem sacro Concilio per suas autenticas litteras significa-
verit / quod si fecerit nemo erit eorum qui pedes eius et beati Petri
non osculetur / qui enim est vicarius Christi non honoret Erit Concilii capud
omnes ad eum respicient / omnes ei complacere obsequi et quantum cum
deo poterit deservire curabat / Offerimus etiam quicquid dici vel cogitari
potest nos fidelissime facturos / quantum cum deo fieri poterit pro omni ho-
nore et statu tam sue sanctitatis et omnium suorum / Datum basilee in
sessione nostra publica eiusdem sancte Synodi in Ecclesia maiori ba-
siliensi solempniter celebrata sexto idus novembris Anno a nati-
vitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo tertio

Publicato et lecto huiusmodi decreto ac interrogatione facta a sancta
Synodo / an presens decretum eidem Synodo placeret / respondit sancta Sy-
nodus / placet / Super quibus promotores sacri Concilii a dominis pro-
thonotariis et notariis huius sacri Concilii fieri pecierunt publica
instrumenta / Notarii vero Concilii rogaverunt et requisiverunt Serenis-
simum dominum Imperatorem et Illustrissimum principem dominum Guilhelmum
ducem Bavarie / alios que illustres principes nobiles marchiones
Comites barones et Clientes in testes /

Sessio decimaquinta

Sacrosancta generalis Synodus basiliensis in spiritu sancto legi-
time congregata universalem Ecclesiam representans ad perpetuam
rei memoriam / pridem hec sancta Synodus quoddam promulgavit decretum
pro stabilitate et robore generalium Conciliorum / quorum frequens cele-
bratio precipua est agri dominici cultura Verum cum ad eandem cul-

curam non dubium sit pertinere Episcopales Sinodos et Concilia
provincialia prout veteres Canones decreverunt frequentari Ideo eadem
sancta Sinodus antiquos et laudabiles mores nostris cupiens tem
poribus observari Statuit atque precipit Sinodum Episcopalem in qualibet
Diocesi post octavas dominice resurrectionis vel alia die secundum consuetudi
nem diocesis ad minus semel in anno Ubi non est consuetudo bis annuatim
celebrari per diocesanum propria in persona nisi Canonico impedimento
fuerit prepeditus et tunc per vicarium ydoneum Que Sinodus saltem
triduo vel biduo duret vel prout initium Episcopo visum fuerit Ex
primatur autem dies Conventionis Diocesano et omnibus aliis
qui huiusmodi Sinodo interesse tenentur Infra missarum solempnia
vel post Diocesanus vel alius eius nomine verbum dei proponat exhor
tando omnes ad bonos mores sectandum abstinendumque a viciis
et ad ea que pertinent ad ecclesiasticam disciplinam et officia singulorum
Et presertim ut hii quibus cura animarum commissa est diebus dominicis
et aliis solempnibus plebem subiectam doctrinis et monitis salu
bribus instruant postea legantur statuta Synodalia et provincialia
et inter alia aliquis compendiosus tractatus docens quomodo sacra
ministrari debeant et alia utilia pro instructione sacerdotum Deinde ipse
Diocesanus de vita et moribus subditorum solerter inquirat labem sy
moniace pravitatis contractus usurarios concubinatum fornicationes
et alia queuis crimina et excessus debita correctione cohibeat Alienationes
rerum ecclesiasticarum a iure prohibitas removeat abusus Clericorum et
aliorum subiectorum qui circa divinum officium delacione debiti habitus
deferunt in melius reformet et emendet Et quia multa scandala se
pe contingunt ex eo quod constitucio Bonifacii pape octavi que incipit pe
riculoso edita super censuris monialium non servatur Studeat ipse
Diocesanus ut omnibus iuxta ipsius constitutionis tenorem execucioni de
mandetur Necnon et quilibet religiosi diocesano subiecti regulas et
constitutiones suarum religionum presertim ut ab eis omnis proprietas abdi
cetur inviolabiliter observent Et etiam in receptione ipsorum ad religionem
quicquam per symoniacam exigatur Precipua autem in ipsa Sinodo
Episcopi cura sit inquirere ac debitis remediis obviare ne aliquod
dogma hereticum erroneum aut scandalosum seu piarum aurium offensivum
sortilegia divinationes incantationes superstitiones et alia dyabolica
figmenta diocesim suam inficiant Instituantur preterea testes Sy
nodales viri graves providi et honesti legis dei zelum habentes
iuxta diocesis latitudinem in numero competenti aut alii eorum pluralitate

Tercius

habentes ubi alii ad hoc non sint instituti qui si diocesano minus
ydonei videantur eos amovendo ~~eos amovendo~~ alios prout ei vi
debitur expedire instituat. Hii autem in manibus ipsius diocesani ve
sui vicarii iurare teneantur, ut tradit Canon. Episcopus in synodo, qui
per annum circuitum lustrantes ipsam diocesim que corrigenda vel reforma
da viderint. illis ad quos talia corrigere vel reformare pertinet refe
rant. que nisi correcta vel reformata iam fuerint, ad synodum subse
quentem perferent. in qua debitis remediis occurratur. Sed et preter illa
que a testibus synodalibus vel aliis eorum officium exercentibus dio
cesanus audierit inquirat. et ipse diligenter de criminibus suorum subdi
torum excessibus et talibus in delinquentes insurgat correctionis de
bita disciplina. ut aliis malignari volentibus transeat in exemplum
Celebretur quoque in singulis provinciis saltem infra biennium a
fine Concilii generalis. et deinde admodum semel de triennio in trien
nium provinciale Concilium in loco tuto in quo tam archiepiscopus quam suf
fraganei omnes et alii qui in huiusmodi Conciliis provincialibus
interesse teneantur debite vocati intersint. Qui si Episcopus canonico
fuerit impedimento detentus. procuratorem suum destinet non solum
ad excusandum et probandum absentie causas. sed etiam ipsius nomine
in Concilio interessendum suscipiendum quam quidquid Concilium
decreverit statuendum. Alioquin ipse Episcopus a perceptione ~~dimid~~ dimidie
tatis fructuum tocius anni sue ecclesie. qui persone in ipso Concilio de
putandam in ipsius ecclesie sue fabricam effectualiter committuntur eo ipso
sit suspensus. Alii vero venire negligentes Concilii arbitrio puniantur
aliis iuris penis in suo robore duraturis. Concilio autem generali du
rante et per sex menses ante huiusmodi provincialia non celebrentur
Porro in huiusmodi inchoacione Concilii provincialis ipse metropo
litanus vel alius eius nomine infra missarum solempnia vel post
exhortatorium sermonem faciet ea que ad ecclesiasticum statum et precipue ad
pontificale officium pertinent. seriose memorando comminandoque sin
gulis iuxta prophete sententiam Si eorum culpa cuiusque anima perierit
ipsius sanguis de manibus eorum a domino exigetur. precipue cum de
fiat nominatio exacta. ut dignis et bene meritis quorum vita testimonio
sufficienti nota sit. ordines et beneficia sine ulla symoniaca labe
conferant. Et super omnia ut in animarum cura committenda summa
diligentia et matura inquisitio adhibeatur. et ut bona ecclesiastica
nullatenus ad usus illicitos quinimmo ad honorem dei ecclesiarum con
servatione habendo secundum sacros Canones precipue curam pauper
um et indigentium laudabiliter committant. Scientes quod de hiis omnibus

apud tribunal eterni iudicis usque ad minimum quadrantem racio-
nem reddituri sunt. In quibusquidem Conciliis de corrigendis
excessibus in moribus quoque subditorum reformandis et precipue qualiter
Episcopi in conferendis beneficiis confirmandis electionibus mi-
nistrandis ordinibus deputandis confessoribus predicando ad populum
et puniendo excessus subditorum observacione quoque Episcopalium Sino-
dorum ceteris quoque ad officium Episcopale et iurisdictionem eorum in spiritua-
libus et temporalibus quomodolibet spectantibus se gesserint. Et
presertim a Simoniaca labe manus innoxias fuerint diligens
inquisicio secundum iuris disposicionem fiat, ut omnes qui in premis-
sis deliquisse comperti fuerint per ipsum Concilium corrigantur et
puniantur. Simili modo de ipso Metropolitano circa omnia supra-
dicta diligenter inquiratur, cuius excessus et defectus ipsum Concilium
eidem specialiter exprimat ipsum admonendo et obsecrando, ut
cum aliorum pater censetur et esse debeat, a talibus omnino desistat
Et nichilominus inquisicionem de ipso habitam et conscriptam redactam
ad Romanum pontificem vel ad alium eius superiorem siquem habe-
at sine mora transmittat, ut ab eo punicionem et reformacionem susci-
piat condecentem. Inter cetera si que discordie, contenciones et in-
imicitie inter quoscumque viguerint, que quietem et tranquillitatem pro-
vincie possent perturbare, curet omni studio sacrum Concilium illa seda-
re et more piorum patrum ad pacem concordiam quoque filiorum vigilanter
intendat. Et si inter regna provincias seu principatus huiusmodi dis-
cordias suscitari contingerit, mox sancti dei antistites Concilia
provinciarum suarum simul congregari procurent et sibi invicem
consilium et auxilium impendentes, cunctarum discordiarum fomenta
amputare studeant. Nec sit aliquo amore neque odio pretermittunt
sed ad dei solium et salutem populi mentis oculos dirigentes ad
hoc sanctum pacis opus omni tepiditate semota invigilent. Cogi-
tentur insuper in provinciali Sinodo que immediate generale Conci-
lium subsequentem antecedit omnia que in eodem generali Concilio
visa fuerint prosequenda ad dei gloriam ac provincie commodum, salute-
que populi cristiani, ibidem eligantur qui ad proximum generale Con-
cilium vice totius provincie debeant proficisci, quibus per subsi-
dium vel alias provideatur prout de iure et Consilio provincialium
visum fuerit expedire. Ita tamen quod illi qui ultra personas ut pre-
dictum est deputatas ad ipsum Concilium generale accedere vo-

fuerint aut eorum Clerus nullatenus propterea conveniantur. Et eligantur
in uno quoque provinciali Concilio qui secundum Canonicas sancti
ones in eisdem lege prescribuntur ut ea inviolabiliter observentur et
transgressoribus pene debite inferantur. Et si metropolitanum seu
diocesanum predictis terminis in celebrandis provincialibus et Episcopali
bus Synodis cessante legittimo impedimento negligentes fuerint.
medietatem omnium fructuum et bonorum obvencionum racione suarum
Ecclesiarum ad eorum pertinentium subeant ipsarum ecclesiarum applicandam
dum corpus amittant. Qui si in eadem negligencia per tres primos
menses perseveraverint. Quibus transactis temporibus sub antedi
ctis penis antiquior in provincia ordine Episcopus ipsius metro
politani Episcopi aut maior dignitate post pontificalem in sancta
constitutus nisi ad alios forsan de consuetudine vel privilegio per
tineat negligentiam in celebrandis predictis provincialibus et Epi
scopalibus Synodis supplere teneantur. Iubet insuper sancta Synodus
omnibus prelatis religionum et ordinum quorumcumque ad quos celebra
re Capitula pertinet ut illa statutis temporibus sub predictis pe
nis servent et servari faciant in quibus secundum Canonicas
sanctiones et religionum et ordinum reformationem reformationem
intendant constitutiones cum omni studio et diligencia ad certam
singularum religionum et ordinum reformationem intendant. Ita ut
deinceps in singulis monasteriis iuxta proprias regulas et constitu
ciones debite regularis vigeat observancia. Et precipue ut tria sub
stancialia professionis vota omnino observentur. Per premissa autem
sancta Synodus non intendit iuribus quorumcumque quomodolibet
derogare. Datum Basilee in sessione publica eiusdem sancte Synodi
in ecclesia maiori Basiliensi solempniter celebrata sexto kalendas decem
bris Anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo
tertio Et

Sessio decima sexta

Bulla adhesionis domini nostri Eugenii pape Quarti

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legi
time congregata universalem Ecclesiam representans ad perpetuam rei me
moriam litteris sanctissimi domini Eugenii pape quarti more Curie
Romane bullatas ac per nonnullos sancte Romane Ecclesie cardina
les subscriptas quarum tenor de verbo ad verbum inferius describitur
huic sacro Concilio in generali Congregatione per reverendos

[illegible]

Johannem Archiepm Tarantinum et Cristoforum Cerwien
Epm oratores suos pntatis et lectis examinatis qz et diligent
inspectis eadem sancta Synodus determi et declarat prefatum
dnm Eugenium per predictas lras plenarie satisfecisse monitoi
Citacom et requisicom huius sacri Concilij prout in decreto
in quartadecima sessione pmulgata et sicut in cedula in eodem
decreto inserta continetur ipas qz lras approbat admittit et acce
ptat ratas qz habet et gratas et sic ab omnibus haberi vult mam
dans dictarum lrarum transsumpta sub bulla sacri Concilij dari
debere omnibus habe volentibus quibus transsumptis eande
fidem dari determi que ipis lris originalibus adhibetur

Tenor vero dictarum lrarum sequitur et est talis

Eugenius Epus seruus seruorum dei Ad pptuam rei memoriam
Dudum sacrum generale Concilium Basiliense per generalium
Constanciense et Senen Conciliorum statuta ordinationesqz feli
cis recordationis Martini pape quinti ac curam pro extirpatione
heresum pace populi cristiani ac generali reformatione ecclesie
in capite et in membris et ptinentibus ad ea legittime inchoatum
et certis temporibus in alijs nris lris expressis de fratrum nrorum
sancte Romane ecclie Cardinalium consilio dissoluimus verum cum
ex dicta dissolutione orte sunt graues dissensiones et grauiores
oriri possent Nichil qz magis optemus quam qz predicta sancta
opera debitum sortiantur effectum de Consilio et assensu venera
bilis fratris Johannis Jordani Episcopi Sabinen et dilectorum fi
liorum nrorum Anthonij sancti Marcelli Francisci sancti Clementis
Anglotti et sancti Marci presbiterorum ac Lodowici sancte Marie
in Cosmedin et Ardecini sanctorum Cosme et Damiani Dyaconorum
sancte Romane ecclie Cardinalium decernimus et declaramus prefa
tum generale Concilium Basilien a tpe sue predicte inchoacionis
legittime continuatum fuisse et esse prosecucomqz semp habuisse continuam
ac prosecucom semp habere debere ad predicta et ptinentibus ad ea
perinde ac si nulla dissolucio facta fuisset quinymo prefatam
dissolucom irritam et inanem de consilio et assensu simili de
clarantes ipm sacrum generale Basilien Concilium pure simpli
citer et cum effectu ac omni devocione et fauore prosequimur et pro
sequi intendimus preterea ut mentis nre integritas ac devoco
quam ad vniuersalem ecclesiam ac sacrum generale Concilium

Basiliense generalis omnibus constat evidenter duas nostras litteras pridem in palatio apostolico promulgatas, nam tertias quarum tenor de verbo ad verbum inserimus describitur, que dicuntur emanasse, de quibus novit tamen de nobis aut de statu nostro nunquam emanarunt, licet superfluum videatur quod non extat revocare, tamen quia petitum est ut ad cautelam si ullo unquam tempore apparerent et alias quascumque et quidquid per nos aut eorum nomine in preiudicium aut derogationem predicti sacri Basiliensis Concilii seu contra eius auctoritatem factum et attemptatum seu assertum est revocamus irritamus et annullamus, cassas et irritas fuisse et esse declaramus. Item revocamus quoscumque processus quarumcumque censurarum privationum et suspensionum factas, contra supposita huius sacri Concilii et adherentes eidem, necnon omnia gesta et facta in preiudicium lesionem et derogationem eorumdem" quibuscumque dignitatibus beneficiis commendis et officiis, etiam si Cardinalatus patriarchatus archiepiscopatus Episcopatus existant iuribus et bonis quibuscumque. Et specialiter contra Cardinales de Cypro sancti Sixti et Firmanum, ac omnia in pristinum statum per presentes reducimus, perinde ac si non emanassent cum clausulis opportunis, mandantes sub penis formidabilibus omnibus qui se de dictis dignitatibus beneficiis commendis officiis iuribus ac bonis intromisissent, vel ratione dictarum privationum seu quarumcumque ordinationum quarumcumque se vellent intromittere, ut ab ipsa intromissione et omni molestia penitus desistant. Vere autem legittima fuerit citatio et defensio, stabitur iudicio ipsius sacri Concilii. Nos autem deinceps a novitatibus et gravaminibus seu preiudiciis inferendis ipsi sacro Concilio vel suppositorum eius et adherentibus eidem realiter et cum effectu desistimus

" cum hoc tamen citatis / vel tamen defensis / de quibus.

Prima bulla revocatoria

Eugenius Episcopus servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam. Inscrutabilis divine providentie altitudo, ad hoc nos maxime potestatis desuper plenitudine tradita, super commissum gregem dominicum presulem constituit, ut ad removendum atque extirpandum de agro domini vepres, ex quibus possent Ecclesie sue sancte et christiane reipublice dissensiones et scandala ~~pervenire~~ provenire cura assidua et pervigili intendamus. Hinc cum dudum ex certis et rationabilibus causis Concilium quod nonnulli Basilee congregatum esse

dicebant dissoluentes illud ad Ciuitatem nostram Bononiensem
duximus commutandum postque assentientibus dictis causis prefatum
Concilium in ipsa Ciuitate Basiliensi decreuimus per nostros le-
gatos qui ibidem nostro nomine presiderent continuari debere
prout in diuersis desuper confectis litteris nostris plenius continetur
Cum autem ipsi qui Basilee congregati erant prout sunt etiam
post dissolucionem et decretum nostrum huiusmodi ac etiam ante
aduentum dictorum legatorum nostrorum non ad communem vtilitatem
sed ad priuatas passiones intenti in illa ex auctoritate sedis apo-
stolice suffulta in multa et grauia etiam preter illa tria propter que fu-
erat ibidem principaliter a principio Concilium institutum tamquam
haberent generalis Synodi nobis etiam contradicentibus pote-
statem disponere ordinare statuere sancire declarare et mandare
presumpserunt in nostrum sedis apostolice et venerabilium fratrum
nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium et aliorum nobis adhe-
rentium graue preiudicium preter et contra sanctorum patrum decreta
et Canonicas sanctiones Nos attendentes quod omnia que per eos sic
preperam statuta facta et ordinata existant si sub dissimulatione et
silencio preterirent in magnum atque euidens ecclesie preiudicium et
apostolice sedis et graue scandalum plurimorum verisimiliter redun-
dare possent Cum non ad reformationem sed ad deformationem non ad vnita-
tem sed ad scissuram ecclesie non ad hereses tollendas sed extendendas non ad
pacem fidelium sed ad discordiam seminandam spectare videantur Ac propterea
volentes prout ex debito pastoralis tenemur officii quantum altissimus
permiserit futuris scandalis celeri remedio prouidere omnia et singula
facta gesta et ordinata sancita decreta et declarata per prefatos Ba-
silee congregatos et existentes citationes processus et sententias statuta
et decreta que de nobis seu contra nos iura et libertatem nostram et sedis
apostolice vel venerabiles fratres nostros sancte Romane Ecclesie
cardinales seu ipsorum aliquem ac prelatos quoscumque siue Curiales
aut Romanam curiam sequentes vsque in presentem diem facere statuere
attemptare et ordinare hactenus presumpserunt et que vsque ad accessum
ipsorum legatorum ad supradictam Ciuitatem Basiliensem et in ipso Con-
cilio presidentiam quomodolibet per eos in futurum fient agentur ordina-
buntur sancientur attemptabuntur et mandabuntur excepto

illis qui in ~~omnibus~~ quibus eis per litteras nostras facultatem conces-
simus irrita esse et inania, nullumque effectum debuisse aut debere
sortiri auctoritate apostolica de consilio et assensu prefatorum
fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium tenore presentium de-
claramus et decernimus, ac promissiones huiusmodi volumus et mandamus
ipsa quoque et maxime legationes in terris ecclesie creationes et ordina-
tiones · officialium · beneficiorum · collationes ac omnia et singula
inde secuta vel que in posterum consequi possent ex nunc pre-
fata auctoritate tum de facto processerunt de potestatis apposto-
lice · plenitudine cassamus, irritamus · et annullamus, ac nullius
esse decernimus roboris vel momenti, districtius inhibentes
omnibus christifidelibus ne decretis ordinationibus mandatis fa-
ctis et gestis huiusmodi modo aliquo pareant vel intendant aut
pro talibus reputent, declarantes omnes et singulos cuiuscumque status
gradus vel preeminentie existant si etiam imperiali regali Car-
dinalatus sive quavis alia ecclesiastica sive seculari prefulgeant digni-
tate nullo vinculo iuramento promissionis pacti aut conventionis
predictis facte quomodolibet se teneri. Nulli ergo omnino hominum li-
ceat hanc paginam nostre declarationis constitutionis voluntatis
mandati cassationis irritationis annullationis et inhibitionis
infringere aut ei aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem
hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et be-
atorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Rome ap. sanctum pe.

Secunda bulla renovata Anno etc. 33 · x · kl. Augusti · po. nostri · anno tercio

Eugenius episcopus servus servorum dei Ad futuram rei memoriam
In arcano cure mentis sepissime cogitantes, quod nisi super-
invalescenti hominum malitie qui ecclesiam dei variis quesitis colo-
ribus perturbare conati sunt, nisi auctoritas Romanorum pontificum
restitisset dimissa in ecclesia dei scandala emersissent, non solum debitum
sed etiam utilem reputamus, ut nos quoque ea que in ecclesie scandalum
nostrumque et sedis apostolice contemptum et detectus fieri conspicimus
debitis remediis compescamus. Hanc cum ad noticiam nostram nu-
per premissum quoddam decretum pridem ab hiis qui Basilee sunt congre-
gati, qui se asserunt generale Concilium representare factum sub da-
to tercio nonas Iulii anno a nativitate domini millesimo qua-

ducentesimo tricesimo tertio emanasse in quo inter cetera contineri
videbatur nos infra sexaginta dierum spatium ductos congregatis prius
et simpliciter adherere debere venerabilibus ac fratribus sancte Romane
ecclesie cardinalibus tunc quibuscumque in Romana curia existenti-
bus mandata dictabatur, ut post ipsum terminum lapsum infra viginti
dies proxime sequentes · sub pena privationis omnium beneficiorum
suorum commendarum · pensionum · officiorum · et graduum quorumcumque
quam incurrerant ipso facto Romanam curiam relinquerent omnesque
insuper causas in ipsa curia pendentes · ad se eo casu advocabant ·
prout hec et nonnulla alia in ipso processu debent nobis cura officii
pastoralis astricti / ad tuendam eiusdem sedis apostolice auctori-
tatem cardinalium quoque patriarcharum archiepiscoporum episco-
porum prelatorum et officiariorum · et aliorum curialium predictorum
asserentium ipsius decreti ex defectu potestatis condentium ac etiam hac parte
supplicantium ut super premissis providere vellemus gravi querela
commoti auctoritate domini nostri Jhesu Christi · qui nos suum in terris
constituit vicarium ac de potestatis sue plenitudine pronunciamusque ·
decernimus et etiam declaramus · premissum assertum decretum ac
omnia et singula in eo contenta vel inde secuta · nullum et inane
penitus extitisse vel existere nulliusque auctoritatis roboris vel mo-
menti · ipsumque et quecumque in eo comprehensa eadem auctoritate
revocamus cassamus irritamus · et pro infectis haberi volumus
et mandamus / decernentes insuper et etiam statuentes processus
omnium beneficiorum · dignitatum · pensionum · commendarum seu titulorum
quorumcumque collationes · et dispositiones · quascumque in vim eiusdem
decreti quomodocumque · et qualitercumque · factas et fiendas et omnia inde
secuta notorio nullius extitisse nec existere roboris et firmitatis
Mandamus insuper omnibus et singulis christifidelibus ecclesiasticis
et secularibus cuiuscumque dignitatis status conditionis existant
etiam si imperiali regali cardinalatus patriarchali et quavis alia
prefulgeant dignitate · sub anathematis pena ac privationis
quam contra facientes incurrere volumus ipso facto dignitatum
beneficiorum et officiorum suorum quorumcumque ac inhabilitationis
ad illa seu alia in posterum optinenda / ne cardinales patriarchas
archiepiscopos episcopos prelatos officiarios clericos et alios ·

Decreto · dicte plenitudinis contineri · nos eximendi · nob

Romanam curiam sequentes in eorum bonis seu rebus ecclesiasticis
beneficialibus spiritualibus vel temporalibus occasione prefati decreti per-
turbent quomodolibet vel molestent vel ea facientibus prestent
auxilium consilium vel favorem, pari quoque pena illos qui auctori-
tate seu occasione quacumque ea aut eorum aliqua ausi fuerint atte-
mptare volumus subiacere, inhabilitantes eos ad quascumque dignitates
honores · officia · et beneficia in posterum optinenda, supplentes ex ea-
dem potestatis plenitudine omnes defectus si qui forsan intervene-
rint in premissis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam
nostre pronunciationis · constitutionis · declarationis · renovationis · cassa-
tionis irritationis voluntatis mandati statuti inhibitionis et
suppletionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et
beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Da-
tum Rome apud sanctum Laurencium in Damaso anno incarnatio-
nis domini millesimo quadringentesimo tricesimo tercio

Tercia bulla revocata

Eugenius episcopus servus servorum dei universis christifidelibus sa-
lutem et apostolicam benedictionem. Deus novit secretorum
omnium optimus perscrutator quod usque adeo sincere et diligenti stu-
dio procuravimus ne sacrilegium scisma in dei ecclesia nasceretur
quod pauci ~~ne sacrilegium scisma in~~ etiam Romane ecclesie
cardinales Basilee convenientes ipsum verisimiliter possent, si ab
inceptis non desisterent, inducere. Quos etiam ad illa humiliando
ut scandala vitarentur, ac ipsis plurima permittendo ad que de iure
minime tenebamur, credentes ut exinde parati pacis et tranquilli-
tatis inter nos et ipsos, immo generalis in christiana religione oriretur,
que non profuerunt sine prodesse possunt per quos pie mansuete ac
modeste cum ipsis dicta et gesta, ut potest notorie animadvertere
christicola quilibet orthodoxus. Quid ipsi velint a sancta sede apo-
stolica scindere et divinum corpus dominicum · id est · sanctam unicam
ecclesiam christi tunicam inconsutilem lacerare ac scissuram pestiferam
in ecclesia consuere. Nos qui Petri successorem legitimum licet immeritum
pro posse considerare quas res hactenus christiane religionis

principibus patefacere non curavimus sperantes nostra cum man
suetudine et patientia omnia ad debite iustitie semitas posse
deducere, at ipsos ab eorum conatibus et erroribus revocare. Sed
heu proh dolor nimium iste morbus eorum cancerosus invaluit
et quottidie invalescit, quia nostra clementia et nimia benignitas
ipsos contra nos quottidie reddit magis elatos. Et cum eorum
desideriis condescendentes mandavimusque iterum debere Concilium Ba
silee celebrari, ipsi tamen qui nobis opido sunt infesti, et quod
tollerasse et ipsorum suarum contra sedem apostolicam rebellionum in
dulgentiam obtinuisse non prosunt, eorum tamen intentionem execucioni
gaudent et cupiunt precipue demandare. Nos falsis variis criminibus
impetentes ut valeant nos inhumaniter in omni pontificali potestate
nos perturbare. Quorum callide dicta et gesta opus est refellere ne fal
sis detractionibus de nobis confictis valeant cristianam commovere
religionem, at omnibus cristifidelibus eorum dicta gesta et facta
horrenda sapere posse in futurum scisma et pestiferam heresim osten
damus nostris hiis litteris singulatim eorum obiectis respondentes.
Obiciunt igitur primo de nobis oblaquentes quod scandali et pertur
bationis causa in ecclesia dei introducendi operam conati fuimus
sacrum Basiliense Concilium dissolvere, quodque ecclesiam universalem etiam
conturbavimus, nec sine consensu Concilii dissolutionem illam facere
valuimus, que cuncta veritati iuris et facti penitus sunt adversa.
Cum primo numquam nostra fuit aut erit intentio sacrum dissolvendo ex
inanire concilium, at nolle secundum Constantien et Senen statuta
Conciliorum sacram ipsam synodum celebrare in qua perfide heresis
evellerentur et deo militantium in ecclesia reformarentur mores improbi
ac alta pax et dulcis tranquillitas cristiano populo traderetur, imo potius
incedit et resedet cordi nostro, et hiis de rebus cupientes ut ipsum per
apostolice nostre ~~solerciam~~ solercie studium finem debitum consequeretur
In nostre assumptionis principio ad summum apostolatus apicem man
davimus per dilectum filium Iulianum sancte Romane ecclesie sancti
Angeli diaconum Cardinalem ibidem Basilee sanctam synodum
celebrari. Rerum quam pro synodum ut in aliis nostris litteris continetur cristi
colis palam facere, iustis de causis ex parte etiam non nullorum tunc
Basilee convenientium per dilectum filium Iohannem Pulcripatris

hec tam sa[illegible]
[illegible] negoti[illegible]
[illegible] potissim[illegible]
intendit [illegible]

ipsum oratorem per vos specialiter deputatum Nos informati
veridica relacione percepimus quod Basilee protunc sine ~~[illegible]~~ mag(n)o
temporis intervallo ipsius sancte sinodi celebracio non videbatur
esse possibilis Concilium ipsum penitus non dissolvimus ut ipsi non
bene interpretati sunt sed ad nostram civitatem Bononiensem Co-
mutavimus Ipsumque in sua essencia consistere volumus Hec a Ba-
siliensi civitate solum absolvimus Quare nos inmerito criminan-
tur scandali in ecclesia dei introducendi causa ipsum Concilium
dissipavimus Cum ipsum a basilea commutare necessitatibus urgen-
tibus coacti fuimus Et quoniam ne ipsas nobis causas per prefatum
oratorem intimatas inficiari non verentur Orbi tamen toti
notissimum est illas causas celebrandi concilium impedituras extitisse
Verum spacium fere octo mensium effluxerunt postquam ipsa iniciari
debuit sancta sinodus Nec adhuc Basilee tres convenerunt
Episcopi aut alii in toto mundo duo prelati Regumque et principum
procuratores sine quibus nulli adherant Cum quibus de Grecorum
pactacione sive concordia possent aliqua pertractari Et in
conciliis primum requiritur Decens est doctorum atque magistrorum
fere nulli intererant qui hereticorum versuciis resistere possent
ac arguta eorum et sophistica sciencie refellere et confutare
loquitur eciam ipsa civitas Basiliensis minime tutus videbatur Tum
propter armatam insurgentem heresim Bohemorum Tum propter subortam
guerram inter dilectos filios nobiles viros illustres Burgundie et
Austrie duces Hiis igitur et aliis iustis et legittimis
de causis non causa scandalisandi clerum sive erroris stu-
dio confingendi de ipsorum cardinalium plurimum consilio et asse-
su qui tunc Basilee convenerunt et hanc mutacionem dampnat
illam fecimus presertim et tunc hiis de causis moti quoniam sperabamus
quod in ytalia existente carissimo in christo filio nostro Sigismundo
Romanorum tunc Rege vos facilius ambo potuissemusque
Bononie convenire Adessentque ibidem Bononie celerius tunc
prelati et principes in numero copioso sine ipsorum procuratores et
[illegible] cum quibus melius et graviori maturitate singula in eo
[illegible] agenda expedirentur Et maiori cum reverencia ab omnibus
[illegible] fidelibus reciperentur quam illa que per paucos Basilee
dementes sicut forsitan contigissent Presumunt Basilee co-
gentes ipsam mutacionem reprobare Cumque ipsi quidam
oratores precipue dampnant nam eorum gesta [illegible] plurimi fuerunt
quorum tunc eciam gravissima corporali infirmitate gravati Cum
ipsam dissolucionem et translacionem ipsam promovebant suadebant
ac ipsam esse efficere studuerunt nobis precipue ad memoriam re-
ducentes et eius racionem complectentes quod dum eramus
in minoribus constituti una cum ipsis et aliis fratribus nostris

sancte Romane ecclesie cardinalibus voto et iuramento nos
astrinxerimus quod in illo loco Concilium teneremus in quo maiori
parti Cardinalium magis expediens videretur Cum basilee non
speraretur posse Concilium celebrari temporibus autem decretis
iam sine tempore instante et impedimentis subsistentibus circa
ea enarrate sit quod ipso Commutacionem sive translacionem necessariam
esse dicentes et ut alio in loco transferremus sedule requirentes
Tandem fuit causa finalis ut ipsam translacionem sive commuta
cionem faceremus quam tamen ~~iustam~~ instam fuisse et nobis soli cum
venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinali
bus facere licuisse prout egimus etiam absque alicuius consensu Con
cilii nemo satis mentis debet ambigere Nam et si Canon Con
stanciensis Concilii qui incipit Frequens ab ipso Concilio
editus et a felicis recordacionis Martino predecessore nostro non
improbatus locum mutare vel tempus incepcionis prorogare
nobis sine Concilii consensu prohibere videatur Non tamen
debet sic abusive interpretari ut causa imminente nobis etiam so
li adempta fuerit circa loci mutacionem temporis vel prorogacionem
dispensandi facultas Cum etiam a Martino editus extitisset illa
non fuisset sive esse debuisset prohibentis intencio qui successo
ribus suis nullum ius potuit in hac parte preiudicium genera
re" Et inseritur prout est secundum omnia iura in hac parte Concilium
inferius summo pontifice papam ipsius priorem nequeant sol
vere vel ligare Sed nos in huius ~~Cons~~ Concilio superiores ipsum
possumus pro libito regulare Nam licet de iure notissimum est quod
possumus quecumque decreta statuta et declarata sive sancita per
quoscumque predecessores nostros vel quecumque Concilia dummodo
in ipsis fidei fundamenta non existant sive ex lege universalis ecclesie
bonum principaliter non turbetur ut Christi vicarius et irreprehen
sibilis pro nostro amovere et corrigere libito voluntatis et contra
sentire non esset longeuum ab heresi velle ligare manus vicarii
Ihesu Christi et in terris dei legati sine ipsius gestu iudicare vel
improbare quod sacrilegium crimen est Sed quesumus nobis di
cant qui nobis detrahant que hereses que universalis ecclesie

// pari [illegible] ipsum ymo eadem potestate fuerint //

turbacio ex hac translacione loci posset surgere si nos sacram Synodum
Bononie comutauimus ut eius bonum non frustraretur Ulterius
que iam mensibus octo sine fructu aliquo extiterat prorogata et ipsius
minandi postmodum Basilee nulla comoda uestigia videbantur
perfecto nullus per iuris tramites ambulamus et non possione
seductus assereret quod ecclesie faceremus turbacionem Sed saltem nec
celebracionem Concilii frustrauimus sed ipsius accelerare concupiuimus
Taceant igitur hii qui nobis sic inhumaniter detrahunt quia non
est ad christianorum et ecclesie noxiam comutacionem fecimus sed pro salu
te tutissima ut acius que in Concilio forent agenda finem debi
tum sortirentur Sunt igitur a Basiliensi Ciuitate racione pro tunc le
gittima Concilii dissolucio ac ipsius ad Bononiam iustissima
translacio et assencientes contra sunt penitus ab omni veritate
et fidei catholica alieni Quod nos insuper criminantur et diffamant quod
sacro Concilio pure et simpliciter non adheremus sed quottidie ma
gis ac magis contempnimus et despicimus Quod quia nos iuste ac
modeste et mansuete mouere curauerunt ut scandalosam disso
lucionem et ecclesie christi perturbacionem ammouere debemus quam
res nequiuit nos pertinaciter recusare et has ob causas nos citare
et monere non sunt veriti Et tandem quod est deterius si eius decr
eta infra sexaginta dies non impleuerimus nos ab omni pontifica
li potestate ac dignitate suspendisse profitentur que cuncta quantum
contra omnia sint diuina iura pariter et humana ac heresim ma
nifeste intuencia breuiter ostendamus Nam dissolucionem quam scan
dalosam et etiam perturbantem esse dicunt legittimis de causis
ac necessariis iure fecissimus ut ante retulimus Quod igitur
scandalum quod iuste et honeste ac urgente necessitate factum
extitit potuit generare nullum Cum omnia que ad salutem christi
ane religionis debuissent in Basiliensi Concilio expediri et per
cum ipsam sanctam Synodum continuarique ibidem Basilee fieri
non poterant melius celerius uberius et comodius in ipsa Bono
niensi Synodo prosequi ualuissent Quam eciam ecclesie perturbacio
nem ut paulo ante narrauimus illo etiam tempore quo Concilium
continuarique fere nulli prelati conuenerant non poterat igitur
perturbari quod non aderant Et quod ibi Concilium Basilee fieret non

curabant Nam si effectassent ibidem in tempore convenisset
nec quo ad illos qui convenerant quia ita pauci eorum erant q̃
sine nostra auctoritate etiam universalem ecclesiam representare non poterant
quamvis ipsi se eam representare dicerant Concilio igitur ad ipsam
Bononiensem Civitatem legittime translato ibidem postmodum
basilee convenientes velud locuste a cephali Canonicum sine nostris
presidentibus non fuere concilium cum auctoritate carerent apo
stolice sedis Hec vere sunt quas fecimus excusationes Cum Consta
ciensis Generale quoque Concilium ac felicis recordationis Martinum ac
nostra auctoritate ipsorum vires habuerit et habeat Nam nos predicte
causis veris subsistentibus prout erant ut nostram et pie memo
rie Martini ac ipsorum Conciliorum auctoritates et que fecimus
revocare potuimus ut paulo supra insinuavimus quare post ipsam
dictum Canonicum dissolutionem et ~~auctoritatem~~ auctoritatis
predictarum revocationem absque ulla apostolica auctoritate con
veniebant sine conveniunt Unde unum non est dicere eorum Canoni
cum post nostram dissolutionem et sine nostris presidentibus fuisse vel
esse Concilium quod nulla rata est aut erit Sinodus generalis
que summi pontificis non erit auctoritate suffulta Nec etiam
eorum spiritus sanctus est caput vel esse potest sed successores p̃
post transitum verbi ad petrum caput et principem ab ipso cristo et
Ecclesie constitutum Nos videlicet qui locum tenemus ipsius domini
ihũ cristi quamvis immeriti Cartilegium igitur a nobis postulant et
hereticum ut declarare volumus a retroactis temporibus Basilee
continuo fuisse Concilium cum post nostram dissolutionem sine nostris
presidentibus regulare non fuerit Concilium quia eorum dicta
gesta et facta contra iura divina pariter et humana peram sunt
confecta Et que per nos nullatenus sunt debita comprobari Et
in hoc est quod cristiane ~~regi~~ religionis carum venire cupiunt
et sub colore quod continuo Basilee concilium fuisse declaravimus
omnia eorum gesta et facta comprobemus que adeo sunt bene co
posita ut etiam si habentibus potestatem promulgata fuissent ir
ritatione annullatione et renovatione dignissima Nam quod in
quam est lectum ipso in Civitate nostra Avinionensi et contra
nostram voluntatem constituere legatum ausi sunt Nec tamen ti [illegible]

ranmedi vnius Cardinalis semper cum eis conuenientis subi-
ciendo / spreto vero legato de latere per nos et eandem sedem appostolicam
licam constituto / unde tot guerrarum strages tot rapine tot ho-
micidia tot incendia suborta sunt / sed tandem clementissimi dei
sua misericordia fuit parti iustiorem causam habenti / quia nostro
vero dominio et sub nostro legato Ciuitas ipsa subiecta est / Ipsi in-
super de singulis Romane curie officiis inter seipsos disposicione
non sunt executi / presidentes eorum ad presidendum ut generali Con-
cilio deputato iuris penitus presidentibus spretis / cum quibus
deberent et debuissent Canonicam Synodum facere et confirmare
Causarum insuper auditores a seipsis constituere / quod numquam
visum est pontifice summo Romanam curiam tenente / Dum ad
extirpacionem heresium / reformacionem morum / pacem que restitutionem
rum uniuersam intenti esse deberent et debuissent / singulorum
causas particulares student potius ventilare / Exercitium etiam
vite cancellariatus officii omnia ex ipsis contra nostram voluntatem
tribuere presumpserunt / Ac etiam generalia siue publica consi-
storia celebrare omnia que attemptare non formident / que tantummodo
sunt nobis ac sedi appostolice specialiter reseruata / proinde ac si vni-
uerse coram tamquam eciam ingressi / velut si omnis pontificalis
summe dignitatis potestas esset nobis adhuc conuenientibus ac in
petra sede legittime constitutis esset apud ipsos deuoluta / quod asse-
uerare est hereticum et propterea cum potestas hec apud nos et ipsos
et sic duos in solidum esse non possit / quia ymaginari non possum
qua auctoritate quo iure nobis in sede appostolica consistentibus bene-
ficia conferant nisi qui usurpant contra iusticiam curiam nostram / Et quod
detestabilius est illa que in nostris predecessoribus malefacta dampnant
monasteriorum religiosorum secularibus Clericis administrationes
concessas tamen ipsi administrationem cuiusdam secularis principis fratri
Nam officium generalis humiliatoris et illius ordinis principale mona-
sterium / cuidam seculari clerico in commendam siue administrationem
concesserunt / quam rem exemplo veluti pernicioso nos pariter fa-
cere recusauimus / Ipsi vero ut ipsi habeant pro parte nostra continue
cogitant eorum contraria voluntate facere temptauerunt / et ita
sub tali eorum titulo colorato / clericus antedictus in dicta ad-

ministracionem concesserunt quam rem exemplo perniciosissimo
nos perantea fratre venetiarumque ipsi / ministratione intrusus
est / ita ut dici potest quod fere centum monasteria regularia que
sub officio generalis dicti ordinis regulari debuissent / sub yma-
gine clerici secularis / sunt administratione supposita / que quantum
iuri quantum honestati / quantumque bonis moribus conveni-
// anim / ant / quisque prudens advertere potest / Postremo tandem ultra il-
lud quod nos et plurimos fratres nostros sancte Romane Ecclesie
Cardinales citare conati sunt administratione supposita etiam
postremum decreverunt iterum ibidem Basilee Concilium agitari / nos
etiam ab administratione summi pontificatus suspendere facti sunt / ut ad
ipsos possent saltem de facto ipsam sedem summi pontificatus potestatem ad-
vocare / et eius administrationem exercere / conferendo beneficia vel of-
ficia et alia faciendo / que nobis tantum a iure sunt concessa
sive permissa / Iste ergo sunt cause quare continuo Basilee fuis-
se Concilium per nos declarari cupiunt / Iste sunt cause quia eorum
vota pati non volumus / quare de nobis tot mendacia confin-
gunt / Iste sunt heresis quas extirpare cupiunt / Iste sunt reforma-
tiones debite quas in dei Ecclesia introducunt / et pax et tranquillitas
quas universis christifidelibus disponunt / quia inter seipsos potestatem
nostram dividunt / et sibi ipsis ascribere cupiunt / et ea que beneficia vel
officia sive honores / quos a nobis consequi non valuerunt / scandalo
dei Ecclesiam consequantur / Absit igitur a nobis absit ut talem decla-
racionem faciamus / et quod talia gesta approbemus / prius est enim ut non
solum pontificatum vel partem eius sed animam tollant / quam fidem
catholicam a nobis auferant / De hoc autem vero ad ostendendum
nostram sinceram et purissimam intencionem quam habemus ut Con-
cilium fiat / et quod omnia ad finem debitum perducantur / contenti sumus
et volumus pure et simpliciter continuare Basilee fuisse Concilium
ita tamen quod omnia gesta et attemptata contra nos sive sedis apo-
stolice libertatem / vel privilegia / sancteque Romane Ecclesie cardina-
les / ac nobis adherentes prout de facto fecerunt / sic de facto omnia re-
vocent / nostrosque legatos iuxta iuris regulas presidentes admittant
/ Obiciunt etiam nobis ac admirari videntur / quod Basilee iussimus
sacram synodum celebrari / et mandavimus cum concilii cons-

lio agenda per presidentes perfici et expediri Dicimus quod Con
cilium dumptaxat potens est ipsos autem presidentes sequi
necesse est Et ideo si Concilium ~~dumptaxat potens est ipsos autem~~
~~presidentes~~ dictaret sive consuleret aliquid ecclesie expedire pre
sidentibus vero nostris placeret hoc ipsum nequaquam fieri posse sicque
de iudice per Concilium Consiliarius formaretur Sed hii sic dicentes
si nulla iura vidissent satis esset Nam si omnia mundi iura per
scrutarentur omnia volunt quod quecumque Concilio statuuntur decla
rantur sive statuuntur a papa vel eius legato constituuntur
atque promulgentur sacro Concilio consulente sive etiam approbante
Nam si papa vel legatus eiusdem vellet disponere aliqua que
Concilium affectaret pape sententia vel eius legati personam
summi pontificis representantis non Concilii voluntas sequenda
foret Cum super omnia Concilia papa habeat potestatem nisi forte
que statuenda forent catholicam fidem respicerent vel si non fieret
statum universalis ecclesie principaliter perturbaret quia tunc Concilii
sententia esset potius attendenda Verba igitur nostrarum litterarum
secundum iuris formam interpretanda sunt ut que ad solum
Concilium spectarent que nimirum sunt paucissima cum Concilio expe
diantur et fiant alie vero curie tramites non mittentur Et hoc est
in quo potissime falluntur qui Basilee convenerunt Nam credunt
in singulis agendis se esse iudices supra summum pontificem quod
eorum actiones demonstrant Nam in singulis se nobis superiores re
putant quod tamen asseverare est hereticum et prophanum Obmute
scant igitur et cessent quod etiam sic cum Concilio fieri mandavit
felicis recordationis Martinus noster proximus predecessor Mar
velint nostram puram intentionem in singulis lacerare quam
etiam cum aliis lacessere conantur asserentes nostram ad summi
apostolatus apicem non fuisse canonicam electionem Sed o miseri
cors deus cur oculos tue pie iusticie contra prefatos non convertis
Nam plurimi ex hiis qui talia proferunt sunt qui in Petri cathe
dram dirigentes intronizaverunt isti nos consecraverunt isti nos
coronaverunt Etiam aliqui ex eis ut a nostro tristi contrario ponti
ficatus insignia susceperunt Alii vero ex eis omnes fere gratias
sive beneficia plurima sunt adepti Et nos annis pluribus

pro summo vero pontifice venerati sunt / Igitur imaginari
non possumus / qua fronte / qua audacia / quo colore possint
nostram catholicam electionem indubiam revocare / presertim cum
ipsorum allegent maximam turpitudinem / Rogare principes cri-
stianos religiosissimi nos et alii cristicole orthodoxi per viscera mi-
sericordie domini nostri ihesu cristi prefatos basilee convenientes ad-
hortamini ut desistentes ab inceptis / velint nostros presidentes
admittere ut canonicam synodum facientes possint bona il-
la propter que tunc sacrum concilium est institutum debite executioni
demandare / quod si secus quod absint absit fecerint / et dei ecclesiam scin-
dere ut hactenus sunt conati voluerint / licet cum presidenti-
bus nostris intendere reformationi ecclesie studuerint / Rogamus vos
cristicolas principes iterum per eiusdem misericordiam obsecramus
/ qui pro nobis mortem sustinuit temporalem / ut velitis eorum
improbis conatibus pro posse resistere / presertim ne scisma ne
scisma execrandissimum in ecclesia oriatur / Nam hoc ad prin-
pertinet cipes seculi cristianos / ut eorum temporibus pacatam velint ec-
clesiam matrem unde sunt spiritualiter nati / quod psalmigraphum
verbum ostendit / Nunc inquit et nunc reges intelligite erudimini
qui iudicatis terram / Servite domino in timore et exultate ei cum
tremore / Et quomodo serviunt principes in timore / nisi ea que contra
sanctitatem matris ecclesie et iussa domini sunt / religiosa severitate
prohibendo atque plectendo / Agite igitur viriliter / agite adversus
cristi vineam et agrum dominicum devastare cupientes / nec permit-
tere velitis quod sine auctoritate pontificis fiant conciliabola
non concilia / quid enim futurum esse possit errorum periculosius / quod decem
sive plures ad libitum sine sedis apostolice auctoritate / aliquo
in loco prelati convenirent / scandalizarent quod populum cristianum
orthodoxorum / et contra cristi vicarium pro libito resilirent / Datum Ro-
me apud sanctum laurentium in damaso / Anno incarnationis domini-
ce millesimo quadringentesimo tricesimo / tercio / ydus septembris
Pontificatus nostri Anno tertio / Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam nostre constitutionis / declarationis / prescriptionis / intentionis
cassationis / revocationis / irritationis / annullationis / voluntatis
reductionis et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire

Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem om-
potentis dei et beatorum petri et pauli appostolorum eius se
nouerit incursurum Datum rome apud sanctum petrum Anno in-
carnacionis domini millesimo quadringentesimo tricesimo ter-
decimo octauo kalendas Januarii pontificatus nostri anno tercio
Et ego Jordanus episcopus Sabinensis manu propria subscripsi
Et ego Anthonius tituli sancti marcelli manu mea propria subscripsi
Ego lucidus Cardinalis de comite manu mea propria subscripsi
Scriptor Johannes de murssa Secretarius paggius in tergo bul-
le predicte est scriptum Scripto per me paggium secretarium de man-
dato domini nostri pape Datum basilee in sessione publica ipsius
sancte Synodi in ecclesia maiori basiliensi solempniter celebrata
Anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo
quarto

Sessio decima septima

Sacrosancta generalis Synodus basiliensis in spiritu sancto le-
gittime congregata vniuersalem ecclesiam representans ad perpe-
tuam rei memoriam Dilectos ecclesie filios Nycolaum sancte cruc-
is in ierusalem presbiterum Julianum sancti angeli dyaconum sancte Ro-
mane ecclesie cardinales et venerabiles Johannem archiepiscopum
Tarantinum et petrum episcopum paduanum Dilectum ecclesie filium Lu-
douicum Abbatem sancte Justine paduane tanquam admittit
in presidentes in hoc sacro Concilio nomine vice et loco sanctissimi
domini nostri pape Eugenii quarti cum infrascriptis condicioni-
bus et clausulis plenissimum robur et effectum per omnia habituris
videlicet sine vlla iurisdicione coactiua saluo eciam modo procedendi
in hoc Concilio hactenus obseruato presertim qui continetur in or-
dinacionibus huius sacri Concilii que incipit Primo sint qua-
tuor deputaciones sicut sunt inter quos omnes de concilio distri-
buantur equaliter quantum fieri possit ordinat eciam quod preter feriam
sextam in qua ordinaria est congregacio generalis non possit
fieri alia nisi fuerit conclusum per tres deputaciones ad minus
et tunc intimetur ipsis presidentibus vel alteri ex eis quod po-
nant cedulas ad valuas ecclesie Et si non fecerint vnus ex pro-

b. // iux ordinatom sacri Concilii eps. no velit ipse vel alius de presidentibus ibidem presentibus faciat. tunc per ximiori platum sese quens in ordine conclusionem concludat / et eo nolente etc

motoribus Concilii vel vnius ex deputationibus quiuis sic ponat cedulas et omnes de Concilio veniant ad congregationem alias si non fuerat conclusum per tres deputationes, nullus ad ipsam congregationem accedat. Et quidquid ibi secus fuerit nullius sit roboris. Et idem de sessione. Item quod lectis in congregatione generali hiis que conclusa sunt per deputationes primus presidentes ibidem presentes etiam aliis vel alio ex eis absentibus concludat // et eo nolente alius successiue faciat. Et si forte nullus de presidentibus veniat ad congregationem vel sessionem generales, tunc primus platus ut premittitur pro illo die faciat officium presidentis. Item quod omnia acta huius sacri Concilii, sicut hactenus est assuetum, fiant et expediantur sub nomine et bulla ipsius Concilii. Datum Basilee in sessione publica huius sancte synodi in ecclesia maiori Basiliensi solempniter celebrata, sexto kalendas may anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto

Sessio decima octaua

De reformatione decreti sacri Constanciensis Concilii et de obediencia et auctoritate generalium Conciliorum

Sacrosancta generalis synodus Basilien in spiritu sancto legittime congregata vniuersalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam. Ad magnam ecclesie catholice vtilitatem pertinere dinoscitur ut ipsius auctoritas cui omnes subesse tenentur in sacro olim Constanciensi Concilio declarata, sepius innotescat et ad omnium noticiam perducatur. Et quadmodum non nulla Concilia precedencium synodorum salubres instituciones ac declarationes innouare consueuerunt, ita et hec sancta synodus necessariam illam declarationem de generalium Conciliorum auctoritate in dicto Constancien Concilio promulgatam, sub eodem qui sequitur tenore innouatur. Primo quod generalis synodus in spiritu sancto legittime congregata generale Concilium faciens ecclesiam catholicam militantem representans, potestatem a Christo inmediate habet. cui quilibet cuiuscumque status vel dig

tatis etiam si papalis existat obedire tenetur in hiis que
ptinent ad fidem extirpacionem scismatis et generalem re
formacionem ecclesie in capite et in membris Item declarat quod
quicunque cuiuscunque status vel dignitatis etiam si papalis
existat qui mandatis statutis aut preceptis huius sancte Si
nodi et cuiuscunque alterius legitime congregati super premissis
seu ad ea ptinentibus factis et faciendis obedire contuma
citer contempserit nisi resipuerit condigne penitentie subiciatur
et debite puniantur etiam ad alia iuris subsidia si opus fuerit
recurratur Datum basilee in sessione publica huius sancte
Synodi in ecclesia maiori basiliensi solempniter celebrata sexto ka
lendas Iunii Anno a natiuitate domini millesimo quadrin
gentesimo tricesimo quarto

Sessio decimanona de materia Grecorum

Sacrosancta Generalis Synodus basiliensis in spiritu sancto
legitime congregata vniuersalem ecclesiam representans
ad perpetuam rei memoriam Sicut pia mater pro filiorum salute
semper anxia est nec unquam quiescit donec si qua inter ipsos dis
sensio sit sopita fuerit Sic et multo amplius sancta mater ecclesia
que filios ad perpetuam vitam regenerat omni conatu labora
re consueuit ut omnes qui cristiano nomine censentur subla
to ~~nomine~~ omni dissidio eandem fidei vnitatem sine qua salus
esse non potest fraterna caritate custodiant Quamobrem huius sancte
Synodi ab inicio sue congregacionis precipua cura fuit recens
illud bohemorum antiquum quoque grecorum dissidium prorsus extinguere
ut eos nobiscum in vno eodem federe caritatis vinculo perpetuo co
pularet Bohemos igitur vicinmores primo deinde grecos per plures
litteras et oratores pro sancta vnione facienda cum omni caritate
ad hoc sacrum Concilium vocauimus Et quamuis bohemorum negocium
multi ab inicio non solum difficile sed pene inpossibile existima
rent nostros quoque tamquam superuacuos et inutiles iudicarent labores
Attamen dominus noster ihesus cristus cui nichil inpossibile est
sit salubriter rem ipsam usque ad hanc diem direxit ut multo
amplius hec ipsa bohemorum vocacio ecclesie sancte profuerit quoque

multi potentissimi exercitus, qui sepe Bohemiam armata manu
ingressi sunt, que res eo ampliorem spem nobis prebet, ut hanc
Grecorum unionem cum omni fiducia et constantia prosequamur.
Quod quidem eo libentius aggredimur, quo ipsos ad hanc unio-
nem plurimum affectos conspicimus. Et primum enim serenissi-
mus Grecorum imperator et patriarcha Constantinopolitanus per eos
requisiti sunt oratores, mox tres insignes viros de hiis qui apud
eos magne videntur auctoritatis, quorum primus ipsum imperatorem
consanguinitate attingit, ad hanc sacram synodum destinarunt
sufficienti ipsius imperatoris mandato cum bulla aurea et ma-
nu eius propria subscripta, ac literis patriarche munitos, qui tam
in generali congregatione quam coram commissariis nostris serenis-
simi imperatoris ac patriarche orientalis ad hanc unionem
desiderium exponentes, nos mirum in modum ad tam sancti operis
prosecutionem pulsant ac quottidie excitant. Duo enim alia firmiter
constanterque asserentes unionem ipsam nisi in synodo universali
in qua tam ecclesia occidentalis quam orientalis conveniat fieri nul-
latenus posse, et in ea synodo si fiat ut instructa conventum est omnino
ipsam unionem secuturam. Quibus auditis summa nobis leticia
ac iocunditas animum accessit. Quid enim ecclesie catholice felice
felicius gloriosius quam unire contingere possit, quam tot orientales populos
qui immenso hominum ab hiis qui nostre sunt fidei ritu multum
distare videntur, in eadem nobiscum fidei unitate coniunguntur.
Quid utilius ac fructuosius ab exordio nascentis ecclesie populus
christianus vidit vel audivit, quam quod tam diuturnum perniciosumque
scisma penitus extirpetur. Unde et aliam reipublice christiane
Deo propicio utilitatem accrescere confidimus, quia ex hac unione cum
facta fuerit, plurimos ex nephanda Machometi secta ad fidem
catholicam converti sperandum est. Quis igitur pro tam piis ac
salutaribus rebus per christifideles temptandum faciendumque non esset.
Quis catholicus pro tanto unionis christianorum et orthodoxe fidei
incremento non modo caducam hanc vitam spernendam, sed et corpus et animam
exponere non debet. Quo circa omnem cogitatum nostrum iactantes in
Deum, qui facit mirabilia magna solus, venerabiles sancte

Romane ecclesie cardinales presidentes sedis apostolice, pa-
triarcham Antiochenum, archiepiscopos, episcopos, abbates, ma-
gistros et doctores in numero competenti deputavimus, ut cum eis-
dem ipsis Grecorum ambasiatoribus rem istam tractarent, et quo ordine
ad executionem deducenda esset prospicere deberent; qui tandem inter se
et cum ipsis oratoribus sepe in unum convenientes, habito inter se di-
gesto consilio, ad infrascripta cum ipsis devenerunt capitula, que
postea secundum morem huius sacri concilii per sacras deputationes
mature deliberata, ac deinde per generalem congregationem conclu-
sa, firmata et solempniter extiterunt, quorum tenorem una cum man-
dato ipsius domini imperatoris sub bulla aurea sequitur et est talis.

Conventio deputatorum concilii cum ambasiatoribus Grecorum

Ambasiatores serenissimi domini imperatoris Grecorum et domini
patriarche Constantinopolitani, videlicet domini Demetrius
prothonestiarius Paleologus Methonides, venerabilis Ysidorus
abbas monasterii sancti Demetrii, et dominus Johannes Dissipatus
eiusdem domini imperatoris familiaris, convenientes cum dominis
deputatis sacri concilii primo exposuerunt, quod si ecclesie occidentali
placeret ut fieret sancta synodus Constantinopolim celebraretur,
etiam orientalis propriis expensis ibidem conveniret, et oporteret
ut etiam occidentalis aliquas expensas faceret, quinymo predictus
imperator in quibus posset prelatis latinis Constantinopolim ve-
turis subveniret. Si autem placeret ut prelati ecclesie orientalis
ad terras latinorum pro predicta synodo accederent, necessarium foret propter
legittimas causas ut expensis ecclesie occidentalis venirent. Et cum
dictis dominis deputatis videretur multis de causis hanc unionem
commodius fieri in hac civitate Basiliensi ubi actu congregatum
est, sepe ac multum apud ipsos oratores institerunt ut hic locus
pro hac sancta unione eligeretur, offerentes impensas ad hoc necessarias.
Sed ipsis oratoribus respondentibus quod cum instructiones limitate de certis
locis per ipsos imperatorem et patriarcham eis date sint, non possint
hunc locum eligere qui in ipsis instructionibus nominatus non est,
domini deputati sacri concilii cognoscentes sanctam et perfectam ipsius
concilii intentionem que est pro honore dei et fidei catholice perfectio-

multis participatur laboribus et impensis. Indicarunt non
expedire ut propter locum dumtaxat tantum bonum negligetur. Ac
ceptarunt igitur si placeret sacro Concilio locum de locis inferius
nominandis. Cum hoc quod sicut inferius est conventum mittantur
aliquis vel aliqui ad ipsum dominum imperatorem patriarcham
et alios, quibus persuadeant necessitates rationes ut in hac ci
vitate basiliensi velint assentire. Loca nominata sunt Calabria
Anthona vel alia terra maritima. Bononia. Mediolanum vel alia
Civitas in ytalia. Extra ytaliam Buda in ungaria. Wienna
et Austria. Et ad ultimum Sabaudia. Convenerunt autem dicti do
mini deputati cum ipsis dominis ambasiatoribus in hiis que sequuntur
Si sacro Concilio placeret. Primo dicti ambasiatores promiserunt
quod ad huiusmodi Sinodum convenient imperator Grecorum et
patriarcha Constantinopolitanus et ceteri patriarche tres, et ipsi
et alii ecclesiastici qui commode venire poterunt. Similiter venient
ab omnibus regnis et dominiis que subiciuntur ecclesie grecorum
cum plena potestate et mandato, vallato iuramento et aliis
cetis cautelis opportunis tam ex parte secularium dominorum quam prelatorum
Item quod mittantur unus vel plures ambasiatores ex parte sa
cri concilii cum octomilibus ducatorum pro facienda congrega
cione prelatorum Ecclesie orientalis ad Constantinopolim, que
octo milia expedientur ab ipsis ambasiatoribus sacri Concilii
videbitur. Ita tamen quod si dicti domini prelati nollent Constanti put duo et ipsis am basiatori cui concilii
nopolim convenire vel postquam in Constantinopolim convenerunt nol
lent ad Sinodum prefatum accedere, tunc teneatur dictus dominus
imperator reddere dictis ambasiatoribus sacri Concilii quicquid
pro ea re expenderint. Item quod ecclesia occidentalis solvat expensas
quatuor Galearum grossarum, quarum due sint de Constantino
poli et due aliunde, pro conducendo cum tempus erit, ad portum
nostrum et reducendo Constantinopolim dominum imperatorem et pa
triarchas et prelatos ecclesie orientalis cum suis usque ad numerum septinge
ntarum personarum, quibus ipsa occidentalis ecclesia impensas faciet
hoc modo. Unam pro expensis ipsius imperatoris et ipsarum septin
gentarum personarum a Constantinopolim usque ad portum nostrum ul
timum dabit ipse imperatori cum dictis septingentis personis impe

sas honestas Item quod infra decem menses incipiendo a mense
Novembris proxime sequenti teneatur sacrum Concilium mittere
duas galeas grossas et duas subtiles versus Constantinopo-
lim ducentis bonis balistariis super quibus galeis erunt am-
basiatores sacri Concilii et dominus Demetrius prothovestia-
rius Paleologus primus de ipsis ambasiatoribus domini
Imperatoris Qui quidem ambasiatores sacri Concilii habebunt
secum quindecim milia ducatorum danda domino Imperatori pro
expensis suis et patriarcharum et prelatorum ac aliorum hominum
usque ad numerum septingentarum personarum faciendis a Constantino
poli usque ad portum ultimum ad quem debebunt applicare ut su-
pra Item predicti ambasiatores sacri Concilii una cum predic-
tis galeis ordinabunt quod decem milia ducatorum erunt parati
ad exponendum si necesse fuerit pro custodia Civitatis Constantino
politane propter periculum quod posset intervenire a Turcis Civitati
tempore absentie dicti domini Imperatoris que pecunie expo-
nentur per aliquem a dictis ambasiatoribus sacri Concilii depu-
tandum prout necesse fuerit Item ordinabunt predicti ambasi-
atores sacri Concilii de expensis dictarum galearum subtilium et tre-
centorum balistariorum pro custodia Civitatis Constantinopolita-
ne tempore absentie domini Imperatoris et quod gentes dictarum ga-
learum et ipsi balistarii iurabunt in manibus Imperatoris fideliter
se habere et Capitanei sint quos Imperator constituerit Item
quod predicti ambasiatores habeant expensas duarum galearum gros-
sarum tot quot expendi consueverunt in armando tales gale-
as Item quod huiusmodi ambasiatores sacri Concilii una cum
predictis galeis ad Constantinopolim nominabunt domino
Imperatori portum ad quem ultimo debebit applicari Et locum
unum de prenominatis in quo esse debeat dicta universalis syno-
dus laborabunt tamen cum omni instantia ut Civitas ipsa
Basiliensis eligatur prout spectandum est Item quod hoc sacrum
Basiliense Concilium interim stabit in Basilea firmiter nec dissol-
vetur legittimo impedimento cessante quo interveniente etc. quod deus

aufferat pro Continuatione sui iuxta dispositionem Capituli
sequentis ad aliam Ciuitatem se transferat et in casu quod
dominus Imperator non contentaretur de isto loco tunc infra me
sem postquam prefatus dominus Imperator applicuerit ad dictum por
tum extunc sacrum Concilium se transferat ad unum de predictis
locis nominatis per ipsum sacrum Concilium prout supradictum est
eligendum Item quod in omnem euentum predicta omnia extunc
adimpleantur Item quod predicta omnia fiant firmiori modo
et cum minori labore et securitate quo fieri possunt per sacrum Co
ncilium videlicet per decretum et sub bulla Item quod predictis omnibus
conclusis et concordatis ut premittitur firmiter roboratis summus
pontifex expressum prebeat assensum per suas patentes bullas Et
quod omnia et singula intelligi debeant bona fide sine dolo et frau
de et absque impedimento legittimo et manifesto Hijs omnibus
adimpletis dicti supradicti Ambasiatores Grecorum quod omnino
de remanent etiam si bellum foret et instaret Ciuitati Et ob earum
omnium rerum confirmacionem tradent mandatum prefati domini
Imperatoris sub bulla aurea sacro Concilio et pro predicto Impera
tore ipso et alij iurabunt scribendo et subscribendo propter firmam et
veram fidem quod fieri debeat cum dicto vniuersalis sancta Synodus
si mors Imperatoris non interuenerit ut impedimentum aliquod mani
festum et verum quod fugi vitari non possit Postremo petitum
est ab ipsis Ambasiatoribus Grecorum ut exponerent quedam nomina
in eorum instruccionibus contenta Et primo quid intelligant per
verba Synodus vniuersalis Responderunt quod papa et patriarche
sint in dicto Synodo per se vel procuratores suos similiter et alij pre
lati sint ibidem vere vel representatiue permittentes ut supra quod
dominus Imperator Grecorum et patriarcha Constantinopolitanus inter
erunt personaliter Libera et inuiolata hoc est quod unicuique liceat
libere dicere intencionem suam sine cuiusque impedimento vel violencia
Sine contencione hoc est sine contensione rixosa et contumeliosa
non tamen excluduntur disputaciones et collaciones pacifice et
honeste et caritatiue Apostolica et Canonica hoc est nomina quod

intelligi debeant et de modo procedendi in Consilio remittunt se
ad ea que ipsa universalis Sinodus declaravit et ordinat. Item
quod Imperator Grecorum et eorum ecclesia habeant honores suos gr
est quos habuerunt tempore exorti presentis scismatis salvis semper
iuribus honoribus privilegiis et dignitatibus summi pontificis
et Romane ecclesie et Imperatoris Romanorum. Et si qua dubi-
tatio oriatur stetur declaracioni prefati universalis Concilii

Sequitur Tenor mandati domini Imperatoris
sub bulla aurea de greco in latinum translatum

Quoniam missi fuerunt ad sacrosanctum Concilium generale Ba-
silien(se) nostri et imperii ambasiatores familiaris noster
prothonestiarius paleologus Methotides et honorandissimus
in sacris monachis abbas sacri monasterii sancti demetrii
et familiaris eius Iohannes dissipatus ad constitucionem a no-
bis sollicitati generalis et ycumenici Concilii pro unione pre-
meditata ecclesiarum christi et dedimus eis ambasiatoribus perfe-
ctam et plenam potestatem et ~~baf~~ baylliam super et in predictis
mandat diffinit et ordinat imperium nostrum per presens
Crisobolum sive quod omnia et singula que ordinaverunt promiserunt
iuraverunt fecerunt et constituerunt per scripturam sive scripturas
super predictis prefati nostri Ambasiatores reputantur a nostro
imperio et affirmata sunt tamquam si a persona nostra presencialiter
facta et ordinata promissa et iurata forent. Et si contingeret
impedimentum aliquod vel mors in aliquo dictorum Ambasia-
torum, tunc quod factum est et promissum erit per duorum ex eis fir-
mum et validum sit tamquam si per omnes tres factum foret. Et in ro-
bur et firmitatem dictorum iurat imperium nostrum per iuramentum
debitum et condecens nobis tamquam cristiano fideli Imperatori et
per oracionem et benedictionem sancti mei Imperatoris domini et patris
nostri felicis memorie et per animam meam. Factum quod presens
Crisobolum imperii nostri a mundi creacione sexmillesimo no-
nagesimo tricesimo tertio die undecima mensis Novembris
Constantinopoli in palacio nostro imperiali et subscriptum

lcus rubeis manu nostra propria more imperiali cum pende
ti aurea bulla

Tenor vero littere domini patriarche Constantino
politani sub bulla plumbea de Greco in lati
num translate sequitur et est talis

Iozeph dei gratia archiepiscopus Constantinopolitanus
Nove rome et universalis patriarcha Reverendissimis Car
dinalibus Romane ecclesie et Reverendis Episcopis et omni
bus aliis devotis congregatis in Synodo Basiliensi condignam
et condecentem emitto vobis omnibus cum qua teneor caritate
et amicitia spirituali salutem Litteras reverentiarum vestrarum recepimus
per Reverendum Anthonium Episcopum Suden et fratrem Albertum de Cri
spis sacre Theologie magistrum oratores vestros Ex quibus etiam
relationibus bene notavimus optimam dispositionem atque intentionem
deo amabilem quas vestre reverentie pro tota christianitate gerunt
et specialiter pro nobis idest pro unitate ecclesie sancte christi et super
hoc letati sumus maxime quia ortamini nos pro illis pro quibus
et nos iam diu hortati sumus instanter etiam Romanam
multociens enim scripsissemus et misissemus illuc pro unitate predi
cta ut omnibus patet Tantis autem legationibus ex parte nostra
factis tanta solicitudine ostensa non provenerit tamen christia
nitati rerum ut finem acciperet nostra voluntas et tractatus Ad pre
sens igitur de istis isdem et consimili et eadem dispositione
vestris reverentiis scribimus querentes fieri Concilium ycumenicum
sub presentia omnium personarum eo ubi debentium adesse secundum antiquum
ordinem et tale Concilium fieri Canonicum liberum et inviolatum
et simpliciter secundum formas antiquorum ycumenicorum Consili
orum et omne illud quod deo dante in tali Concilio unanimiter et
concorditer conclusum fuerit hoc firmum habeo indubitanter et sine con
tradictione et lite quacumque que omnia dicta fuerunt concessa
et confirmata a sancta Romana ecclesia per plures legationes
ad ~~eciam~~ pro eam parte nostra factas impedita non fuit istorum con
clusio et effectus propter temporaneas circumstantias ut supra dictum est
Sed quia vestre reverentie in presenti tempore tantam promptitudinem

super istis ostendunt, quod per legationem specialem fecerunt pro istis et nos ortati sunt litteris et relationibus suorum oratorum. Propter quod et nos mittimus ambasiatores nostros familiarem imperii nostri prothonestiarium Demetrium Paleologum Metochitem et honorandissimum in sanctis monachis abbatem sancti monasterii sancti Demetrii Isidorum et Iohannem Dissipatum, per quos petimus et rogamus vestras reverentias quod adhuc ad deo amabile opus unionis conferatis omnem curam et sollicitudinem ut fiat et concludatur dictum laudabile opus vestris studio et diligentia, nostris correspondentibus. Cum ergo sint aliqua necessaria adhuc et eius operis executiva commisimus de istis predictis nostris ambasiatoribus qui vestris reverentiis latius et clarius omnia referent et nunc confidimus(?) placeat quod vestris reverentiis eisdem plenam fidem adhibere. Datum in urbe Constantinopolim anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo tertio die quindecima mensis Octobris

Confirmatio supradictorum Capitulorum et Conventionum

Suprascripta igitur Capitula et conventiones haec sancta synodus auctoritate universalis ecclesie presenti decreto approbat ratificat et confirmat, statuitque decernit et pollicetur ea et eorum quodlibet servare et inconcussa tenere ut premittitur, que tam ad incrementum fidei orthodoxe utilitatemque ecclesie catholice et totius populi christiani pertineant, omnibus christi fidem diligentibus grata plurimum et accepta esse debeant. Et quoniam ut dictum est apud grecos propter nonnullas causas postulatur ut sanctissimus dominus Eugenius papa quartus dictis capitulis et conventionibus expresse consentiat, ne propter hoc tantum bonum negligatur, ipsum dominum Eugenium haec sancta synodus in domino caritate obsecrat et deprecatur, ac per viscera misericordie domini nostri Ihesu Christi tam quanta potest instantia exorat et requirit ut in favorem fidei christiane unitatis, prefatis capitulis et conventionibus synodali decreto approbatis et ratificatis per suas litteras more Romane curie bullatas expressum assensum prebeat. Datum in sessione

publica ipsius sancte Sinodi in Ecclesia maiori basiliensi
solempniter celebrata septimo ydus septembris Anno a nati
vitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo tercio

Aliud decretum eiusdem sessionis de Judeis
et neophitis

Salvatoris nostri Jhesu Christi sequens vestigia hec sancta Si
nodus illud potissime gerit in visceribus caritatis ut
omnes evangelicam veritatem agnoscant et in ea postquam ag
noverint fideliter perseverent Proinde ut Judei aliique infide
les ad orthodoxam convertantur fidem et quique ad ipsam conversi
fuerint in illa constanter permaneant. hec salubria instituta
providere decernens ~~statuit~~ imprimis statuit ut omnes dioce
sani quosdam in litteris divinis bene eruditos aliquotiens
in anno deputent in locis ubi Judei et alii infideles degunt
ad predicandum et explanandum talem fidei catholice veritatem
ut ipsi infideles qui audierint suos valeant errores recognoscere
Ad quam predicationem sub penis tam commercii per fideles eis
denegandi quam aliis adhibitis opportunis ipsos infideles utriusque se
xus in annos discretionis constitutos audire compellant. Ipsi vero
autem diocesani ac predicantes ita se erga illos piissimos ac ~~qua~~
~~litatis~~ caritate plenos exhibeant. ut non solum propagatione veri
tatis sed et aliis humanitatis officiis ipsos Christo lucrifaciant Christi
anos autem cuiuscumque status aut dignitatis quomodolibet impedi
entes ne Judei qui ad huiusmodi predicationem conveniant aut
accedantur notam fautorie infidelitatis incurrere ipso facto decer
nit. Et ut predicatio hec eo sit fructuosior quo predicantes
linguarum habeant periciam modis omnibus observari precipimus
Constitutionem editam in Concilio Viennensi de duobus docere
debentibus in studiis ibidem expressis linguas Arabicam
Ebraicam Grecam et Caldeam. que ut efficacius observetur
Rectores ipsorum studiorum inter alia que in assumptione re
ctoratus iurant hoc etiam addi volumus se prefate constitu
tionis observationi daturos. In Conciliis etiam provincialibus prefatis provid

ciuitatum in quibus huiusmodi studia constituta sunt omnino dis
ponatur ut illi qui predictas linguas docturi sunt stipendia
debita percipere valeant. Sacros insuper canones renouantes precipi
mus tam diocesanis quam potestatibus secularibus ut modis omnibus
prohibeant ne iudei aut alii infideles cristianos aut cristianas
in familiares seu seruitores aut filiorum suorum nutrices ha
beant ac ne cristiani cum ipsis in eorum festiuitatibus nupciis
aut conuiuiis aut balneis seu nimia commisacione committent
aut medicos uel matrimoniorum proxenetas seu aliorum contra
ctuum mediatores de publico constitutos assumant nec aliis pu
blicis preponant officiis aut ad gradus quoscumque scolasticos ad
mittant nec eis locentur predia uel alii redditus ecclesiastici.
Prohibeantur etiam libros ecclesiasticos cruces calices et alia ecclesiarum
ornamenta sub pena perdicionis rei emere uel pro aut pignori sub
pena amissionis pecunie mutuate accipere. Sub grauibus
quoque penis compellantur aliquem deferre habitum per
quem a cristianis euidenter discerni possint. Quorum ut euitetur nimia
conuersacio in aliquibus ciuitatum et opidorum locis a cristia
norum habitacione separatis habitare compellant et ab ecclesiis lo
ngius quantum fieri poterit. Nec diebus dominicis et aliis solempnibus festiui
tatibus apothecas apertas tenere uel in publico laborare pre
sumant. De hiis qui ad fidem uolunt conuerti cristianam. Si qui
eorum ad fidem catholicam conuerti uoluerint sua bona quecumque
habeant mobilia et immobilia ei integra illesaque permaneant
Cum si huiusmodi bona ex usura uel illicito questu fuerint acquisita ac
note sint persone quibus foret restitucio de iure facienda quod non
dimittitur peccatum nisi ablatum restituatur illis restitui omnino opor
tet. His uero non existentibus quia talia per canones ecclesie essent
in pios usus conuertenda hec sancta synodus uicem gerens uniuersalis
ecclesie in fauorem concedit suscepti baptismatis tamquam in pium usum
apud illos remanere debere sub pena diuini anathematis
tam ecclesiasticis quam secularibus inhibens ut nullam illis super hiis quo
uis quesito colore molestiam inferant aut inferri faciant patiantur
se magnum fecisse lucrum existimantes dum tales cristo lucrati
fuerint et quia scriptum est Cum fuerit spiritus immundi illius et in

derit fratrem suum necessitatem habere et clauserit viscera sua ab eo quomodo
caritas dei manet in illo. Et ideo commissionis tempore inopes
et indigentes fuerint per viscera misericordie dei nostri omnes
tam ecclesiasticos quam seculares hec sancta synodus exhortatur ut ipsis
compassionis manus porrigant adiutrices. Ipsos autem diocesanos non
solum christianos ad subveniendum illis exhortentur sed tam de re
ditibus ecclesiarum prout poterunt quam de bonis que ad pauperum usus
pro ipsos convertenda devolvuntur huiusmodi neophitos sustentare
non negligant ipsosque a detractionibus et contumeliis paterna
affectione defendant. Et quia per gratiam baptismi cives sanctorum
et domestici dei efficiuntur longeque dignius sit generari spiritu quam
nasci carne hac edictali lege statuimus ut civitatum et locorum
in quibus sacro baptismate regenerentur privilegiis libertatibus
et immunitatibus gaudeant que ratione dumtaxat nativitatis
et originis alii consequuntur. Curent insuper sacerdotes bapti
santes et hii qui de sacro fonte suscipiunt tam ante baptismum quam
post illos in articulis fidei ac nove legis preceptis catholice
que ecclesie ritibus diligenter instruere. Et tam ipsi quam diocesani operam
dent ne cum Iudeis seu infidelibus saltem per longum tempus
penitus communicent ne sicut nonnunquam contingit ab infirmitate
cuiusvis incommoda occasio ad pristinam perditionem recidivos efficiat.
Et quia experientia teste mutuam inter se neophitorum commissionem
ipsos in fide nimium fragiles reddere ac saluti ipsorum plurimum offi
cere compertum est exhortatur hec sancta synodus locorum or
dinarios ut quantum pro incremento fidei viderint expedire curent
et studeant neophitos ipsos cum originariis christianis matrimonio
copulare. Prohibeatur et hii neophiti sub ~~gradibus~~ gravibus
penis ne mortuos more Iudeorum sepeliant aut sabbati alias
que solempnitates de antique secte ritibus quoquomodo observent
sed et ecclesias predicacionesque earum prout alii catholici frequentent
et in omnibus se christianorum moribus conformes reddant. Con
temptores autem predictorum per sacerdotes in quorum parrochiis siti sunt
aut alios ad quos de iure vel antiqua consuetudine inquirere spe
ctat ac etiam per alios quoslibet diocesanos seu inquisitoribus

heretice pravitatis defenditur. Et invocato si opus fuerit bra
chii secularis auxilio, per eos taliter puniantur, quod et aliis
transeat in exemplum. De hiis omnibus in conciliis provincialibus et
synodalibus diligens fiat inquisitio, et tam contra episcopos et sa
cerdotes in premissis negligentes, quam ipsos neophitos et infideles pre
dictorum contemptores opportunum adhibeatur remedium. Si quis
autem cuiuscumque gradus vel preeminentie huiusmodi neophitos
ne ad observacionem ritus cristiani seu aliorum premissorum compellantur
foveat atque defendat, penas contra fautores hereticorum promul
gatas ipso facto incurrat. Neophiti vero si se corrigere post ca
nonicam monicionem neglexerint, quinymmo ad vomitum iudaizantes
redire comperti fuerint, contra eos tamquam perfidos hereticos iuxta sacrorum
canonum instituta procedatur. Si qua vero ipsis iudeis vel infi
delibus indulta seu privilegia per quoscumque ecclesiasticos seu seculares
cuiuscumque status seu dignitatis, etiam si papalis vel imperialis ex
existant concessa, vel que in futurum concedi contingerit, verge
tia quoquomodo in detrimentum catholice fidei ac nominis cristiani
seu quorumcumque premissorum, hec sancta synodus cassa et irrita
ta esse decernit, decretis et constitucionibus apostolicis et synodalibus
que super premissis condita sunt in suo robore duraturis. Et ut
huiusmodi sancte constitucionis iugis memoria habeatur, et ne quis
ignoranciam ipsius pretendere possit, iubet hec sancta synodus
ut per singulas cathedrales et collegiatas ecclesias, aliaque pia loca
in quibus uberior est fidelium concursus, semel in anno ad minus
infra divina promulgentur. Datum Basilee in sessione eiusdem sacre
synodi publica in ecclesia maiori Basiliensi solempniter celebrata, vii
idus septembris anno a nativitate domini millesimo quadrin
gentesimo tricesimo quarto

Sessio vicesima de ~~Conciliariis~~
Concubinariis

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legit
time congregata, universalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei me
moriam. Quicumque clericus cuiuscumque status, condicionis, religionis,
dignitatis, etiam si pontificalis vel alterius preeminentie existat, qui
post huius constitucionis noticiam, quam habere presumatur, post

duos menses post publicationem eiusdem in ecclesiis cathedralibus
quam ipsi diocesani omnino facere teneantur, postquam eadem constitutio
ad eorum notitiam pervenerit, fuerit publicus concubinarius, a perceptione fru-
ctuum omnium suorum beneficiorum trium mensium spatio sit ipso facto sus-
pensus quos suus superior in fabricam vel aliam evidentem ecclesiarum
utilitatem ex quibus hii fructus percipiuntur convertat. Necnon et huius-
modi publicum concubinarium ut primum talem esse innotuerit
mox suus superior monere teneatur ut infra brevissimum termi-
num concubinam dimittat. Quod si non dimiserit vel dimissam aut
aliam publice resumpserit, Iubet insuper hec sancta synodus
ut ipsum omnibus beneficiis omnino privet. Et nichilominus hii
publici concubinarii usque quo cum eis per suos superiores post ipsarum
dimissionem manifestamque vite emendationem fuerit dispensatum
ad susceptionem quorumcumque honorum dignitatum beneficiorum vel
officiorum sit inhabilis. Qui si post dimissionem recidivo vomitu
ad huiusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alicuius
dispensationis ad predicta prorsus inhabiles existant. Quod si
hii ad quos talium correctio pertinet eos ut predictum est punire ne-
glexerint, eorum superiores tam in ipsos de neglectu quam in illos
pro concubinatu modis omnibus digna punitione animadvertant.
In conciliis autem provincialibus et synodalibus adversus tales
punire negligentes vel de hoc crimine diffamatos etiam per suspen-
sionem a collatione beneficiorum vel alia condigna pena severe
procedatur. Et hii quorum destitutio ad summum pontificem per
concilia provincialia aut superiores suos propter publicum concu-
binatum reperiantur privatione digni, statim cum processu inquisitio-
nis ipsi summo pontifici deferantur. Eadem diligentia et inqui-
sitio in quibuscumque capitulis generalibus et provincialibus
quo ad suos servetur, penis aliis contra predictos et alios non pu-
blicos concubinarios statutis in suo robore permansuris. Publici
autem intelligendi sunt non solum hii quorum concubinatus per sen-
tentiam aut confessionem in iure factam seu per rei evidentiam que nulla
possit tergiversatione celari notorius est, sed et qui mulierem de in-
continentia suspectam et diffamatam tenet et per superiorem admoni-
tus ipsam cum effectu non dimittit. Quia vero in quibusdam
regionibus nonnulli iurisdictionem ecclesiasticam habentes pecu-

marios questus a concubinariis recipere non erubescunt pa-
ciendo eos in tali feditate sordescere sub pena maledictionis
eterne precipit ne deinceps sub pacto composicione aut spe alterius
questus talia quovismodo tolleret aut dissimulet alioquin ul-
tra premissam negligencie penam duplum eius quod propterea ac-
ceperint restituere ad pios usus omnino teneatur et compellantur
separare concubinas seu mulieres suspectas prelati synodis om-
nibus a suis subditis etiam per brachium secularis auxilium si opus
fuerit penitus arcere cum eciam ex tali concubinatu procreatos filios apud
patres suos cohabitare non permittat Iubet insuper hec sancta synodus
ut eciam in predictis synodis et capitulis hec constitucio publicetur
et quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem mo-
neat diligenter Iniungit propterea omnibus secularibus viris eciam si
regali prefulgeant dignitate ne cuiusvis qualecunque inferant impedi-
mentum quovis quesito colore prelatis qui racione officii suos fini ad usus
subditos pro huiusmodi concubinatu procedant Et cum omne forni-
cacionis crimen lege divina prohibitum sit et sub pena mortalis pec-
ccati ~~eum~~ evitandum monet omnes laicos tam uxoratos quam
solutos ut consimiliter a concubinatu abstineant Nimis enim re-
reprehensibilis est qui uxorem habet et ad alienam mulierem accedat Qui
vero solutus est si continere ~~velit~~ nolit iuxta apostoli consilium uxorem ducat
Pro huius autem observacione precepti hii ad quos pertinet tam salu-
taribus monitis quam aliis canonicis remediis omni studio laborent

De excommunicatis certo modo non vitandis

Ad evitandum scandala ac multa pericula subveniendumque con-
sciencijs timoratis statuit hec sancta synodus quod nemo de-
inceps a communione alicuius in sacramentorum administracione et
recepcione aut aliis quibuscunque divinis vel eciam pretextu cuius-
cunque sentencie aut censure ecclesiastice seu suspensionis aut prohi-
bicionis ab homine vel a iure generaliter promulgate teneatur ab-
stinere vel aliquem vitare aut interdictum ecclesiasticum abservare
nisi sentencia prohibicio vel censura huiusmodi fuerit in vel contra
personam collegium universitatem ecclesiam aut locum certum vel certam
a iudice publicata vel denunciata specialiter et expresse aut

si aliquem ita notorie excommunicationis sententiam constiterit incidis-
se, quod nulla possit tergiversatione celari, aut aliquo iuris suffra-
gio excusari, nam a communione illius abstinere vult iuxta canonicas
sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos suspensos interdi-
ctos seu prohibitos non intendit in aliquo relevare aut eis quo-
libet suffragari

De interdictis non leviter vitandis [ponendis]

Quoniam ex indiscreta interdictorum promulgatione multa consue-
uerunt scandala euenire, statuit haec sancta synodus quod nulla
ciuitas, opidum, castrum, villa, aut locus ecclesiasticus supponi possit
interdicto, nisi ex causa vel culpa ipsorum locorum, aut domini seu re-
ctoris vel officialium. Propter culpam autem sive causam alterius cuiuscumque
priuate persone, huiusmodi loca nequaquam interdici possint aucto-
ritate quacumque ordinaria vel delegata, nisi talis persona prius fuerit
excommunicata et denunciata seu in ecclesia publicata ac domini seu re-
ctores vel officiales ipsorum locorum auctoritate iudicis requisiti
huiusmodi personam infra biduum cum effectu non eiecerint, aut ad satisfa-
ciendum compulerint, qua etiam post biduum eiecta recedente vel
satisfaciente mox diuina resumi possint, quod etiam in pendentibus
locum habeat

De friuole appellantibus

Ut autem lites citius finiantur, super eodem grauamine ~~aut super
eadem grauamine~~ aut super eadem interlocutoria vim diffinitiue
non habente nullatenus liceat secundo appellare. Cumque ante
diffinitiuam friuole vel iniuste appellans ultra condempnationem expen-
sarum dampnorum et interesse, in quindecim florenis auri de camera
parti appellate per appellationis iudicem condempnetur. Datum Basi-
lee in sessione publica eiusdem sacre synodi in ecclesia maiori Basi-
liensi solempniter celebrata undecimo kalendas februarii Anno natiui-
tate domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto

Requisitio omnium supradictorum

Lectis et promulgatis suprascriptis decretis de mandato sacri Concilii
per reuerendum patrem ac dominum episcopum Lectorensem intitulate nationis Galli-
cane, ipse reuerendus pater et dominus Lectorensis requisiuit omnes dominos
Archiepiscopos et Episcopos in Concilio et sessione predicta presentes

ut predicta decreta de Concubinariis mittant ad ecclesias su-
as et faciant solempniter publicari Item quod archiepiscopi hic existentes
mittant suffraganeos suos absentibus quod similiter publicent Item
prelati qui sunt hic ex parte aliquorum regnorum intimet prelatis absen-
tibus Item procuratores archiepiscoporum et episcoporum intimet
ista suis dominis

Sessio vigesima prima

De annatis et pro ordinibus et aliis officiis ecclesiasticis nichil solvatur

Sacrosancta generalis sinodus basiliensis in spiritu sancto legit-
time congregata universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei me-
moriam In nomine spiritus sancti pariter statuit hec sancta sinodus
quod tam in curia Romana quam alibi pro seu in confirmatione electionum
admissione postulationum presentationum provisione collatione dis-
positione electione presentatione postulatione etiam a laicis fienda
institutione et installatione et investitura de ecclesiis etiam cathedralibus
et metropolitanis monasteriis dignitatibus beneficiis officiis quibus
ecclesiasticis quibuscumque necnon ordinibus sacris benedictione ac pallio
de cetero nichil penitus ante vel post exigatur ratione litterarum bulle et
sigilli annatarum communium et minutorum servitiorum primorum fruc-
tuum deportuum aut sub quocumque alio titulo colore vel nomine pretex-
tu cuiusvis consuetudinis privilegii vel statuti aut alia quavis
causa vel occasione directe vel indirecte solum abbreviatoribus
ac et registratoribus litterarum seu minutarum pro ipsorum labore compe-
tenti salario persolvendo Si quis autem sacro Canoni si quicquam exigendo
dando vel promittendo contraire presumpserit penam incurrat
adversus Simoniacos inflictam et in ipsis dignitatibus ac beneficiis
taliter obtentis nullum ius ac titulum acquirat obligationes quoque pro-
missiones censure ac mandata et quicquid in preiudicium huius
saluberrimi decreti fieri contigerit nullatenus obtinere roboris atque
irrita censeantur Et si quod absit Romanus pontifex qui pre ceteris
universalium Conciliorum exequi atque custodire canones debet adversus
hanc sanctionem aliquid faciendo ecclesiam scandalizaret generali Con-
cilio deferatur Ceteri vero pro modo culpe iuxta canonicas sanctiones
per suos superiores digna ultione puniantur

De pacificis possessionibus

Quicunque non violentus sed habens titulum coloratum pacifice et sine lite prelaturam, dignitatem, beneficium seu officium triennio hactenus possedit vel in futurum possidebit non possit postea in petitorio vel possessorio a quoquam etiam ratione iuris novi impetrati molestari, excepto hostilitatis casu vel alterius legitimi impedimenti, de quo protestari et illud iuxta Concilium Viennense intimare teneatur. Lis autem hoc casu quo ad futuras controversias intelligatur, si ad executionem citationis iuris est sive in iudicio exhibitione ac terminorum omnium observatione processum fuerit. Ordinarii autem diligenter inquirant ne quis sine titulo beneficium possideat. Quod si talem quandocunque repererint, declarent ius illi non competere, et illi huic, si sibi conferatur, nisi sit intrususque seu violentus aut alias indignus, vel alteri idoneo provideatur.

Quomodo divinum officium in ecclesia sit celebrandum

Siquis principem seculi rogaturus habitu honesto, gestu decenti, prolatione non precipiti sed distincta, attenta quoque mente seipsum ac verba studet componere, quanto diligentius in sacro loco omnipotentem rogaturus deum hec omnia facere curabit. Statuit igitur hec sancta synodus ut in cunctis cathedralibus ac collegiatis ecclesiis horis signis debitis congrua pulsatione premissis laudes divine per singulas horas non cursim aut festinanter sed attente et tractim, et cum pausa decenti, presertim in medio cuiuslibet versiculi psalmorum, debitam faciendo inter solemne et feriale officium differentiam, reverenter ab omnibus persolvantur. Horas canonicas dicturi cum tunica talari ac superpelliciis mundis ultra medias tibias longis vel cappis iuxta temporum et regionum diversitatem ecclesias ingrediantur, non caputia sed almucias vel bireta tenentes in capite. Qui cum in choro fuerint, gravitatem servent quam locus et officium exigunt, non insimul aut cum aliis confabulantes seu colloquentes seu litteras seu scripturas alias legentes. Et cum psallendi gratia ibidem conveniant, iuncta ac clausa labia tenere non debent, sed omnes, presertim qui in maiori funguntur honore, in psalmis, hymnis et canticis deo alacriter modulentur. Cum dicitur Gloria patri et filio et spiritui sancto, omnes consurgant. Cum nominatur gloriosum illud nomen Iesus, in quo omne genu flectitur celestium terrestrium

et in memoriam omnes caput continet. Nemo ibidem dum hore in communi publice cantantur legat vel dicat privati officium nam non solum obsequium quo obnoxius est thoro subtrahit sed alios psallentes perturbat. Super his debite observandis et aliis que ad divini officii prosecutionem ~~actum~~ ac thori disciplinam spectantibus decanus vel cui incumbit diligenter invigilet hinc inde ne quid inordinate fiat circumspiciens. Horum autem transgressores illius hore in qua circa predicta excesserint vel alia maiori prout transgressionis gravitas exigit plectentur pena

Quo tempore debeat quilibet esse in thoro

Qui in matutinis ante finem psalmi venite exultemus in aliis horis ante finem primi psalmi in missa ante ultimum kirieleyson usque ad finem divino offitio non interfuerit nisi forte necessitate cogente ac petita ac obtenta a presidente thori licentia discedere opportuerit pro illa hora absens censeatur salvis consuetudinibus ecclesiarum si que forte circa hoc arctiores existunt. Idem in his observetur qui a principio usque ad finem in processionibus non permanserint. Pro cuius executione deputetur aliquis onus habens notandi personas singulas statuto tempore non convenientes iurando astutius se id fideliter et nulli parcere. Iubet etiam hec sancta synodus quod in illis ecclesiis in quibus singulis horis certe distributiones non sunt omnino etiam de grossis fructibus si opus sit deputentur ut cuius mensura laboris plus minusve quisque capiat emolumenti. Tollens prorsus abusum illud quo in una duntaxat hora presens totius diei distributiones usurpat. Et illud quo prepositi vel decani aut alii offitiales ex hoc solum quod offitiales sunt licet actualiter pro utilitate ecclesie non absint quottidianas distributiones percipiunt

Qualiter hore canonice in thoro sunt dicende

Quoscumque etiam alibi benefitiatos seu in sacris constitutos cum ad horas canonicas teneantur admonet hec sancta synodus si horas suas deo acceptas facere cupiunt ut non solum in gutture vel inter dentes deglutiendo aut sincopando dictiones aut colloquia

vel risus interimscendo sed sive soli vel associati divinum nocturnum quam officium reverenter verbisque distinctis peragant at tali in loco unde a devotione non retrahantur ad quam se disponere et preparare debent iuxta id quod scriptum est ante orationem prepara animam tuam ne sis quasi qui temptat deum

¶ De hiis qui divinorum tempore vagentur per ecclesiam

Quicumque in ecclesia beneficiatus presbiterum de maioribus divinorum tempore per ecclesiam vel foris circa ipsam deambulando aut cum alio colloquendo vagari visus fuerit non solum eiusmodi hore sed totius diei porcionem ipso facto amittat Quam si semel correctus non desisterit per mensem distribucionibus careat vel graviori si pertinacia exigerit pene subiciatur ita ut tandem desistere cogatur prohibeatur eciam ne divina officia tumultuosi quorumcumque per ecclesiam discursus impediant aut perturbent Regulares qui in conventualibus ecclesiis circa predicta excesserint gravi pena superiorum arbitrio castigentur

¶ De tabula pendente in Choro

Ut cuncta in domo dei ordinate procedant et quilibet sciat quid sibi agendum immineat statuatur tabella continue pendens in choro in qua per nomina quemque ex canonicis vel aliis beneficiatis in singulis horis per ebdomadam aut quodvis tempus legendum cantandumve sit qui secundum quod ibi descriptus fuerit si vel per se vel per alium neglexerit pro qualibet hora distribucionis eiusmodi diei amittat

¶ De hiis qui in missa non complent credo aut cantant cantilenas vel eciam basse missam legunt ad sine ministro

Abusum aliquarum ecclesiarum in quibus Credo in unum deum quod est simbolum et confessio fidei interdum non complete usque ad finem cantatur aut prefacio sive oratio dominica obmittitur vel eciam cantilene seculares voce admiscentur seu missa privata sine ministro aut preter secretas oraciones ita submissa voce dicitur quod a circumstantibus audiri non potest abolentes statuimus ut qui in hiis transgressor inventus fuerit a suo superiori debite castigetur

¶ De perignorantibus Cultum divinum

Abusum eciam illum cultui divino manifeste derogantem quo

non nulli etiam ecclesiarum canonici contrahentes debita sic se obligant
ut nisi statuto tempore satisfaciant a divinis cessetur officiis. Abolen-
tes igitur huiusmodi obligationem etiam si que iurando firmata sit
irritam decernentes statuimus ut qui talem illicitum contractum
fecerint trium mensium fructibus ipsius ecclesie applicandis ipso facto careant
et quamdiu cessationem resumpserit nullos ex ipsa ecclesia proventus per-
cipiat

De tenentibus capitula tempore misse maioris

Prohibet hec sancta synodus ut tempore misse maioris presertim die-
bus solempnibus capitula seu actus capitulares aut alii
tractatus per canonicos ecclesie celebrentur nisi forte urgens et evi-
dens ingruerit necessitas. Qui vero ad talem horam capitulum in-
dixerit a distributionibus quottidianis per ebdomadam sit suspe-
nsus neque ipsi canonici pro illa hora distributiones lucrentur

De spectaculis in ecclesiis non faciendis

Turpem etiam illum abusum in quibusdam frequentatum ecclesiis
quo certis anni celebritatibus nonnulli cum mitra baculo
ac vestibus pontificalibus more episcoporum benedicunt alii ut re-
ges ac duces induti quod festum fatuorum vel innocentium seu pu-
erorum in quibusdam regionibus nuncupatur alii larvales et theatra-
les iocos alii choreas et tripudia marium ac mulierum facientes
homines ad spectacula ac cachinnationes movent alii comessationes
et convivia ibidem preparant hec sancta synodus detestans statuit
et iubet tam ordinariis quam ecclesiarum decanis et rectoribus sub pe-
na suspensionis omnium proventuum ecclesiasticorum trium mensium spa-
cio ne hec aut similia ludibria neque etiam mercantias aut nego-
ciationes nundinarum in ecclesia que domus orationis esse debeat ac
etiam cimiterio exerceri amplius permittant transgressoresque
per censuram ecclesiasticam alia quoque iuris remedia punire non negli-
gant. Omnes autem consuetudines statuta ac privilegia que his
non concordant nisi forte maiores adicerent penas irritas hec sancta
synodus decernit.

Datum Basilee in sessione publica eiusdem sancte synodi in ecclesia
maiori Basiliensi solempniter celebrata die nona mensis Iunii
Anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo
quarto

Sessio vicesima secunda

De condempnacione libelli Augustini de Roma Archiepiscopi Nazareni in tempore eiusdem sessionis adhuc continentis

Sacrosancta Generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam. Cum inter cetera pietatis opera ad confirmandum fidei katholice veritatem extirpandosque errores et hereses hec sancta synodus potissime convenerit cure sollicitudinis precipue studium est illa ut pullulare aliquando conspeximus que fidei cristiane puritatem offendere et splendorem luminis in mentibus fidelium quomodolibet obnubilare possit, penitus extinguere, agrumque dominicum a noxiis zizaniis et vepribus cum omni diligencia expurgare. Proinde quendam libellum editum a magistro Augustino vulgariter dicto de Roma Archiepiscopo nazareno cuius primus tractatus de sacramento unitatis cristi et ecclesie sive de cristo integro intitulatur Secundus de cristo capite et eius inclito principatu Tercius de caritate cristi circa electos et eius infinito amore tamquam non sanam sed erroneam in fide doctrinam continentem cum suis defensoribus dampnat et reprobat et potissime scandalosam illam assertionem erroneam in fide in ipso libello contentam quam pie fidelium aures sine horrore audire non possunt videlicet cristus quottidie peccat et ex quo fuit cristus quottidie peccavit quamvis de capite ecclesie cristo ipso salvatore nostro dicat se non intelligere sed ad membra sua que cum cristo capite unum esse cristum asserit intelligentiam eius esse referendam dicat necnon et ~~posiciones~~ proposiciones istas et eis in sentencia similes quas in articulos dampnatos in sacro Constantiensi Concilio inde declarat videlicet non omnes fideles iustificati sunt membra cristi sed solum electi finaliter in perpetuum regnaturi cum cristo secundum ineffabilem preordinacionem dei sunt membra cristi ex quibus consistit ecclesia que tamen non consistit nisi ex eis qui secundum propositum electionis vocati sunt. Non sufficit cristo omni vinculo caritatis ut aliquem efficiat membra cristi sed requiritur alia unio. Has eciam que sequuntur humana natura in cristo vere est cristus. Humana natura in cristo est persona cristi. Racio supposi talis determinans humanam naturam in cristo non realiter distinguitur ab ipsa natura determinata. Natura humana in cristo procul dubio est persona dei verbi. Et verbum in cristo natura assumpta est realiter persona ~~cristi~~ assumens. Natura humana assumpta a verbo ex

unione personali est qualiter deus naturalis et proprius cristi / Secundum
voluntatem creatam tantum diligit quamcumque humanam unitam per-
sona verbi quantum diligit naturam divinam Sicut due persone in divinis
sunt equaliter diligibiles ita et due nature in cristo / Anima cristi videt
deum tam clare et intense quantum clare et intense deus videt seipsum
Has quidem propositiones et alias ex eadem radice procedentes in predicto
libro contentas tamquam erroneas in fide dampnat et reprobat hec
sancta synodus / Ne igitur per huiusmodi doctrinam in errorem
quempiam fidelium plebis contingat districte precipit ne quisquam
prefati libelli doctrinam et presertim suprascriptas propositiones ut premittitur
dampnatas et reprobatas ac etiam tractatus defensorios docere pre-
dicare defendere aut approbare presumat Eos autem qui secus egerint tamquam
hereticos et aliis canonica animadversione puniendos decernit In
nullo autem per hoc derogare intendit dictis aut scriptis sanctorum doc-
torum in commendationis materia loquentium quinymmo ea recipit et am-
plectitur secundum eorum veram intelligentiam per eos aut alios catholicos
Doctores in Theologica scola communiter expositam et declaratam Nec pre-
iudicare personam prefati auctoris preiudicare intendit hec
sancta synodus quia et si debite vocatus fuit causas tamen absentie
allegavit et in aliquibus scriptis suis et aliis doctrinam suam declara-
tioni ecclesie submisit Ceterum hec sancta synodus mandat et precipit
omnibus archiepiscopis episcopis et cancellariis universitatum et inquisito-
ribus heretice pravitatis ad quorum spectat officium quatenus diligenter
solerterque advigilent et provideant ne quis dictos libros et libellos defen-
sorios habeat aut presumat penes se conservare aut tenere immo ipsos
predictis assignare debeant habeant ut de illis faciant prout iura
disponunt alias contra tales canonica animadversione procedatur
procedatur Datum in sessione publica huius sancte synodi in ecclesia
maiori basiliensi solempniter celebrata ydibus octobris Anno a na-
tivitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto

Sessio vicesima tertia · De electione summi pontificis

Sacrosancta generalis synodus basiliensis in spiritu sancto legit-
time congregata universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei me-
moriam Cum omnis salus populi a pastore bono procedat hec sancta
synodum quantum per humane legis fieri potest industriam inti

Decet · ~~Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis~~ Romanum
pontificem qui gregis dominici primus et summus est pastor talem fiat
~~absque~~ talis quod perseveret quod cunctarum animarum saluti ac totius christiane
in orbis ~~comitati~~ utilitati provideat et tanto officio digne satisfaciat
Proinde constitutiones tam sacrorum conciliorum quam summorum pontificum
super Romani pontificis electione editas innovando haec sancta Si-
nodus et eis quedam saluberrima addiciens statuit ut quotienscumque
sedem apostolicam vacare contigerit sancte Romane ecclesie Cardinales
presentes in loco quo summi pontificis electio celebranda est decima
die post sedis vacationem omnes in Cappella aliqua vel loco prope con-
clave conveniant unde precedente Cruce bini et bini devote cantando
Veni creator spiritus incedentes locum conclavis ingrediantur quo nisi du-
os familiares etiam quos quilibet introducat clericum unum aut laicum duo
clericos quorum saltem unus sit notarius etiam admitti possint Came-
rarius vero et hii quibus conclavis custodia commissa fuerit curet
ne quis preter predictos conclave ingrediatur ante aut post ingres-
sum Cardinalium clausis foribus cum deputatis intret et singulorum
Cardinalium cellas diligenter perquirat exceptis quoque infirmorum aut debi-
lium medicinalibus si qua ibidem victualia aut confectiones repe-
riantur amoveat exiens inde claudens quoque conclavis hostium custo-
diam sollicite observet ac singulis diebus cibaria que cardinalibus defe-
runtur accurate perquiret nec intro ferri permittat nisi que pro moderata
refectione eorum videantur Decretis huius sacri Concilii promulgatis
in quarta sessionibus in suo robore firmiter permansuris Sequenti
die Cardinales omnes coram hiis qui in conclavi fuerint audita mis-
sa de spiritu sancto sacram sumant eucaristiam et antequam scrutinium ineant
antepositis sanctis Ewangeliis iurent sub hac forma

Iuramentum Cardinalium ad eligendum summum pontificem

Ego N iuro et promitto omnipotenti deo patri et filio et spiritui sancto
ac beato petro apostolorum principi eum eligere in pontificem quem creda(m)
ecclesie universali in spiritualibus et temporalibus utilem et tanta digni-
tate idoneum et ei non vocem dare quem verisimiliter sciero promis-
sione aut donatione aut alicuius rei temporalis per se vel alium
interposita aut alias qualitercumque directe vel indirecte pro se electionem
procurare Electoque in pontificem non prius obedientiam facere quam

servet iuxta formam decreti sacri Basiliensis Concilii. Ita me deus
adiuvet, et in die tremendi iudicii redditurus sum de hoc iura-
mento ac cunctis operibus meis rationem. Post hec quilibet eorum
cedulam dabit, in qua ultra tres non nominabit, inter quos si vel
omnes nominaverit aliquis sit extra Cardinalium collegium, neque
una die nisi semel fiat scrutinium. Et immediate post missam
electis cedulis, nisi duarum partium in eum vota concurrant, mox
comburantur. Citra autem sex completa scrutinia, accessus ad que-
quam fieri non potest. Sic recogitent eo tempore Cardinales et atten-
ta mente considerent, quantum sibi ipsis meritum vel demeritum
quantumque populo cristiano fructum vel preiudicium, bonum vel malum
eligendo pontificem faciunt, cum nulla profecto re magis domini
nostri Ihesu Cristi gratiam vel iram assequi possit, quam de contrario eius
suis providendo omnibus agitur, quas ita dilexit, ut pro ipsis et mortem
et Crucis tormentum pati dignatus fuit

De consensu ipsius summi pontificis electi

Statuit hec sancta Synodus, ut electus in papam electioni de se fa-
cte, per infrascripti modi expressionem consentire teneatur, quam expres-
sionem si presens continua per Cardinales vel extra per eorum aliquem
vel alium ab ipsis ad hoc habentem mandatum in presentia notarii et decem
saltem personarum presentata sibi electione requisitus infra diem
naturalem ab hora requisitionis non fecerit, electio sua pro infecta
habeatur, et ad aliam in nomine domini Cardinales procedere teneantur.
Expressa autem ut predicitur huiusmodi consensu Cardinales eidem ut
summo pontifici mox obedientiam debitam exhibeant, postquam vero per
Cardinales obedientia prestita fuit, nulli de eius pontificatu am-
bigere phas est

Forma professionis pape cum iuramento prestanda

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Ego
N. electus in papam omnipotenti deo cuius ecclesiam suo presidio regen-
dam suscipio et beato petro apostolorum principi corde et ore confiteor
et profiteor, quamdiu in hac fragili vita constitutus fuero me firmiter credere
et tenere fidem catholicam secundum traditionem apostolorum et gene-
ralium conciliorum et aliorum patrum, maxime autem sanctorum

octo Conciliorum universalium videlicet primi Niceni secundi
Constantinopolitani tercii Ephesini primi et quarti Calcedo
nensis quinti et sexti item Constantinopolitani septimi item Ni
ceni octavi quoque Constantinopolitani necnon Lateranensis Lug
dunensis Viennensis Constanciensis et Basiliensis generalium etiam
Conciliorum et illam fidem usque ad unum apicem immutilatam
servare et usque ad animam et sanguinem conservare defensare et
predicare Ritumque pariter sacramentorum ecclesiasticorum ecclesie tradi
tum omnimode prosequi et observare Polliceor etiam fideliter laborare
pro tuicione fidei et extirpacione heresium et errorum reformacione mo
rum ac pace in populo christiano Iuro etiam prosequi celebracionem
generalium Conciliorum et confirmacionem electionum iuxta decreta sa
cri Basiliensis Concilii Hanc autem professionem manu mea propria sub
scripsi et tibi omnipotenti deo cui in die tremendi iudicii redditurus
sum de hiis et cunctis operibus meis racionem pura mente sub altare
offero quam in primo publico consistorio solempniter repetam Ne
lapsu temporis licet tam salutaris institucio de memoria summi
pontificis elabatur singulis annis die quo anniversarium celebratur
electionis et coronacionis sue infra missarum solempnia primus car
dinalis qui ibidem affuerit publice et alta voce coram summo pontifi
ce sic legat Sanctissime pater attendat sanctitas tua et diligenter
consideret promissionem hanc quam die electionis tue fecisti postea
etiam legens in fine dicat Curet igitur sanctitas tua ceteritas prin
tas pro honore dei et salute anime tue et utilitate universalis
ecclesie predicta omnia pro viribus observare bona fide sine dolo et
fraude Recogites etiam tuum vicem geras in terris illius vide
licet qui animam suam pro ovibus suis posuit qui ter antequam oves
suas beato petro committeret petiit an ipsum diligeret quique sicut iustus
iudex et quem nullum lateat secretum racionem exiget a te de omnibus
usque ad minimum quadrantem Memineris quid beatus petrus alii
que succedentes pontifices fecerunt qui nil aliud cogitabant nisi ho
norem dei propagacionem fidei publicam ecclesie bonum salutemque et utilitatem
filiorum suorum et tandem minime timentes ingruentem et dominum animas suas
pro sibi commendatis ovibus exponere non dubitaverunt Noli tibi [cō] thesauros
thesaurizare in terris ubi terra tinea et erugo demolitur Ubi fures

et latrones effodiunt sed thesauriza tibi in celis Non sis acceptor
personarum nec sanguinis nec patrie aut nacionis omnes filii dei sunt
et tue cure ac custodie pariter ditas exemplo cristi Qui fecerit volun
tatem meam patris mei qui in celis est ille meus frater mater et soror
est In distribuendis dignitatibus et beneficiis non carnem genus munera
nec quid aliud temporale sed deum solum et virtutes atque homi
nitu tibi preponas In corrigendis excessibus ecclesiastice extere
disciplinam memor quam gratiam phinees quam vero penam heli alter in
iurias dei ulciscendo alter dissimulando meruerit Pauperes atque
miserabiles personas defende cura et sustenta ad omnes autem pater
nam habe caritatem Post expleta coronacionis solempnia ac
singulis annis post electionis anniversarium cum fratribus suis octo
saltem continuis diebus summus pontifex vigili cura pertractet
exequi quod tam solempniter deo pollicitus est In primis igitur per
scrutetur in qua orbis parte cristiana religio iniuria vexatur a
Turcis Saracenis Tartaris et aliis infidelibus In qua regione
viget heresis scisma vel quelibet superstitionis species In quibus
provinciis mores et divinorum officia observancia mandatorum re
cta que vivendi norma tam in statu ecclesiastico quam seculari dilabun
tur Ubi eciam libertas ecclesiastica conculcatur Inter quos reges prin
cipes et populos vigent odia vel bella vel bellorum metus et ubicumque
sciat prius pater cum fratribus suis remediis oportunis diligenter
providere studeat Hiis universalibus expeditis negociis ad ea que pro
ximiora sunt manum apponens mox domum familiam et Curiam
Romanam ubi et quantum fuerit exemplariter componere ordinariter
que reformare incipiat et tam circa magnos quam parvos inquirens
et inquiri faciens quidquid emendacione dignum repperit corrige
nullatenus deferat aut dissimulet Sciens duplicatum esse peccatum unde
quod ibi perpetratur aliud vero longe gravius quod inde sequitur Cum
quidquid enim ibidem agitur facile trahitur in exemplum unde fit lan
guescente capite reliquum postea corpus invadat Pontificalis
domus ac curia tamquam speculum mundum esse debet in quo omnes
prospicientes ad eius exemplum se componant et vivant Primum
ab ea penitus dissipet et evellat quidquid symoniace labis
quidquid concubinarie sordis quidquid denique vel deum offende

vel homines scandalizare potest. Curet ne officiales preter
officia sua administrent, ne quemquam gravent, nec per cavillationes
aut illicite quidquam extorqueat. Et sicut hii qui officialibus prepositi
sunt, ipsorum excessus impunitos non paciantur, neminem permittat
vestibus ac colores per sacros canones prohibitis uti. Clerum Ro
manum qui sibi principaliter et immediate subiectus est, principa
liter in omni ecclesiastica honestate reformet, et presertim ut cultus
divinus in ecclesiis urbis cum ea qua decet veneratione et disciplina
observetur. Populum quoque urbis qui peculiaris eius est parro
chia doceat, instruat ac in viam salutis dirigat. Imperet car
dinalibus ut titulos ac parrochias suas prout eorum incumbit
officio visitent et reforment. Prelatum aliquem magne scientie
probate que et exemplaris vite in urbe vicarium constituat qui in
re sua cleri et populi episcopalem curam gerat. De quo an oneri
suo diligenter incumbat sepe perquirat. Postremo cum eiusdem sibi
de temporalitate ecclesie Romane bene salubriter que regenda cau
cate cogitans, provideat ut ~~puniat~~ provincie civitates opi
da castra terre ipsi ecclesie subiecte iuste ac pacifice gubernentur
tali quidem moderatione ut inter regimen ecclesiasticorum et secu
larium sic distet sicut inter patrem et dominum. Non questum sed pro
tectionem ac tutele intendat, et paternitate cuncta fovendo non
tam subditos quam filios existimet. Et quoniam spiritualem temporalem
que corporum curam habet invigilet omnes partialitates ac
sediciones inde amovere, presertim guelforum et gebellinorum
ac quecumque huius similia perniciosa nomina, animas corpora que
pariter perimentia, omnem dat operam penitus spiritualibus et tempora
libus et quibuscumque possibilibus modis sublatis inde cunctis disse
tionum fomentis, eos unanimes ad devotionem ecclesie conservare.
Ad regendum provincias et civitates principales destinet cardina
les vel prelatos integre et incorrupte fame, quos non lucrari
pecunias sed iusticie ac paci subditorum intendere verisimile sit. Quorum
legatio biennio aut ad plus triennio elapso expiret. Et quia dignum
est ut quilibet sue villicationis rationem reddat, deputetur comple
ta legatione aliquis vel aliqui insignes viri qui sue administra
tionis rationem eorum querelas et petitiones provincialium audiant
et iusticiam exhibeant et quod ipsi facere nequeant pape referant
qui omnia gesta eorum scire studeat et si quid illicite perpetrasse

ipos constiterit emulatemus multum dimittat ut et successores
sui que non licent suo exemplo facere formident Et ne officiales
manus forsitan ad illicita apponant competens salarium unde viuere
honeste possint eis constituatur Sepe etiam sidimus pontifex aquiat
quod tam legati gubernatores et commissarii eius Romane ecclesie ci
tatem ac feudatarii subditos regunt et an nouis gabellis et exactio
nibus grauent quidquid aut austeritatis seu iniusti oneris sup
eruitutis subditorum fieri cognouerit nequaquam tollet pati enim rempub
est cui bene quos papa per se pathie regeret per alios tirannice tractaret
Statuta et constitutiones antiquas quibus prouincie et terre salubri
ter regi consueuerunt inuiolata seruari faciat Et quod si qua postea que
rationabiliter vel ad emulationem seu parcialiter edita sint causa cog
ta retractentur et reformentur Infra annum ab electionis die Romanus
pontifex ad se oratores seu procuratores prouincialium ac principalium
Ciuitatum ecclesie Romane aduertat et ostendens erga eos pathie caritatis
affectum ab ipsis de statu et condicione patriarum Et quemadmodum predeces
sores sui tempore recti sunt vel etiam aliquo iniusto grauentur
onere et quid pro salubri ipsorum regimine faciendum sit perscrutetur
Et tandem in omnibus vtilitati et indempnitati ipsorum ac bono pu
blico prouisionis remedia tamquam filiis adhibeat Totidem saltem de
biennio in biennium repetere non pigeat Inter cetera que feudatarii capita
nei gubernatores senatores castellani aliique prepositi officiales vrbis
et terrarum ecclesie curare solent hoc etiam adiciatur ut in eorum institucione
iurent quod sede vacante ad mandatum cardinalium Ciuitates loca arces
et castra ac gentes nomine Romane ecclesie tenebunt ac tradent libere
et sine contradictione Ne summus pontifex carnalitatis trahi videatur
affectu magis quam iudicio rationis atque ut scandalis obuietur que ex
periencia teste sepe secuta sunt nullum de cetero consanguineum vel af
finem usque ad tercium gradum inclusiue ducem marchionem comitem
feudarium emphiteotam vicarium gubernatorem officialem castellanum
aliumque prouincie Ciuitatis opidi castri fortalicii aut loci Romane
ecclesie vel super eius iurisdictionem seu potestatem aliquam habere
vel capitaneum seu conductorem gentium armorum faciat aut esse per
mittat ipsi quoque cardinales summo pontifici secus agere volenti
nequaquam assentiant quodque succedens pontifex aliter factum per se

retractet et removeat. Iuxta Nicolai pape quarti constitucionem sta-
tuit hec sancta Synodus ut ad sancte Romane ecclesie cardinales
omnium fructuum redituum multarum condempnacionum ac censuum
de quibuscumque terris et locis Romane ecclesie subiectis provenientium
medietas pertineat. Institucio quoque et destitucio omnium rectorum gubernatorum
que et custodum quocumque nomine censeantur qui preerunt dictis terris
et locis ac eciam dictorum fructuum collectorum de consilio et assensu ipsorum
Cardinalium fieri debeat. Quos igitur Cardinales admonet hec sancta
Synodus ut terras et subditos Romane ecclesie ab iniuriis et oppres-
sionibus protegant, de pace quoque ac salute et bono ipsorum regimine cogi-
tantes apud summum pontificem, et ubi opus fuerit ipsos omni favore
promoveant. Et si de omnibus sancte Romane ecclesie terris magna cura
summo pontifici ac Cardinalibus esse debeat, ad urbem tamen Roma-
nam mentis intuitum sedulo convertere et ad ipsam tamquam ad peculiarem filiam
et principalem eorum parrochiam in qua beatorum Petri ac Pauli ac in-
numerabilium Christi martirum et sanctorum corpora sacra requiescunt, ubi se-
des est Romani pontificis, unde et ipse ac Romanum denominatur
imperium, et ad quam omnes christicole devocionis causa confluere solent,
singularem quandam caritatem et precipuum affectum gerere tenentur et in
pace tranquillitate et iusticia gubernentur, in suis quoque ecclesiis menibus
viis ac securitate stratarum detrimentum non paciatur. Quocirca statuit
hec sancta Synodus ut de quibuscumque ipsius urbis redditibus et proven-
tibus aliqua competens porcio ad conservacionem ecclesiarum menium viarum
que pontium, securitatis quoque itinerum ipsius urbis et districtus per aliquos
viros probate fame de consilio Cardinalium eligendos realiter expo-
natur. Sicut servus servorum dei summus pontifex se profitetur, ita ope-
re compleat. Et cum ad ipsum tamquam communem patrem condicionisque homines con-
fugiant, adiri quoque se ab omnibus facile permittat. Unam ergo saltem in
ebdomada diem pro publica statuat audiencia, in qua omnes presertim
pauperes et oppressos paciencter et benigne audiat, et quantum cum deo per-
exaudiat, cunctis quoque sicut pater filiis prout cuique opus fuerit iuxta suorum
consilio et auxilio provideat. Et si corporali ~~[illegible]~~ infirmitate impeditus
fuerit, vel alicui Cardinali vel alteri insigni viro omnia sibi re-
laturo committat, omnibus quoque curie officialibus iubeat, presertim vi-
cecancellario penitenciario et Camerario, ut ipsos pauperes cito
gratisque expediant, memores apostolice caritatis qua Petrus et Paulus

inopiam dextras dederunt. Et pauperum ut memores certis diebus vel
dominicis et festivis ad missam exeat publicam, postquam aliquanto
temporis spatio audientiam indigentibus prebeat. Singulis eb-
domadis vel saltem in mense bis consistorium publicum teneat, in
quibus negotia ecclesiarum cathedralium ac monasteriorum seu prin-
cipum aut communitatum alia que magni ponderis audiat. Lites autem
et causas remittat minores ad contetam cellarum. Ipse autem quanto
amplius per litigiis ac minoribus negotiis se eximat, ut maio-
ribus intendat liberius. Cum sancte Romane ecclesie cardinales
pars corporis Romani pontificis esse censentur, rei publice admodum
expediens est, ut iuxta vetustum morem gravia et ardua negotia de
ipsorum consilio directione causa quoque nature cognita deinceps fiat,
precipue causarum fidei decisiones, sanctorum canonizationes, erectiones
seu oppressiones, divisiones, subiectiones ac uniones ecclesiarum cathe-
dralium et monasteriorum, promotiones cardinalium, confirmationes
ac provisiones de ecclesiis cathedralibus et monasteriis, privationes quoque et
translationes abbatum, episcoporum et superiorum, leges seu constitutiones
legationes de latere seu nunciorum ac missionum auctoritate legatorum de la-
tere fungentium, commissiones nove religionis institutio et exemptiones
nove ecclesie monasteriis vel capitulis aut ipsorum iam factarum revo-
cationes, salvo decreto sacri Constantiensis concilii de prelatis non trans-
ferendis invitis.

De numero et qualitate cardinalium

Cum summo pontifici sancte Romane ecclesie cardinales in
dirigenda christiana re publica collaterales assistant, necesse est
ut tales instituantur qui sicut nomine ita et re ipsa cardines sint
super quos hostia universalis vertentur et sustententur ecclesie. Statuit
igitur hec sancta synodus ut deinceps eorum numerus adeo sit modera-
tus quod nec sit gravis ecclesie nec superflua numerositate vilescat,
qui de omnibus christianitatis regionibus quantum fieri commode poterit
assumantur, ut notitia rerum in ecclesia emergentium facilius haberi
et super hiis maturius deliberari possit. Sic tamen quod numerum viginti qua-
tuor inter eos qui nunc sunt et assumendos non excedat, et quod de una
natione ultra tertiam partem respectu cardinalium pro tempore exi-
stentium, ac de una civitate et diocesi ultra unum inde oriundum in

et de ea natione que nunc ultra terciam partem habet usque ad ipsius tercie
partis reductionem esse nequeant. Sint viri in sciencia moribus que rerum
experiencia excellentes non minores triginta annis magistri doctores
seu licenciati cum rigore examinis in iure divino vel humano sit saltem
tercia vel quarta pars de magistris aut licenciatis in sacra scriptura inter
hos autem viginti quatuor alii poterunt admodum pauci filii fratres
aut nepotes regum seu magnorum principum in quibus eorum circumspe
ctione et maturitate morum competens litteratura sufficiet. Non fiant
Cardinales nepotes ex fratre vel sorore Romani pontificis vel alicuius car
dinalis viventis non illegittime nati neque corpore viciati nec alicuius
criminis aut infamie nota respersi. In predicto autem numero viginti quatuor
pro magna ecclesie necessitate vel utilitate duo alii in quibus eminens scientia
vel eximie virtutes refulgeant, licet memoratos gradus non habeant,
ac de Grecis cum Romane ecclesie uniti fuerint insignes aliqui viri adici
poterunt. Non fiat Cardinalium electio solum per auricularia vota
sed illi soli assumantur qui in quos facto prius scrutinio ac publicato
maiorem partem Cardinalium per subscriptionem manus proprie constiterit
collegialiter consensisse. desuper etiam apostolice littere cum subscriptione Car
dinalium conficiantur. decreto huius sacri Concilii solempniter publicato
quod incipit Item cum multiplicatio Cardinalium etc in suo robore
inviolabiliter permansuro. Cum recipient Cardinales sue dignitatis in
signia quorum significatio est ut pro bono communis ecclesie sanguinem proprium si
opus fuerit non vereantur effundere iurabunt in publico consistorio si sint
in Curia Si vero absentes coram manibus alicuius episcopi et publice cum per litteras
apostolicas in quibus forma iuramenti sit inserta commissio fuerit in hunc
modum

Iuramentum ipsorum Cardinalium

Ego N. nuper assumptus in sancte Romane ecclesie Cardinalem ab hac
hora inantea ero fidelis beato petro Romeque et Romane ecclesie et sum
mo pontifici eiusque successoribus Canonice intrantibus laborabo fide
liter pro defensione fidei catholice extirpacione que heresum et errorum ac sci
smatum reformacione morum ac pace in populo cristiano. In alienacionibus
rerum et bonorum Romane ecclesie ac aliarum ecclesiarum et beneficiorum quorum
cumque non consenciam nisi in casibus a iure permissis et pro alienatis ab ecclesia
Romana recuperandis posse operam dabo. Non consulam quidquid summo
pontifici nec subscribam quod nisi secundum deum et conscienciam meam

que immediate per sedem apostolicam commissa fuerint. Similiter exerceat cultum
divinum in ecclesia tituli sui, et eius bona conservabit sicut de eius admi
nistratione. Pro conservandis cardinalium titulis, quorum aliqui tam in divinis cul
tu quam edificiis, immo proch dolor, in suburbiis sedis apostolice et ipsorum car
dinalium collapsi sunt, statuit hec sancta synodus ut de redditibus
et proventibus terrarum ecclesie Romane, quorum medietas iuxta constitutionem
Nicolai pape ad cardinales ut predictum est pertineat, decima pars eius
quod spectat ad quemlibet cardinalium proprio titulo singulis annis appli
cetur. Et nichilominus vel in vita vel in morte quilibet cardinalis tan
tum proprio titulo relinquat unde commode una persona sustentari possit.
Quod si non fecerit, tantum post obitum ultra predictam decimam partem omnia bona ipsius
cardinalis obligata sunt usque ad debitam satisfactionem, et ex ad executi
onem eius onerentur priores cardinales illius ordinis de quo ipse de
functus erat. Visitet per se quilibet cardinalis presens in curia, vel absens
vero per vicarium idoneum, singulis annis titulum suum, clericosque et plebem
ecclesiarum subiectarum, et cum diligentia inquirat et salubriter provideat super
cultu divino bonisque ipsarum ecclesiarum, ac vita et moribus clericorum et
parochianorum, de quibus tamquam sue sint oves in districto dei iudicio rationem
redditurus reddituruque est. Et tam quo ad tempus visitandi quam quo ad
alia, servent que constituta sunt in decreto nostro de conciliis synodali
bus. Et si ad quemlibet cardinalium tam ipsa dignitas quam ex officio pertineat
pullulantia in memoratis sanctis laborare operibus, nichilominus
ut efficaciores fiant, quo singulis quasi peculiariter distribuantur,
ipsi cardinales indagare curent que regiones heresibus, erroribus,
superstitionibus novis aut antiquis infecte sunt, provincie ubi mores
et divinorum mandatorum observantia ac ecclesiastica disciplina deficiant, quive
reges aut principes seu populi bellis agitentur vel agitari time
antur, et tamquam apes argumentose tam apud summum pontificem quam in se
ipsos diligenter et accurate negotia hec sancta procurent, operam dantes
ut eis quantum fieri salubri remedio provideatur. Et ne autem summus ponti
fex tamquam communis omnium pater et pastor non solum rogatus et sollicitatus,
sed proprio motu ubique investiget, investigari que faciat, et que pro omni
bus filiorum moribus salutare constat medicinam. Si quem papam, quod
absit, negligentem aut remissum seu agentem que non decent ipsi
cardinales inspexerint, filiali reverentia et caritate tamquam patrem
obsecrant ut officio pastorali honorique ac debito suo satisfaciat. Et
primo quidem aliquis vel aliqui de per se, deinde si se non corrigat

omnes collegialiter, accersitis quibusdam notabilibus prelatis
predicentque quod si non abstinuerit, proximo generali Concilio de-
ferent. Nec pro salute ipsius summi pontificis, et bono publico, eius
odium vel quidquid aliud timeant, dum tamen reverenter et carita-
tive id agant, multo magis si quidem ex cardinalibus aliquid
perperam seu reprehensibile dignum facientem papa cognoverit, paterna
semper caritate et iuxta doctrinam evangelicam corrigat, ut sic alter
in alterum patrem filios et filii in patrem caritatis opera extendentes
ecclesiam dei exemplari ac salubri moderamine gubernent. Prelatos
et quosdam alios insignes presertim viros ad curiam Romanam
confluentes Cardinales benigne et honorifice tam publice quam pri-
vate pertractent, et apud summum pontificem eorum negotia gratiose
ac liberaliter recommissa faciant. Et cum ei quod commune est omnium pater
Cardinales assistant, personarum acceptores fieri vel advocatos vel
defendendos est. Propterea interdicit hec sancta Synodus, ut tamquam in-
dices collaterales partialitatem nullam accipiant, etiam si de cu-
periali originem ducant, nec sint principum aut communitatum seu aliorum
contra quemque cum precio vel sine partiales protectores, aut defensores,
sed exuti omnem passionem in sedandis concordia vel iustitia litibus, pa-
ce assistant. Principum aut et quorumlibet presertim pauperum et religio-
sorum gratis et sine ullo questu promoveant iusta negotia, tamquam caritatis
opus persuadet hec sancta Synodus et commendat. Ut affabilitate et be-
nignitate servent Cardinales gravitatem et modestiam, que eorum congruit
dignitati, pietatem que secundum apostolum ad omnia utilis est, servent ad omnes
affines suos, presertim debeant. Non tamen ita ipsos opum aut beneficiorum
multitudine accumulent, ut aliis inde scandalum pariatur. Caveant ne
bona ab ecclesiis profectu vel quam utilitatis earum postulat in carnem et san-
guinem effundant. Cum tales sit ambulare in magnus pontifex aspe-
xerit arguet atque obviet ut decet. Neque enim culpe erit expers, si iuxta
officium suum corrigenda non corrigat. Familia, mensa, suppellex item
et equorum tam pape quam Cardinalium nec in numerositate, nec fastu a pompa
neque aliquo excessu reprehensibilis sit, ita domus et que in domo sunt
moderate componantur, ut aliis inde scandalum sed frugalitatis exemplum
possit. Etiam summus pontifex et cardinales quam certum corpus constitutionem
beati Gregorii in generali Synodo editam servare studeant, cuius tenor hic
est, quam hec sancta Synodus innovat. Cum pastoris vita
exemplum debeat esse discipulis, plerumque clerici quales in secreto

sit vita sui pastoris nesciunt, quam tamen seculares perspiciunt. De qua re presenti decreto statuimus ut quandocumque ex clericis vel etiam ex monachis electi in ~~monasterio~~ ministerio cubiculo pontificali obsequantur, ut is qui in loco regiminis est tales habeat testes qui eius secreto conversationem videant et ex sedula visione exemplum profectus sumant. Paschalis etiam pape verba advertant dicentis: Episcopi orationi et lectioni vacent et semper presbiteros et diaconos ac alios boni testimonii clericos habeant ut secundum apostolum et sanctorum patrum statuta possint irreprehensibiles inveniri. Non expedit reipublice ut cardinales, quos rebus arduis universalis ecclesie intentos fore oportet, alie cause quam electionum ecclesiarum cathedralium ac monasteriorum vel principum aut universitatum seu similes per papam aut cancellarium delegantur. Minores igitur litigiose cause in auditorio rote, quod ad hoc institutum est, committantur. Neque papa neque cardinales familiares suos quamvis minime accepturos ad confirmatos vel provisos prelatos de cetero mittant, ne quod per se facere non decet per alios fieri patiantur. Cum aliquando factum est ut pro anulo in assignatione tituli cardinalibus tradito post mortem eius aliqua pecunia sumeretur vel res alias de bonis suis arripiatur, de cetero non fiat, cum labores eorum pro re publica impensi, etiam si pauperes forent, potius de publico mererentur.

De electionibus

Licet dudum hec sancta synodus abolita per eam generali omnium ecclesiarum dignitatum ~~electivarum~~ electivarum reservatione, provide decrevit ut predictis ecclesiis ac dignitatibus per canonicas electiones et confirmationes provideri deberet, volens etiam speciales seu particulares ipsarum ecclesiarum et dignitatum electivarum pluribus reservationes, per quas libera in eisdem eligendi et confirmandi facultas impediri posset, Cumque adversus hoc decretum Romanus pontifex nichil attemptet nisi ex magna rationabili et evidenti causa in litteris apostolicis nominatim exprimenda, qua tamen contra ipsius decreti mentem non pauca sine huiusmodi causa gesta sunt, unde gravia hactenus successerunt et graviora in dies timentur scandala, cupiens igitur hec sancta synodus his obviare, volens quoque ut ipsius decreti mens que fuit omne obstaculum a canonicis electionibus et confirmationibus tollere suo frustretur effectu, statuit ut electiones in dictis ecclesiis sive

impedimento aut obstaculo omnino fiant que causa cognita
iuxta iuris communis et dicti nostri decreti dispositionem confirmentur vel
infirmentur. Preterea tamen si forte aliquando contingat electionem
aliquam aliter canonice fieri que in perturbationem ecclesie aut patrie
vel boni publici vergere timeatur, summus pontifex cum ad ipsum
confirmatio delata fuerit, si talem urgentissimam causam adesse
manifeste cognoverit, ea prius mature discussa ac parte plena
defensa attendente postea Romane ecclesie cardinalium aut maioris
partis subscriptione huiusmodi causam veram sufficientemque fore
attestantium, reiecta tali electione ad capitulum vel conventum remit-
tat, ut infra tempus iuris vel aliud iuxta loci distantiam ad aliam
ex qua evenire talia non formidentur electionem procedat.

De reservationibus beneficiorum et earum abolitione

Et quia multiplices ecclesiarum et beneficiorum hactenus facte per summos
pontifices reservationes non parum ecclesiis onerose extiterunt, ipsas
omnes tam generales quam speciales sive particulares de quibuscumque
ecclesiis et beneficiis quibus tam per electionem quam collationem aut aliam
dispositionem providere solet, sive per extravagantes Ad regimen
et Execrabilis sive per regulas cancellarie aut alias apostolicas
constitutiones introductas, hec sancta synodus abolet statuitque
ut de cetero nequaquam fiant, reservationibus in corpore iuris expresse
clausis et hiis quas in terris Romane ecclesie ratione directi sive
utilis dominii mediate vel immediate subiectis fieri contigerit
dumtaxat exceptis.

De Clementinis litteris

Licet in apostolicis vel aliis litteris quibuscumque aliquem dignitati be-
neficio aut iuri cuicumque renunciasse aut privatum esse seu aliquod
aliud egisse per quod ius proprium auferatur narratum sit, huius-
modi littere in hiis non preiudicent, etiam si super ipsis grandi vel in
tenorem narrantis fundentur, nisi per testes aut alia legittima con-
stiterit documenta. Datum Basilee in sessione publica huius
sancte synodi in ecclesia maiori Basiliensi solempniter deputata
nono kalendas Aprilis anno a nativitate domini millesimo
quadringentesimo tricesimo sexto.

Sessio vicesimaquarta

De prorogacione termini pro grecis cum bulla indulgenciarum eiusdem

Sacrosancta generalis synodus basiliensis in spiritu sancto legi-
time congregata, universalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei
memoriam. Cum ambasiatores nostri ad Constantinopolim trans-
missi vice et nomine eiusdem sancte synodi serenissimo impera-
tori grecorum et reverendissimo domino patriarche Constantinopoli-
tano propter nonnullas causas promiserunt capitula aliqua in quibus hec sancta
synodus super modo universalis et ycumenici et universalis ecclesie concilii ce-
lebrandi hinc et inde conclusa et firmata deberet et cum effectu ex-
hiberi sub consueta huiusmodi sacri synodi bulla plumbea data prout
et sub tenore de verbo ad verbum subsequitur. Nolens hec sancta
synodus obmittere aliquod eorum que pro unione ecclesiarum christi fieri
possint, dictam suorum ambasiatorum promissionem presenti decreto ap-
probat ratificat acceptat et confirmat per prefata capitula de verbo
ad verbum prout per prefatos ambasiatores promissum est presentibus inseri
et sub tenore qui sequitur. Sacrosancta generalis synodus Basi-
liensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam
representans ad perpetuam rei memoriam. Cum inter cetera toti populo christi-
ano meritoria opera propter que hoc sacrum presens concilium extitit congre-
gatum unio occidentalis et orientalis ecclesiarum christi precipuum et
maximum sit, mox facienda ab initio sue congregationis omni co-
natu laboravit. Etenim quam primum potuit ad serenissimum imperatorem
grecorum et reverendissimum patriarcham Constantinopolitanum cum
litteris suis transmisit ambasiatores ad ipsos cum omni caritate et insta-
ntia exhortando quatenus et ipsi cum plena potestate mitterent aliquos qui
nobiscum tractarent de modo dictam sanctam unionem consequendi. Qui
mox ut requisiti fuerunt tres insignes viros qui apud eos magne
videntur auctoritatis, quorum primus ipsum imperatorem consanguinitate
attinet, ad hanc sanctam synodum destinarunt sufficienti quoque ipsius im-
peratoris mandato cum bulla aurea et eius manu propria subscripto
ac patriarche litteris munitos, qui tam in generali congregatione quam
coram commissariis nostris ferventissimum ipsius imperatoris et pa-
triarche totiusque ecclesie orientalis ad hanc unionem desiderium expo-
nentes nos miro in modo ad tam sanctum opus prosequendum pulsant
et quotidie excitant. Duo enim alia firmiter constanterque asserentes
unionem ipsam nisi in synodo universali in qua tam ecclesia occidentalis

que orientalis conveniat fieri nullatenus posse. Et si in ea synodo id fiat ut infra conventum est ipsam unionem secuturam sperari. Quibus auditis summa nobis leticia et iocunditas animum attigit. Quamobrem omnem cogitatum nostrum iactantes in deum qui facit mirabilia magna solus venerabiles sancte Romane ecclesie cardinales presidentes sedis apostolice patriarcham Antiochenum archiepiscopos episcopos abbates magistros quoque et doctores in numero competenti deputavimus ut una cum ipsis grecorum ambasiatoribus rem istam tractare et quo ordine ad execucionem deducenda esset prospicere deberent. Qui tandem inter se quoque cum ipsis oratoribus sepe numero convenientes habito inter se maturo et digesto consilio ad infrascripta cum ipsis devenerunt capitula que postea secundum morem huius sacri concilii per sacras deputaciones mature deliberata ac deinde per generalem congregacionem conclusa firmata quoque solempniter extiterunt quorum tenores una cum mandato ipsius domini imperatoris sub bulla aurea sequitur et est talis

Ambasiatores serenissimi domini imperatoris grecorum et domini patriarche Constantinopolitani etc. ut in decreto concilii superius ~~expressum infra~~ inserto lacius continetur. Et quia tempus superius expressum infra quod predicta debebant adimpleri effluxit non propter defectum alicuius partium sed quia ita contigit variis intervenientibus tractatibus hec sancta synodus per prefatos serenissimum imperatorem grecorum et reverendissimum patriarcham Constantinopolitanum parte ex una et ambasiatores huius sacre synodi parte ex altera statutum et firmatum quod ~~esset~~ est a mense Maio immediate sequenti ad annum cita quod per totum mensem maii ad annum sequentem utraque partium sit parata ad exequendum supradicta quantum ad quamlibet partium attinet acceptat et promittit se impleturam quantum ad ipsam pertinet infra dictum tempus quicquid in supradictis capitulis continetur. Datum Basilee in sessione publica huius sancte synodi in maiori ecclesia Basiliensi solempniter celebrata decimo octavo kalendas Maii anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto

Sequitur forma salviconductus grecorum datus domino imperatori grecorum et patriarche Constantinopolitano a sacro concilio

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legittime congregata universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam

Cum autore domino in regione nostra occidentali et obediencie ecclesie
Romane et universalis et ycumenica synodus celebrata debeat qua
iuxta concordata in hac sacra synodo et in constantinopoli dudum
ratificata tam occidentalis quam orientalis ecclesia convenient ut amplius
erga eandem ecclesiam orientalem sincere intencionis sinceritatis pateat
et omnis suspicio que circa securitatem et libertatem venencium oriri pos-
set de medio auferatur tenore presentis decreti hec sancta synodus Ba-
siliensis pro se et nomine totius ecclesie occidentalis et omnium de eadem cuius-
cumque status etiam si papali imperiali regali pontificali vel qua-
cumque alia inferiori spirituali vel seculari prefulgeant dignitate vel
officio decernit dat et concedit serenissimo domino imperatori ~~Rono~~
Romeorum reverendissimis patriarchis Constantinopolitano Alexan-
drino Antiocheno et Ierosolimitano ceterisque usque ad numerum septin-
gentarum ~~etiam~~ personarum etiam si imperiali regali archiepiscopa-
li Episcopali et cuiuscumque alterius status dignitatis aut condicio-
nis fuerint ad predictum universale et ycumenicum Concilium in regione
occidentali ut premittitur celebrandum venientibus aut venturis plenum
aut liberum salvumconductum omnesque predictos et quemlibet ipsorum tam
in personis quam in honoribus et rebus quibuscumque ipsorum in omnibus re-
gnis provinciis dominiis territoriis comitatibus Civitatibus Castris
opidis villis et omnibus locis obediencie nostre ecclesie occidentalis per
que sive eundo sive stando sive etiam redeundo transituri sunt aut
eos transire contigerit in suam tutam securamque salvagardiam recepit
et recipit per presentes promittens et concedens omnibus et singulis supradictis
hoc presenti edicto synodali tutam et liberam facultatem accedendi et re-
meandi in et ad Civitatem seu locum in qua seu in quo erit dictum
sacrosanctum universale Concilium celebrandum ibique standi morandi resi-
dendi habitandi cum omnibus immunitatibus libertatibus et securita-
tibus quibus illi querunt qui erunt de obediencie ecclesie Romane ha-
bitabunt disputandi etiam et racionandi iura et auctoritates alle-
gandi et omnia libere et sine cuiuscumque impedimento dicendi faciendi
et tractandi que pro unione ecclesiarum cristi expedire eis videbuntur
et oportuna inde etiam semel et pluries totiens quotiens eis et cuilibet
eorum videbitur et placebit simul et separatim et cum rebus bonis peccu-
niis et sine perlibito recedendi aut redeundi tute libere et impune
omni impedimento reali et personali cessante penitus que remoto etiam
si talis unio quod absit non sequeretur sive effectum haberet quo-

casu et in omnem alium euentum prefati Serenissimus imperator dominus
patriarcha et alii supra nominati nostris dumptaxat expensis et gale
is absque aliqua dilatione temporis omnique remoto impedimento ad
eisdem honoribus beniuolentia et amicitia quibus ad prefatum
vniuersale celebrandum concilium deducentur etiam inde ad Consta
ntinopolim reducentur siue unio sequatur in dicta celebranda Syno
do continuanda siue non non obstantibus in predictis vel aliquo pre
dictorum quibuscumque differentiis discordiis et dissensionibus ad presens
urgentibus et que in futurum oriri et surgere possent inter dictas ecclesias
orientalem et occidentalem seu inter ipsam ecclesiam Romanam et ei subie
ctas et agregatos et prefatum Serenissimum imperatorem et alios ecclesie
Constantinopolitane aggregatos et non obstantibus aliquibus
sententiis decretis condempnationibus canonibus et decretalibus qui
buscumque et qualitercumque factis prolatis et fiendis et etiam non obstantibus
aliquibus represaliis et debitis publicis vel priuatis et non obsta
ntibus aliquibus criminibus excessibus culpis delictis si qua per predi
ctos vel alterum eorum quomodocumque et qualitercumque commissa et perpetrata
forent et generaliter non obstantibus quibuscumque aliis etiam si talia
forent de quibus mentionem foret specialem in presentibus facere conueniret
Et si contingat aliquem seu aliquos ex nostris eis velle vel aliam in
iuriam quod absit vel aliquam molestiam inferre in persona honore
rebus et aliis quibuscumque taliter excedentes iudicabitur per nos
aut nostros usque ad condignam et equalem satisfactionem parti lese Et
conuerso si quis ipsorum alicui ex nostris aliquam ut permittitur in
iuriam inferat iudicabitur per eosdem usque ad condignam et equalem sa
tisfactionem Et qui iniuriam passus est secundum morem et consuetudinem
vtriusque partis De aliis autem criminibus excessibus et culpis quibuscum
que quelibet partium cognoscet et iudicabit de suis Hortatur autem licet
Sacrosancta Synodus omnes christifideles et nichilominus auctoritate
vniuersalis ecclesie in virtute spiritus sancti et sancte obedientie mandat
et precipit omnibus prelatis Regibus ducibus principibus officiali
bus communitatibus et aliis secularibus personis cuiuscumque status condi
tionis et dignitatis existant nostre occidentalis ecclesie congregatis
quatenus omnia et singula inuiolabiliter obseruent et quantum in
eis est obseruari faciant dictosque Serenissimum imperatorem patriarchas
et omnes alios antedictos ad dictum sacrum Concilium celebrandum

accedentes et inde recedentes simul et divisim favorabiliter recipient
honorent et tractent ac honorari et tractari faciant Si qua vero du
bitatio circa dictum salvumconductum et contenta in eo oriri contigerit
stabitur declaracioni prefate universalis Synodi celebrande Vult
autem hec sancta Synodus presentem salvum conductum valere et in suo
robore permanere quousque ad ultimum dicti serenissimus Impera
tor patriarche et alii supradicti cum suis nobilibus et famulis usque
ad numerum ut premittitur septingentarum personarum aliisque rebus
et bonis sicut reversi in et ad Civitatem Constantinopolitanam Si
quis autem contra predicta aut aliquod predictorum aliquid facere
quovismodo temptaverit indignacionem omnipotentis dei et dicte Sy
nodi se noverit incursurum Datum ut immediate supra ~~nodi~~ se notatur

Bulla aurea domini Imperatoris grecorum lecta
in sessione publica et generali congregacione

Quoniam destinate fuerunt ab Imperio meo ~~tit~~ et prestantissimo do
mino procurmeno palarcha ambasiate ad sacrosanctam ecclesiam
Romanam videlicet ad beatissimum papam dominum Martinum quintum et
modernum similiter sanctissimum papam dominum eugenium quartum
similiter et ab ipsis transmisse fuerunt multociens ad nos pro unione
ecclesiarum Christi et multis laboribus cum magna diligencia utrimque
factis tamen propter aliquas circumstancias temporaneas non pervenit ad
finem tale bonum et sanctum opus unionis postquam autem destinavit ad
nos de hac ipsa re ambasiatores suos sacra Synodus in basilea con
gregata sacrosanctam ecclesiam Romanam representans propter quod et nos
ad eam destinavimus videlicet familiarem Imperii mei demetrium
paleologum metochitem et honorandissimum in sacris monachis Ab
batem sacri monasterii sancti demetrii ysidorum et familiarem impe
rii mei Iohannem lascarin dissipatum qui illuc accedentes osten
derunt in ipsam quedam capitula ab ea tractata in preparacionem et constitu
cionem universalis et ycumenici Concilii in quo unio est tractanda cele
branda et perficienda deo duce predictam sacram unionem que quidem sancta
Synodus basiliensis acceptavit et promisit illa adimplere unde et
et ambasiatores suos ad nos destinavit fratrem Iohannem
de Ragusio ordinis predicatorum professorem et in sacra pagina
magistrum Henricum Menger decretorum doctorem Canonicum Con
stanciensem et Simonem Freron sacre theologie baccalarium

Canonicum Aurelianen cum decreto ipsius generali / in quo
de hiis continebatur particulariter in capitulis / perlecto itaque
tali decreto / apud nos quedam ex hiis que continebantur in eo / non
placuerunt nobis / ut in ipso iacebat / prohemium videlicet talis
decreti et capitulum / in quo scribebatur / de modo reversionis nostre a lo
co celebrandi Concilii ad Constantinopolim / si permittente deo quod
absit non fieret unio ecclesiarum tasti in tali synodo / quia eis explicavi
mus de hoc determinate et manifeste / predicti autem ambasiatores vi
dentes displicentiam et resistentiam nostram / et nec aliter rem ipsam posse
habere progressum / confessi sunt et promiserunt curare cum predictis / vide
licet quod dicta sancta synodus dabit et exhibebit nobis capitula in
dicto decreto contenta / cum prohemio modo et forma / de quibus in litteris
ipsorum promissoriis continetur / et circa reversionem nostram de synodo
in Constantinopolim / in casu quo non sequeretur dicta unio / quod
absit facere et adimplere prout habetur in forma salvi conductus
predicti / hiis itaque progressis et inter nos concordatis / petierunt et ipsi
ambasiatores / ut promittamus et nos / absque omni contradictione ire
et attendere ad locum in quo celebrabitur deo concedente ycumenica catholica
et ecumenica synodus / qui quidem locus esse debet unus ex nominatis
in decreto quemcumque ordinabitur / per dictum sacrum Concilium Basilien.
sicut in supradicto decreto sacri Concilii / et quod exire debemus tunc a Con
stantinopoli in attendendo versus locum celebrandi Concilii incipie
nti / a principio sequentis anni indictione decima quinta / sicut conve
ntum est inter nos et ipsos ambasiatores sacri Concilii / Et quia eciam ad
maiorem cautelam et firmitatem horum omnium / petierunt fieri litteram Cri
sobolii imperii mei / imperium meum grato animo rationabili peticioni
eorum annuens / presens Crisobolium largitur et concedit / per quod ac
ceptat determinat et promittit / quod si dicta sacrosancta synodus
basiliensis remedium apposuerit in predictis videlicet si predicta
capitula in supradicto decreto contenta cum prohemio in forma
sicut hic per ambasiatores ipsius sancte synodi concordatum est
nobis direxerit et compleverit omnia in eisdem capitulis scripta
opportune / similiter et fecerit salvumconductum cum capitulo de
modo reversionis nostre ad Constantinopolim ut predicitur / Feliciter
eciam ut ambasiatores ipsius nobis promiserunt et nobiscum conve
nerunt / exibit et imperium meum cum deo sine contradictione a Con
stantinopoli secundum tempus cum prestantissimo domino ycumenico
patriarcha Constantinopolitano et ceteris debentibus interesse ad
attendendum ad locum ubi celebrabitur sanctum catholicum et ycu

menicum Concilium absque impedimento racionabili vero et manifesto
tantum si bellum quod absit ab infidelibus foret et constaret Civitati nostre
Constantinopolitane / et in robur et confirmacionem et conservacionem
immobilem suprascriptorum / curavit imperium meum per debitum in mirandum
tamquam cristiano et fideli imperatori / et per oracionem sancti mei domini et com
patris pius imperii mei famosissimum / et felicis memorie / et pandam
meam / factum quod est super istis presens Crisobolum imperii mei in anno
sex millesimo nonagentesimo quadragesimo quarto in mense Novem
bris indictione decima quinta / aut in nativitate domini dei nostri Ihesu
cristi millesimo quadringentesimo tricesimo quinto die vicesima sexta
mensis Novembris

Bulla plumbea domini patriarche Constan
tinopolitani missa sacro basilien Concilio

Quoniam destinate fuerunt ab humilitate nostra / et potentissimo et sancto
meo imperatore / ambasiate ad sacrosanctam ecclesiam Romanam
videlicet ad beatissimum dominum Martinum papam quintum / et ad modernum
similiter sanctissimum dominum Eugenium papam quartum / similiter et ab
ipsis transmisse fuerunt multotiens ad nos pro unione ecclesiarum cristi
et multis laboribus et multa diligentia utrimque factis / tamen
propter aliquas [struck out] circumstancias temporaneas / non pervenit ad finem
tale bonum et sanctum opus unionis / post hoc autem destinat ad nos et
hac ipsa re ambasiatores suos sacra synodus in basilea congregata
sacrosanctam ecclesiam Romanam representans / propter quod et nos nostros ad
eam destinavimus videlicet familiares potentissimi et sancti mei com
patris in spiritu sancto dilectos filios nostre humilitatis videlicet paleolo
gum metochidem / et honorandissimum in sacris monachis abbatem monasterii
sancti demetrii ysidorum et Iohannem Kastrisy dissipatum / qui illuc ac
cedentes ostenderunt [struck out] in ipsam quedam continuo ab ipsa tractum et pre
preparacionem et constitucionem comunis et ecumenici Concilii / in quo necesse
est tractari celebrari et perfici deo duce predictam sanctam unionem / que
quidem hec sancta synodus acceptavit et promisit illa adimplere / unde et
ambasiatores suos ad nos destinavit fratrem Iohannem de Ragusio
ordinis predicatorum professorem in sacra pagina magistrum / Henricum
Menger decretorum doctorem Canonicum Constancien / et Symonem
Fréron / cum decreto ipsius generali in quo de hiis continebatur particulariter
in capitulis / perlecto itaque tali decreto apud nos / quedam ex hiis que

continebantur in eo non placuerit nobis, ut in ipso iacebat plenius
videlicet talis decreti et capitulum in quo statuebatur de modo reversionis
nostre a loco celebrandi Concilii ad Constantinopolim si permittente
deo quod absit non fieret ymo etiam in casu in tali synodo, quia non con-
tinebatur in eo de hoc determinate et manifeste, predicti autem ambasiatores
videntes displicentiam et resistentiam nostram, nec aliter rem ipsam habere
progressum concesserunt et promiserunt curare, in predictis videlicet quod dicta
sancta synodus dabit et exhibebit nobis capitula in dicto decreto con-
tenta, cum pleno modo et forma, quibus in litteris ipsorum promissionis
continetur. Et circa reversionem nostram de synodo ad Constantinopolim
in casu quo non frequenter dicta ymo quod absit facere et adimplere
prout habetur in forma salviconductus, Quod itaque sit progressus et inter
nos concordatis, petierunt et ipsi ambasiatores ut promittamus et nos
absque omni contradictione ire et accedere ad locum in quo celebrabitur
deo concedente yconomica catholica et ecumenica synodus, qui quidem
locus debet esse unus ex nominatis in decreto, quatenus nominabatur
per dictum sacrum Concilium basiliense, sicut in supradicto decreto ipsius
sacri Concilii continetur. Etiam quod exire debemus in Constantinopoli
in attendendo usus loci celebrandi ecumenici Concilii ~~continetur~~
~~Etiam quod exire~~ a principio sequentes Junii indictione decime quinte
sicut conventum est inter nos et ipsos ambasiatores sacri Concilii. Et
quia etiam ad maiorem cautelam et firmitatem horum omnium petierunt
fieri sigillum nostre maiestatis, humilitas nostra grato animo rationabili
petitionem eorum annuens, presens sigillum, per quod cum spiritu sancto dispo-
suit, quod si dicta synodus basiliensis remedium disposuit et apposuit
in predictis videlicet si capitula in dicto decreto contenta cum pleno
sicut hic per ambasiatores ipsius synodi concordatum est, nobis direxerit
et compleverit omnia in eisdem capitulis scripta opportuna similiter
et fecerit salvumconductum cum capitulo de modo reversionis nostre ad Constan-
tinopolim ut predicitur, reliqua erit ut ambasiatores ipsius nobis
promiserunt et nobiscum convenerunt exibit et humilitas nostra cum potentissimo
et sancto nostro imperatore cum deo sine contradictione a Constantinopoli
secundum predictum tempus et cum ceteris debentibus interesse ad attendendum
ad locum ubi celebrabitur synodum Catholicam et ycumenicam contingerit aliquod
impedimentum rationabili vero et manifesto, velut si bellum quod absit ab in-
fidelibus foret et instaret Civitati nostre Constantinopolitane. Et in robur
et confirmationem supradictorum, factum est presens sigillum humilitatis nostre in
mense Novembri Indictione decime quinte Anno ab Adam seu mundi

constitucione et in millesimo nonagentesimo quadragesimo quarto
a nativitate vero domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto

Bulla indulgenciarum remissionis omnium peccatorum semel in vita et
semel in morte pro conductione Grecorum

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congre-
gata universalem ecclesiam representans universis christifidelibus salutem et om-
nipotentis dei benediccionem. Ecce illa iocunditatis et leticie ad plenum Israheli
olim de celo lapsa, eadem nunc per os huius sancte synodi in quibus
prolis christiane consonans clamat: Consolamini consolamini popule meus
dicit dominus deus vester, loquimini ad cor Jerusalem et advocate eam, quoniam completa
est malicia eius et dimissa est iniquitas eius. Nunc consolare et letare te
debes plebs christiana, tu hijs novissimis diebus tanta leticie causa offertur,
quantam ecce vix experta es. Primo eodem quo tempore plenariam omnium peccatorum
veniam consequeris, et fratres tuos quorum innumerabilis est numerus, quingentis
ferme annis a tuo consorcio segregatos, tibi proxime reunire speras.
O quanta erit ista iubilacio, o quam suave cordibus christianorum oritur gau-
dium, cum primum hominibus deo et ipsi inter se fraterna caritate conciliabuntur.
Quas igitur christo nunc persolvat dupplici leticia qua nulla maior desiderari
potest gracias agimus. Vivus dominus misericordias ad plenum narrabit qui
populum christianum variis undique calamitatibus hoc tempore afflictum, tanta
gaudij novitate consolatur. Ecce popule dei, adest tibi annus iubileus,
annus remissionis omnium peccatorum, annus generalis unionis ecclesie. Propterea
loquimur omnibus christifidelibus qui in hac vita habitant Jerusalem peregrinantes
in terris, ad cor eos consolando et advocando eos ad hanc duplicem leticiam.
Quoniam malicia tam diutini scismatis, quod innumerabilia ecclesie sancte dei mala
contulit, adiuvante domino et confidimus cito complebitur, et finem
accipiet. Iniquitates quoque peccatorum que tam scismate et eius causa
fiunt divina clemencia remittetur. Consurge igitur consurge et induere
fortitudine tua filia Syon, induere vestimentis glorie tue Jerusalem civitas
sancta, quoniam fortis et gloriosa eris tunc in ecclesia. Tu omnes qui christiani
sunt ab occidente in oriente eadem fidei et caritatis vinculo unitos
conspicies. Ingemuisti hactenus nimio dolore afflicta, cum a scismaticis
turcis et saracenis aliisque christiani nominis inimicis innumeras patereris
iniurias, captivitates, persecuciones et opprobria, et nemo te consolari poterat,
cum passim videres filios tuos omnis sexus etatis et dignitatis in ser-
vitutem trahi. Causa autem calamitatis quid aliud quam hoc diutinum et pe-
stiferum scisma causa extitit, sed domino nunc appropinquat iam tempus
ut omni penitus extincto dissidio unitas sancta fiat que tam completa

sunt atque hii magni populi occidentales et orientales fraterno federe
simul conuenerunt. nemo tunc fortitudini tue resistere poterit. tunc ab
iectis lugubribus consurgens regina ecclesia in vestitu deaurato circum
data varietate. et hii qui te olim persequentes conculcabant procedent ad
te et venient ad te qui detrahebant tibi et adorabunt vestigia pedum
tuorum. Vos omnes qui christiano nomine censemini expergiscimini ad
talia audientes plaudite manibus et iubilate christo salutari
vestro. Ecce nunc tempus acceptabile ecce nunc dies salutis ecce pater pro
misericordiarum et deus totius consolationis visitat nos in habundantia
gratie et felicitatis. Assurgite et occurrite illi in humilitate spiritus
in orationibus atque elemosinarum largitate. ut qui propter peccata nostra iuste
iratus tam diu hoc scisma durare passus est. et multis persecutionum
flagellis ab hiis qui intus et ab hiis qui foris sunt. nos tedio premi
sinit expurgatis et emendatis indulgens statim mox nobis in omni
inspiret unitatis ut non solum perdita restituat sed et nobis inimicos su
biciat gentes. Audistis pridem solempnes ambasiatores serenissimi
domini imperatoris grecorum et patriarche Constantinopolitani ab hac
sancta synodo accersitos Basilee aduenisse. et tandem dei iudicio con
tulisse nobiscum modum huius sancte unionis perficiende assensu
sanctissimi domini Eugenii pape moderni accedente. ut videlicet
ad locum synodi uniuersalis item unde eciam sui archiepiscopi et episcopi ipse
quoque imperator et patriarcha Constantinopolitanus alii quoque orientalis eccle
patriarche accedant. Et ut tantum opus certius firmaretur tres nostros
oratores postea Constantinopolim destinauimus ut ab ipsis imperatore
et patriarcha eiusdem decreti capitula ratificarent et approbarent
et literis latino greco quoque sermone scriptis et eorum manibus subscriptis
bullis quoque aurea et plumbea munitas per eosdem tribus nostris orato
ribus ad nos nuper reuersis transmiserunt. Et cum ad ipsam synodi
prius expensis tam procul de partibus orientalibus greci proficisci ne
queant. opus sit ut expensas inuenimus sancto quoque et tredecim
triremes et quasdam alias pro tuicione Ciuitatis Constantinopo
litane ne imperatore absente a turcis forsan expugnari possit
pollicemur. Et quamquam huiusmodi impense nobis multis graues videntur
nos tamen animaduertentes quantus dei honor profectus quoque ecclesie
quanta quoque exaltacio fidei orthodoxe. quantum incrementum nominis
christiani quot animarum salus quanta quoque utilitas et innumera
bilia bona populo christiano hinc forent proventura non solum ipsas
expensas et impensas sed et personas nostras exponendas dignum ce

indicamus / spem ponentes in domino cuius negocium agitur / et in cari-
tate ac devocione fidelium / qui dum talia intellexerint subsidiis et
auxiliis opportunis non deerunt. Si christus deus suum sanguinem
suum toto preciosiorem mundo pro nostra redempcione effudit. Si eius vesti-
gia secuti apostoli / atque alii sancti viri / pro salute proximorum et incre-
menta fidei / corpora sua morti libenter abiecerunt / quid nos facere
oportet a quibus nisi caduca huius mundi substancia efflagitatur.
Si reges et principes pro occupandis expugnandisque civitatibus
et opidis multo ampliorem summam exponere soliti sunt. Si demum per
agendis facultatibus et commoditatibus seculi se et sua multis peri-
culis homines subiciunt. Et ut exemplo utamur salvatoris querens
aliquis preciosam margaritam ut inveniret ipsam / vendit omnia bona sua
et emit illam. Homo etiam dei et omnibus prius christianus facere hac com-
pensam potest vel debebit / ex qua nil terrenum nil caducum sed omnia que
supra memoravimus bona succedunt. Si corona dumptaxat anima christo
carior est quam totus mundus aurum quos ubi omnia nostra salva sunt cum ad
aut neglexerit videbimus. Consuevit autem aliquando etiam ad liberandum
de manibus infidelium terram sanctam seu pro debellandis hereticis indicere
generale passagium / tam more quam reges principes et alios bellatores ut ac-
cius ista peragerent / interdum et pro aliis iustis causis ab omnibus christianis
subsidium postulare / ad que ut promptiores ~~efficerent~~ efficeret donis spiritua-
libus plenarie remissionis peccatorum invitavit / profecto si veterum re-
volvantur historie / nulla umquam affuit causa iustior quam ista nec pro
qua christicole omnes / se et sua libencius exponere deberent / hic enim non solum
ad occupandam terram intenditur / sed etiam omnia omnium animarum pro
quibus mediocre subsidium petitur / non compense gratis premisse sine
quibus tam sanctum opus perfici nequit inveniri possunt / Quis igitur
pro tanto omnibus communi bono pro quo tanto dante sue modo portiunculam rerum
suarum quam dono dei optinet denegare audebit. O felicem et preciosam
elemosinam qua regnum celorum promerebitur / et que tantam fidei catholice
utilitatem dabit. O beatum illum hominem quem dominus ad tam pium opus
inspiravit / hunc quidem sicut scriptum est in die mala liberabit enim dominus.
Sed aut ex debito christiane professionis / quamquam ad hoc sacrum negocium
per omnibus contribuere aut subvenire obnoxius sit / nichilominus ut eo
libencius homines faciant quo se hic et in futuro seculo pamplius remu-
nerandos fore intellexerunt. Decrevit hec et sancta sinodus universalem
etiam matrem sponsam christi / affluenter aperire spirituales thesauros / quos
ipse salvator ostendens in celum sibi relinquit. Omnibus igitur christi-
fidelibus utriusque sexus qui ad hoc sanctum opus tantum contribuerint

quantum quisque vna integra ebdomada pro sue persone ac familie si
eam habuit refectione exponit. Qui vero si de proprijs viuit exponet. Religio
sis quoque pro quibus conuentus suus aut superior eius aliud inuenit predictam
racionem erogauit omnium suorum peccatorum de quibus corde contriti et ore confessi
fuerint auctoritate omnipotentis dei et de eius gratia confisi illam plenariam
remissionem impartimur semel in vita et semel in mortis articulo quam
etiam concedere solet omnibus euntibus Romam tempore iubilei uel cruce
signatis ad recuperationem terre sancte tempore passagij generalis incre
tributionem instorum salutis eterne pollicemur augmentum. Ita tamen quod per annum
integrum si viuerent singulis sextis ferijs impedimento cessante aut si
dictis sextis ferijs ex precepto ecclesie regulari obseruantia iniuncta pe
nitentia voto uel alias ieiunare tenerentur vna alia die similiter
septimane eiusdem anni qua ad ieiunandum non sint astricti ieiu
nabunt aut ad iudicium sui confessoris in alia pietatis opera commutent
Et etiam eadem die qua ieiunabunt uel ut premittitur ieiunare deberent
si sint clerici septem psalmos uel missam. Si laici septem pater noster et sep
ties aue maria dicere sint astricti uel alia pietatis opera iudicio sui con
fessoris agant. Cum si conuictus tales sint qui in re in communi possideant
uel alie persone victum per mediocritate querentes seu alias continue
non calentes que huiusmodi spiritualis muneris sint expertes. Si ultra ie
iunium ut predicitur obseruandum singulis diebus vnius anni predictos
psalmos uel missam clerici. Si laici predictas orationes cessante legitimo
impedimento eo modo quo supra exprimitur supplendo dixerint uel
alia pietatis opera sui confessoris iudicio ut premittitur exercuerint ac pro
felici huius negocij consumatione deum feliciter exorauerint eandem ple
nariam remissionem consequantur. Erogantibus autem ad eodem opus
quantum vna die pro se sueque familie expenderent uel si de proprijs viuit
exponet septem annos et totidem quadragenas de iniunctis sibi penite
ntijs elargitur. Et ut hij omnes ad huiusmodi indulgentie gratiam aptiores
existant omnibus sacerdotibus secularibus aliis districtis quos in con
fessores pro huiusmodi consequenda indulgentia elegerint indulget
ut eorum confessionibus auditis ipsos a quauis excommunicationis su
spensionis et interdicti sententia a iure uel constitutione seu etiam
non nominatim sed generaliter ab homine lata et a quibuscumque aliis
preter que etiam sedis apostolica est merito consulenda imposita sa
tisfactione et restitutione hijs quorum interest facienda salutare
iniungant penitentiam et debite absolutionis in foro penitentiali
duntaxat in forma ecclesie beneficium impendant. Quam satisfactionem
et restitutionem si infra terminum a confessore constitutum facere ne

gl'exerit huius indulgentia in nullo suffragetur. Ut ad clericos
super irregularitate alias quam ex bigamie vel homicidij voluntarij co-
tracta dispensent. Super votis etiam peregrinacionis seu abstinentie
et aliis similibus que christifideles emiserunt, etiam si ultramarina aut ad
loca seu limina sanctorum petri et pauli apostolorum et Jacobi visitare
voverunt, seu alias eos impletis dispensandi eisdem confessoribus etiam
facultatem concedit, ita tamen quod ipsi tum quibus taliter dispensare contingerit
expensas quas ad loca huiusmodi vel pro aliis votis implendis iuxta
ipsorum confessorum taxacionem fecissent ad hanc causam contribuant. Et cum
nulla causa peccati maculatura rubigo remaneat, vult et indulget hec sancta
Synodus, ut quicumque ex usurario vel non debito questu seu qualitercumque illi-
cite vel indebite aliquid percepisset, seu bona ~~aliena~~ ablata ad quemvis
incerta possideat, si non existant vel ignorantur persone quibus fienda
esset restitucio, aut res quascumque tenentes cuiuscumque status aut religio-
nis existant in quorum detencione consciencie eorum gravantur, vel que de
iure ad pias causas per eciam deberent exponi, huiusmodi res et bona
seu valorem earundem et qui arma et alia prohibita infidelibus seu here-
ticis portaverint, lucrum quod exinde perceperint ad hoc opus iuxta suam et
sui confessoris conscienciam et estimacionem tradere teneantur. Iubet in-
super hec sancta Synodus, ut habita huius decreti noticia omnes dyo-
cesani in cathedralibus collegiatis et parrochialibus ecclesiis, in quibus
eis visum fuerit, ac eciam generales ordinum mendicancium in conventualibus
ecclesiis subiectis mox disponant, qualiter verbum dei per predicatores ydoneos
ad premium annuncietur predictas indulgencias publicando et fideles exhor-
tando in subsidium in tam pressima causa impendendum, quibus pre-
dicatoribus et predicacionem audientibus, ac eciam omnibus aliis qui circa
predictam exstimacionem subsidium aliquod vel auxilium in hac re dederint
centum dies de iniunctis penitenciis singulis vicibus in forma ecclesie relaxat.
Circa vero in colligendis aut conservandis pecuniis huius aliquis committatur
ordinat hec sancta Synodus, quod in qualibet cathedrali in Civitatibus
in opidis vero et aliis locis in principali ecclesia unus Cyppus vel
capsa ponatur vel ubi tamen in gazophilacio domus, quilibet pecunias ero-
gandas argentea et ablata seu illicite quesita reponere possit et debeat,
cuius sint tres claves, quarum unam teneat Episcopus vel cui voluerit ipse
committere, pro quolibet cyppo in omnibus Civitatibus et dyocesis Capitulum
aliam in cathedrali, prelatus seu rector in principali. Tercium ti-
moratus aliquis civis, quem Civitas opidum seu locus deputare vo-
luerit. Cum diebus per eos statuendis talem Cyppum vel capsam
coram notario vel duabus fidedignis aperiat personis et peccunias

ad fideles fideles circumspectos deponant ita ut sine fraude diminutione vel contradictione illi vel illis assignatur quos hec sancta synodus ad hoc deputavit et si in tempestatibus locis vel alibi periculum seu detrimentum in conservatione pecuniarum per modum superius expressum vel similiter timeretur diocesani vel ad colligendum deputati prout magis expediens visum fuerit utilius provideant Contradictores autem etiam si pontificali aut regali prefulgeant dignitate fraudem furtum vel rapinam circa predictas pecunias seu impedimentum ex proposito et qualitercumque in hoc sacratissimo opere fecerint ultra indignationem omnipotentis dei et reatum sacrilegii sententiam excommunicationis incurrat a qua nisi prius plenaria facta restitutione et impedimento sublato absolvi non possit Vult autem sancta synodus quod elapso biennio a die presentis decreti predicte indulgentie nemini concedi valeant preterquam in mortis articulo quoad illos qui infra biennium ut supra dictum est non contribuerint Quodque personis illis que sub spe huiusmodi gratie et indulgentie aliquid contulerunt in nullo huiusmodi gratia ac specialis concessio suffragetur Et quia difficile foret presentes litteras singulas singulis quibuscumque decernit hec sancta synodus ut earum transumptis manu publica auctoritate archiepiscopi in tota provincia et ordinarii in sua diocesi ipsorum sigillo munitis tamquam litteris originalibus plena fides in omnibus adhibeatur Datum in sessione publica huiusmodi sacre synodi solempniter celebrata in ecclesia maiori Basiliensi xvmo kalendas Maii anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto

Sessio vicesima quinta

De electione loci pro futuro ycumenico concilio celebrando

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam Inter ceteras sancta synodus multiplices curas sollicitudines quibus inscrutabilis divine altitudinis prudentia eam in vocatione sua spiritu paraclito ad excolendum dominici gregis agrum adiutricem operari que dignata est intente mentis oculos more agricole pervigilis revolvens et attente prospiciens quam deflenda diutina occidentalis et orientalis ecclesiarum in eiusdem fidei professione divisio in dei prestant et duravit etiam de clementissima eius bonitate apud quem nichil est impossibile quique digne postulantibus affluenter dat et large spem suscipiens et fiduciam ad procurandum unitatem ipsarum ecclesiarum catholice fidei cum omni sue diligentie curas tanto accuratius eo parcendo laboribus vel impensis adhibere decrevit quanto ex hoc ad omnipotentis dei laudem et gloriam

uberiorem animarum salutem maxime que ipsius fidei incrementum pre-
mere cognovit, cupiens que perfecta suffragante spiritus sancti gratia tam sa-
lubrius unionis negotium aggredi et compleri, ad illud serenissimum
Romeorum imperatorem et venerabilem patriarcham Constantinopoli-
tanum ceteros que prelatos et alium grecorum populum per diversos oratores et
litteras duxit invitandos pariter et exhortandos. qui quidem imperator
et patriarcha et alii greci, volente et eorum corda altissimo inflammante
exhortaciones huiusmodi alacribus animis suscipientes, ipsum que unio-
nis negotium aggredi sinceris affectibus proponentes, suos solempnes ora-
tores et nuntios sufficienti mandato bulla aurea et proprie manus subscri-
ptione imperatoris, bulla que plumbea patriarche predictorum munito
suffultos ferventissimum eorundem ad hanc fidei unitatem zelum devo-
tissime explicantes, ad eandem sacram synodum duxerunt destinan-
dos, cum quibus ipsa sancta synodus diversis tractatibus et delibera-
tionibus previis pro executione feliciter tam salutaris operis nonnulla decre-
ta et capitula ad hoc summopere necessaria et utilia superius inserta, et dudum
in certa sessione ipsius sancte synodi in maiori ecclesia basiliensi cele-
brata publicata, animo concordi conclusit. volens que deinde hec sancta
synodus decreta et capitula huiusmodi vero et modis omnibus debitis et
opportunis prosequi, ac cupiens illa ad electionem loci pro futuro ycumenico
concilio in quo imperator et patriarcha predicti alii que greci convenire
possent et deberent celebrando mature providere, habitis que super hiis et aliis
hanc piam rem concernentibus diversis ipsius sancte synodi deputationi-
bus multiplicibus propositionibus et tractatibus, cellulis que tunc scrutatorum sup-
positorum eorundem scrutinio diligenter extensis, demum in generali congre-
gatione ad hoc in maiori ecclesia basiliensi ut moris est indicta, et ceterum
votis singulorum in eadem scrutatis, reperto que duplo maiorem partem
et multo plus vota sua direxisse in basileam avinionem vel Saba-
udiam invocata spiritus sancti gratia post missarum solempnia concelebrata fuit
et conventum, quod apud imperatorem patriarcham et alios grecos predictos
diligens et debita fieret instancia cum allegationibus et expositionibus
plurimarum rationum que eis id allegari et adduci possent ut quod dictis
locis respectibus civitatem basiliensem acceptarent pro dicto ycumenico con-
cilio ibidem celebrando quam si eos omnino recusare contingeret, quod tunc ci-
vitas avinionensis locus esset ipsius ycumenici concilii ibidem celebrandi
si tamen illud in eadem celebrari non possit, alioquin in Sabaudia concilium
celebraretur antedictum. Et igitur premissa omnia et singula debitum et
votivum sortiantur effectum, cum omni solempnitate alias in hac sacra basilien-

Concilio in rebus arduis expediendis adhiberi solita patribus de
maiori ecclesia Basiliensi post missarum solempnia consedentibus Ipsa
sancta Synodus diffinit vult ordinat statuit et declarat futurum ycu-
menicum Concilium in Basiliensi aut illa recusata in Avinionensi Ci-
vitatibus aliquam ~~vigore conclusionis~~ in Gubernandica vigore conclusionis
supradictam debitis et condictis temporibus debere celebrari Quodque
Imperator et patriarcha et alii Greci predicti iuxta capitulata et de-
creta huiusmodi necnon omnes et singuli alii cuiuscumque status gradus
dignitatis vel preeminentie existant qui generalibus Conciliis de iure vel
consuetudine interesse debent etiam si pontificali presulgeant dignitate ad
illud debeant et teneantur maxime pro consummatione tam salutaris
operis accedere et etiam convenire et hanc premissorum nominationem et electionem
vult statuit et diffinit Haec sancta Synodus ut sit firma et inconcussa
et immobilis quacumque alia modificatione ordinatione dispositione
nominatione seu electione per ipsum sacrum Concilium seu alium vel alios
quacumque auctoritate etiam si papali fungentes in contrarium facta
vel facienda in ordine valitura seu valituris quam seu quas haec sancta
Synodus ex certa scientia exnunc ratificat cassat irritat revocat et
annullat seu cassa nulla et irrita nunciat et pro infectis illam seu illas
haberi vult et premissis licet quatenus in toto vel in partem premisse
electioni obviant vel repugnant Supplet enim haec sancta Synodus ex
certa scientia omnes defectus si qui in premissis vel aliquo premissorum
forsitan intervenerint Et insuper cum res tam ardua in dei ecclesia fructum
allatura sine gravibus expensarum sarcinis consummari et Greci predicti
adduci adductique sustentari non valeant dignum quod et debitum existat
ut pro consummatione tam felicis operis cuncti fideles universi maxime
ecclesiastice persone de commissis sibi patrimonii domini nostri ihesu christi substantiis
liberali dispensatione assistent Haec Sancta Synodus omnibus et singulis ecclesiasticis
personis exemptis et non exemptis sub quacumque verborum forma etiam
ordinis sancti Johannis Jerosolimitani cuiuscumque status dignitatis
gradus ordinis vel conditionis existant etiam si Cardinalatus vel pon-
tificali presulgeant dignitate generale omnium et singulorum suorum ecclesia-
sticorum fructuum et proventuum quotidianis distributionibus dumtaxat
exceptis decimam de suis ecclesiis monasteriis dignitatibus et officiis
ceterisque ecclesiasticis beneficiis in sua generali congregatione iam
impositam et conclusam persolvendam et exigendam decrevit statuit
et declarat imponendam eamque imponit per presentes Preterea dicta sancta
Synodus decrevit vult ordinat et declarat quod venerabiles Johannes
Lubicensis · Ludowicus Viseensis Delphinus Parmensis et Ludowicus

lusanen episcopi, ipsius sancte synodi oratores ad conducendum grecos ad locum ycumenici Concilii, eorumque maior pars tunc presencium, portum latum locum supra electis et nominatis aptiorem et ydoniorem ad quem dictum grecum locum supra electis et nominatis aptiorem et ydoniorem ad quem dictum grecum debeat applicare eligendum et nominandum plenam habeant potestatem illam quam eisdem concedit per presentes iuxta formam aliarum litterarum eis super inde datarum.

Postremo eadem sancta synodus vult ordinat et decernit quod premissorum et ex eis dependencium debita et celeri execucione, dictorumque sindicorum et consilii securitate pleniori, ad omnem eorum aut suorum procuratorum vel nunciorum peticionem et instanciam eis, quemcumque litere opportune utiles et neccessarie sub bulla eiusdem sancte synodi per ipsius Cancellariam et forma debita et honesta concedantur, confitiantur et eciam expediantur. Datum Basilee in sessione publica huius sancte synodi in ecclesia maiori Basilien. solempniter celebrata, vii idus Maii anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo.

Aliud decretum eiusdem sessionis sub bulla Concilii procuratoribus missum ad greciam

Sacrosancta generalis synodus Basilien. in spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam. Cum nuper dilecti ecclesie filii Syndici et Consilium Civitatis Avinionen. summam septuaginta milium florenorum auri de camera pro conductione serenissimi Romanorum Imperatoris et venerabilis patriarche Constantinopolitani aliorumque grecorum ad ycumenicum concilium, dante domino venturorum, iuxta concordata et conclusa cum eorum ambasiatoribus, mutuare huic sancte synodi et universali ecclesie liberaliter mutuare optulerunt, iam quod omnem parte exsolverunt, ac residuum expedire cum ulterius preparacione ab ipsa sancta synodo petitis in pecunia numerata exsolvere paratos se offerant. Eadem sancta synodus cupiens prout decens est et debitum dictorum sindicorum et consilii, ne ex sua liberalitate dampnum paciantur, indempnitati legaliter providere, omnes et singulas pecuniarum quantitates que ex indulgenciis per ipsam sanctam synodum cunctis cristifidelibus de bonis sibi a deo collatis pro consumacione unionis occidentalis vel orientalis ecclesiarum ad eandem cristiane fidei professionem in dicto Concilio domino largiente procurande et perficiende, largientibus per eius literas ad diversas mundi partes directas, et iam in pluribus locis solempniter publicatas concessis, necnon ex decima generali per eandem sanctam synodum eciam ob premissorum composita et conclusa hactenus pervenerint et provenient in futurum, Syndicis et Consilio prefatis usque ad summam supradictam expresse obligando ypothecando et assignando vult statuit et decernit quod eidem Syndici et Consilium in omnibus et singulis quibus maluerint et quas eligendas duxerint et prescriptum Francie Arragonie Delphinatus Britannie Subaudie et Burgundie regnis ducatibus terris provinciis Civitatibus et diocesibus, auctoritate eiusdem sancte synodi et universalis ecclesie, ad levandum exigendum et recipiendum de pecuniis ex indulgenciis et decima predictis ut permittitur provenientibus usque ad summam predictam, et quousque illa eis

integraliter fuerit persoluta quascunque personas ydoneas ad hoc eis uti-
les et accomodas in suos collectores nominare eligere deputare et ordinare
Que quidem persone ipse sic per eos nominate et deputate de petitionibus huiusmodi
usque ad summam predictorum nomine Sindicorum et Consilii predictorum petere
exigere et levare possint et debeant proinde ac si per ipsam sanctam Synodum
ad hoc deputate et nominate fuissent necnon illos solventes quoscunque de data
assignata quitantia absolutos sint liberi penitus et immunes promittit
et pollicetur quod sancta Synodus quod ipsos collectores ipsos sic per dictos Sindicos
et Consilium deputatos quibusuis colore vel occasione quesitis directe vel
indirecte sine expresso Syndicorum et Consilii predictorum voluntate absque
consensu nulla tenus revocabit necnon petitiones huiusmodi per alios quam eligen-
dos per dictos Sindicos et Consilium deputatos in regnis ducatibus terris pro-
vinciis Civitatibus et diocesibus sine consensu similiter exigi colligi vel le-
vari faciet aut eorum collectoribus huiusmodi quominus illas usque ad summam pre-
dictam pro Syndicis et consilio predictis libere colligere et levare valeant im-
pedimentum aliquod prestabit seu prestari patietur quomodolibet Quinymmo
cum principum et aliorum dominorum in quorum regnis territoriis et dominiis eos-
dem Sindicos et consilium collectionem antedictam facere contigerit super libera
exactione petitionum indulgentiis et decima huiusmodi ut prefertur premissum favorem
et consensum collectionum quoque si opus fuerit et brachium secularis auxilium procura-
bit et ordinabit aliasque eosdem Sindicos et consilium super integra et reali
restitucione et satisfactione dicte summe omnino reddet indempnes Preterea ea-
dem sancta Synodus quoque statuit et decernit super exactione petitionum huiusmodi
Sindicis et consilio predictis quecunque littere et processus compulsoriales et pe-
nales cum omnibus et singulis clausulis necessariis et oportunis concedentur et con-
ficientur et etiam per ipsius Cancellariam expedientur aliis literis in premissis
et circa premissa eis iam concessis in suo robore duraturis Datum etc ut in mete supra

Sessio vicesima sexta

Monitorium contra dominum Eugenium papam et Cardinales eius

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime
congregata universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam
Cum post ecclesia variis et acerrimis languoribus subiaceret quoniam et peccata
et pluralitates divine legis magis ac magis in dies plurimos succrescerent
augmento dignatus est omnipotens deus fidelium inspirare cordibus
ut in Basileam Civitatem profecto conduxit in tegerrima Sacrosancta
universalis Synodus conveniret que precipuum in reformandis moribus tam
in capite quam in membris et excitandis cordibus fidelium in observationem legis
dei vigilantem impenderet operam necnon et divinus honor reflorerent
in terris et oppressis enormitatibus peccatorum ad procurandum animarum
salutem efficatius conteretur Quoniam autem sollicitudo quam nos pluribus
annis in ea citra per ipsam sanctam Synodum exhibiti sunt indefessi labo-
res et commemorata frequentius extitit regnavero scelerum multitudo

| que communem christianitatem in multas clades | multaque discrimina ad-
ducere conspicitur | etiam quod in Christi nomine congregata concilio palam tuat
gerere monita salutis | dicat cum propheta clamitans | ut redirent prevaricatores
ad cor | et observarent legem domini dei sui | demumque salubria decreta et sacros
canones instituit | quibus pestes avaritie simonie ambitionis et aliorum
viciorum | que multorum corda nimium incendebant caverentur a grege domini
et ipsa precepta Christi atque sanctorum patrum instituta | dignitates ecclesiastice
atque beneficia dignis et idoneis pastoribus et ministris gratuita collatione
iustisque et canonicas electionibus ac institutionibus distribuerentur | quorum
medio commissus clerus et populus salubriter regeretur | et perduceretur in salu-
tem | sed heu quod dolentissime referimus | ille qui primus hec servare debuerat | que-
que et Christi precepta et canones sacrorum conciliorum preceteris observare opor-
tuerat | ymmo et ceteros ad horum observantiam efficaciter inducere | nulla vicissim
monitione nulla vel exhortatione induci iam longo tempore potuit |
ut aliquam morum emendationem Christo placentem et notissimorum abusuum
correctionem in ecclesia sancta dei efficere satageret | quin potius conspicit universus
orbis sub eius regimine maiora semper scandala gravioraque exoriri | san-
ctissimum dominum Eugenium papam quartum alloquimur | quem frequentibus mo-
nitis hec sancta synodus cum plurima caritate et benignitate tum per ipsius
synodi oratores tum per litteras tum per eiusdem domini Eugenii nuncios inducere
curavit | atque etiam per aliquos regum et principum ambasiatores hortatus
est | ut pro Christi reverentia et animarum salute | salutari gubernatione ecclesie
operam daret | electiones bonorum pastorum fieri assentiret | beneficia a Christo gratis
accepta gratis distribueret | totumque in edificationem ecclesie ageret | que ipsa
canones sanctorum patrum eadem sancta synodus pro animarum salute et com-
muni salute ecclesie ordinaverat | Et quemadmodum sacrosancti Constantiensis conci-
lii irrefragabili et catholice veritatis declaratione diffinivit | in hiis generaliter
que ad reformationem universalis ecclesie in capite et in membris pertinent
obedirent | pariterque notum sit quod sacra generalia concilia iurisdictione super
papam exerceri possint | et cum clamorosa insinuatione | vel aliter ipse ut scandaliza-
tor ecclesie sacro concilio defertur | admonuit quoque hec sancta synodus prefatum
dominum Eugenium | quatenus dignaretur ambulare cum consensu eiusdem in
domo dei | et adhesionem quam litterarum suarum testimonio solempniter eius-
dem synodo exhibuit factis et operibus adimpleret | et pacem et tranquillitatis salutem
per universam ecclesiam ingereret | sed in adversum pro dolor electiones pontificum
et pastorum sedulo perturbare nisus est | translationes prelatorum eis invitis
contra sanctorum patrum et sacrorum canonum atque sacri Constantiensis concilii
statutorum formam et tenorem facere | divisiones scandala et scismata per singulas
fere provincias ecclesias ingerere | ut plurium eius animus eligitur | alterius loco
per ipsum suis exhortationibus iam sublate imminentem providetur | ymmo
et adversus filios obedientie qui decretis huius sancte synodi obedire vo-

fuerit graues compertus fulminare sentencias ipsos pro libito voluntatis
a beneficiis et dignitatibus mandando priuari inhabilitari et excommuni-
cari in collacione preterea seu expedicione dignitatum ac beneficiorum
et aliarum rerum dispensacionem etiam more inconsulto graues summas pecu-
niarum exigere abusus pestiferos detestabili et horrenda specie symoniace labis
respersos adiuuit quod diuina et humana in animarum perniciem et ecclesiarum oro-
nis mediocre preiudicium ac prouinciarum regnorum et singularium patriarum ac
pauperacionem et exinanicionem in pluribus sine merentibus dignitatibus
etiam seu vacantibus beneficiis prouidendo carnalitatis affectu non indiscre-
cionis nec eos eligendo qui in ecclesiis proficere possunt sed quorum se precibus
delinitus extitit vel pro quibusque inspiciam rogasse compertus est aut quod deterius
est qui ut beneficiati fierent muneribus impetrarunt non aduertens quod
ex symoniace labis ecclesie dei officiat quod inordinate assumuntur prelati ad regimen
animarum quos olim summi pontifices maxima cum veneracione prosequebantur
prelatos appellaciones ab eisdem interpositas indifferenter admittit sentencias eorum
reuocando ipse insuper quos ecclesia sancta nodos pro causis iustissimis alli-
gauit soluere de facto conatus est nulla satisfactione prehabita Ceterum cum de-
ceat Romanum pontificem iuxta sacrorum canonum et summorum pontificum constitu-
ta per fratres suos sacrosancte Romane ecclesie cardinales qui sibi in exercicio
sui officii coadiutores existunt sua exercere consilia ac eorum salubribus et pro-
dentibus consultibus tam in statu ecclesie tam in spiritualibus quam in temporalibus ro-
nabiliter dirigatur ipse dominus Eugenius etiam in rebus grauissimis minime
eorundem consilia exquirere satagit quamuis sint pares corporis sui sed aliorum contrariorum
consultacionem sectatur que non ex eorum iudicio sed ex carnali affectu non numquam
premere videntur dispensacione quoque credita sibi abutitur ad dissipacionem
committendo et potestatem sibi datam in edificacionem conuertendo in destru-
ctionem plura vero nobis grauia obmittentibus nouissima occurrit
consideracione miseranda audiuimus quidem ipse ciuitatem Penestri-
nam cuius speciali titulo unus ex Romane ecclesie cardinalibus consueuit
insigniri per crudelitatem eius et suorum domesticorum ac stipendiariorum
Romane ecclesie militancium opera in ruinam irreparabilem dedisse oppida
insuper plurima in eius sancte Romane ecclesie patrimonio consistencia
aliqua prede exposita ut oppidum Butri Bononie prouincie aliquando
solo equato et qui augmentum efficere debuerat operatus est diminucionem eciam
ex dignitate summi pontificatus non peccandi licenciam sed bene viuendi
necessitatem assecutus esse monstratur In operibus preterea fidei conuenientibus
cum hoc tempore pro ycumenico concilio ad Grecos celebrando ecclesia indi-
geret et prout de presenti indiget subvencionibus fidelium populorum ipse
substanciam catholice eorum alio sine dimittere satagendo et subsidia
fidei catholice multiplicare impediendo indulgencias plenarias per diuersa
loca multiplicasse dicitur absque causis urgentibus eas dissimulando

in gravem perturbationem sanctissimi operis pro ipsa fide orthodoxa per
hanc sacram synodum inchoati, aliaque plurima huiusmodi peregisse atque
procurasse dicitur, que persecutionem hereticorum ad bonum fidei orthodoxe et adeo
pertinentium magnum impedimentum et multum retardationem attulerunt. Illud
quoque omni reprehensione in tanto pastore dignum est, iuramentum in
assumptione sua ad apostolatus apicem super certis ordinationibus prestitum
ac deinde post ipsius assumptionem sub bulla sollempniter confirmatum, eundem
fregisse dicitur. Sed quod dolentes referimus, ut a pluribus asseritur et fama publica
laborat, ad ipsum transgressus est. Demumque cetera enim agere ~~dicuntur~~ eo
spiritu commissus orbis, nam licet que notoria esse dicuntur etiam omnem
scandalisancia recensemus, ut occasione sua iam commissa ecclesia gravis-
simis perturbationibus subiaceat, quibus nisi divina miseratio provideat
ruinam prioribus ~~[illegible]~~ inaudita seculis christiano populo prospicimus
imminere. Non autem solum in regimine spiritualium ecclesie hanc ipsam ruinam
consideramus, sed et in gubernatione temporalium dominiorum sancte Romane
ecclesie notorios defectus attendimus, quorum alienatores honorem perdere
felicis recordationis Symmachus papa decrevit. Quantas enim terras ipse
dominus Eugenius alienaverit, quante quoque eius incuria et insolenti regimine
deperdite et occupate sint, quantas quoque strages subditorum Romane ecclesie
quos etiam ut Bononiensis civitas in suis suppositis potest attestari
peremptos audivimus sine penitentie et eucharistie sacramentis, quam etiam
miseranda vastatio suo tempore subsecuta fuit, notoria facta testari vi-
dentur. Expectavit autem cum pluribus annis hec sancta synodus cum
multa patientia, ut et omnia dominus ipse Eugenius corrigeret, atque in me-
lius emendaret, ac velut coruscantem Christi ac Petri successorem decet to-
tum orbem exemplo bonorum actionum in semitam salutis dirigere studeret.
Nunc vero videmus cuncta in peius ruere, et omnia in magis contur-
bari, pluribus anxiamur doloribus, ac vehementer ecclesie dei compatimur
quam in totalem fere desolationem pervenire certa scandalorum divisionum et
vitiosorum deformitatum detrimentis formidamus, nisi debito regimini ecclesie
dei convenientis provisio apponatur, et consulatur publice saluti. Videns
itaque hec sancta synodus que per summariam informationem ex superius dictis
factam eundem dominum Eugenium in prefatis publice ac notorie diffama-
tum comperit, tantam utilitatem providendi debito regimini ecclesie imminere
et si concilium congregatum non esset, sine mora foret pro huiusmodi rebus ipsum
congregari. Attendens preterea in iudicio dei oportere reddere rationem
super tantorum dissimulatione malorum et scandalorum, quibus corrigen-
dis pro salute totius christiane plebis ex officio suo totis viribus intendere
tenetur, et ex potestate quam super omnes fideles cuiuscumque auctoritatis, etiam
si papalis existant, a Christo accepit, innota supradictam declarationem

in Concilio Constantien habitam, et in hoc presenti Concilio dudum renovatum, cum etiam coram deo et hominibus gravissime reprehendenda exemit, si in hac urgentissima ecclesie necessitate suum officium prout tenetur exequi neglegit, decrevit hec sancta synodus ut infra sexaginta dies a die presentis sessionis et affixionis emanandos, quem terminum prefato domino Eugenio peremptorie prefigit, si quam interim coram hac sancta synodo super premissis et aliis ponendis pro sui defensione, aut excusatione legitime deputatum coram eadem sancta synodo ~~super premissis~~ Basilee comparuerit, ante lapsum termini sive dictus dominus Eugenius per se sive alium comparuerit sive non, hec sancta synodus ad ulteriora procedet cognoscendo et emendando prout ecclesie sancte dei spiritu sancto dictante conspexerit expedire, mandat insuper et singulis sancte Romane ecclesie cardinalibus in virtute sancte obediencie et sub pena alias prestiti huic sacro Concilio per se vel per alium iuramenti suo mittendi, et quo ad eos qui iuramentum non prestiterunt sub pena privationis statim beneficiorum suorum mandat et precipit, ut infra eundem terminum in hac civitate Basilien compareant, saluti sancte matris ecclesie ~~comp~~ provisuri prout spiritus sanctus dictaverit. At quod ipsum quoque omnibus principibus et populis Christianis innotescere volumus, ut videntes sancte matris ecclesie et communis christianitatis angustias, in eandem sententiam pro honore dei creatoris eorum et animarum salute pariter conveniant et quod toti orbi salutare sit communi consensu amplectantur. Decrevit tandem eadem sancta synodus huius decreti publicationem in presenti sessione factam et eius affixionem in valvis ecclesie maioris Basilien, que in executione monitionis et citationis, que ad omnes et singulos actus in hac re fiendos usque ad finalem emendationem etiam ad sententiam diffinitivam audiendum et eius executionem faciendam, includi se et dicta conclusio arctare ac si personaliter apprehensi et eis intimatum fuisset. Datum Basilee in sessione publica huius sancte synodi in ecclesia maiori Basilien solemniter celebrata pridie kalendas augusti anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo

cum ceteris in synodo congregatis vel congregandis solemniter et aptive

¶ Sessio vicesima septima

¶ De nullitate et innovatione decreti quod papa non possit creare Cardinales presenti durante Concilio

Sacrosancta generalis synodus Basilien in spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam. Quantam reverentiam sacris canonibus generalium Conciliorum sancti patres censuerint adhibendam, ut violatores eorum gravissime condemnarent et eorum quemque in sui ipsius destructione agere arbitrentur, ea destruere conantes que universali consensu fuerunt constituta

grauis quoque exinde iactura toti ecclesiastico immineret ordini. Sancta
Synodalia generalium Conciliorum quibus vernus regule ecclesie ac
discipline salutaris innititur per eius propria voluntate et in maiore sedete
adhuc ipsa in melius Synodo obrumpi sineretur. Unde autem hec sancta Syno
dus super Cardinalibus sancte Romane ecclesie assumendis inter cetera duo sa
lubria edidit decreta, quorum tenores ad luculentiorem inmissorum informationem
de verbo ad verbum hic inserere et innouare decreuimus

Tenor primi decreti innouationis talis est

Cum multiplicatio Cardinalium sit ecclesie dispendiosa et onero
sa, propterea et ex aliis rationabilibus et legittimis causis eandem
Synodum inmouentibus, statuit ordinat atque ex certa sciencia hec sacrosancta
Synodus irrefragabili decreto decernit ipsa sancta Synodus quod durante hoc sacro Concilio
Romanus pontifex a loco istius sacri Concilii absens personaliter
non debeat nec possit aliquem vel aliquos cuiuscumque dignitatis condicio
nis gradus ~~seu dignitatis condicionis gradus~~ seu status existat in sancte
Romane ecclesie Cardinalem vel Cardinales quomodolibet, aut quouis que
sito colore vel causa assumere promouere secrete aut publice ac promo
tos aut assumptos secrete publicare, et si secus attemptatum fuerit ex
nunc prout ex tunc irritum sit et inane nulliusque roboris vel momenti. Et
si forsan tales de facto assumpti vel promoti se pro Cardinalibus gerere
aut nominare presumpserint, quibuscumque dignitatibus priuati et ad
quascumque singulas futuras inhabiles. Ac quicumque eos pro Cardinalibus gerentes
tes et reputantes, ex nunc prout ex tunc, sententia excommunicationis innodati
sint ipso facto, a qua preterquam in mortis articulo nisi a prefata Synodo
absolutionis sive habilitationis beneficium optinere non possint

Tenor secundi decreti innouationis
talis est

Cum summo pontifici sancte Romane ecclesie Cardinales in dirigenda
christiana republica collaterales assistant, necesse est ut tales insti
tuantur, qui sicut nomine ita et re ipsa Cardines sint, super quos hostia uni
uersalis versentur et sustententur ecclesie. Statuit igitur hec sancta Synodus
ut deinceps eorum numerus sit adeo moderatus, quod nec sit grauis ecclesie, nec su
perflua numerositate vilescat, qui de omnibus // quantum fieri commode poterit // christianitatis regionibus
assumantur, ut notitia rerum in ecclesia emergentium facilius haberi
et super hiis maturius deliberari possit, sic tamen quod numerum viginti quatuor
inter hos qui nunc sunt et assumendos non excedat, ita quod de una natio
ne ultra terciam partem respectu Cardinalium pro tempore existencium, et de una
Ciuitate et diocesi ultra unum non eligatur, atque de ea natione que nunc
ultra terciam partem habet, nullus usque ad ipsius tercie partis reductionem et cessant

Sint viri scientia moribus quoque et rerum experientia excellentes, non mino-
res triginta annis, magistri doctores seu licentiati cum rigore examinis
in iure divino vel humano. Sit saltem tercia vel quarta pars de magistris
aut licentiatis in sacra scriptura. Sint hos autem viginti quatuor et aliqui
poterunt admodum pauci filii fratres aut nepotes regum seu magnorum
principum in quibus ad circumspectionem et maturitatem morum competens
litteratura sufficiat. Non fiant Cardinales nepotes ex fratre vel sorore Ro-
mani pontificis aut alicuius cardinalis viventis, non illegitime nati,
non corpore viciati aut alicuius criminis aut infamie nota respersi. Poterit
autem numero viginti quatuor pro magna ecclesie necessitate vel utilitate duo alii e-
quibus pietatis sanctitas vel eximie virtutes refulgeant. Preter memoratos gra-
dus non habeant ac de grecis cum Romane ecclesie unitati fuerint insignes
aliqui viri addi poterunt. Ne fiat cardinalium electio solum particularia
vota, illi soli assumi possint in quos facto vero scrutinio ac publica-
to maiorem partem cardinalium per subscriptionem manus proprie constiterit
collegialiter consensisse, desuper etiam apostolice littere cum subscriptione Cardi-
nalium conficiantur. Decreto huius sacri Concilii in quarta sessione solemp-
niter publicato quod incipit Item multiplicatio cardinalium etc. in suo ro-
bore inviolabiliter permansuro. Advertens autem premissorum decretorum effectum
et tenorem, nec non sine gravi dolore comperiens venerabilem Johannem
patriarcham alexandrinum in sacro sancte Romane ecclesie Cardinalem
licet de facto et nulliter per dominum Eugenium papam fuisse assumptum, cum
nec summus pontifex absens a loco huius sacri Concilii ipsum in Cardinalem
creare debuerat, contra premissum decretum in sua adhesione solempniter approbatum,
necnon proportionem singulis nationibus convenienter equalitatem in secundo
decreto descriptam obmittere, sicut in promotione dicti patriarche factum esse com-
peritur. Et ne ~~frustra~~ frustra hec sancta synodus huiusmodi canonem condiderit, nisi sua
auctoritate, quam ex dono dei immediate suscepit, eadem tueatur, teste Ge-
lasio papa protestatur. Et nullus etiam eorum exorare iustitiam ignorare
credit, communiter quoque huiusmodi constitutum quod ex universalis ecclesie approbat
assensu, nulla magis excepta sede ac prelatis opportere quam primum institutas
quas exegerit per transgressoribus merito occurrere, ex quibus quidem plures
dilacerationes animarum et ruina in futurum scismatum proveniunt et valent. Ita
et qui talem cardinalem reputant, vigore supradicti decreti et tenore
tituli excommunicationis eo ipso innodantur. Et in futuris electionibus
Romanorum pontificum varia scismata poterunt exoriri, si preter Cardi-
nales quarum qualitas et nationis promotio decreta extitit, huiusmodi electio-
nibus se ingerere attemptaverint: ad obviandum itaque talibus periculis
admonet et exhortatur hec sancta synodus prefatum dominum Eugenium

sub obtestacione divini iudicii et per viscera misericordie domini nostri Jhesu Cristi
et eidem ex parte dei omnipotentis precipit atque mandat, ut pro futurorum
scismatum et scandalorum evitacione predictam et alias quascumque
creaciones per eum factas ad cardinalatus honorem contra predictorum de-
cretorum formam et tenorem, sicut de facto processerunt, revocet cassetque publice et
annullet, nullasque fuisse et esse decernat. Prout hec sancta synodus ex nunc
tali decreto sicut de facto processerunt eas cassat irritat pariter et eciam annullat
nullasque cassas et irritas decernit atque declarat. Ceterum quod a talibus creacio-
nibus abstineat, aliter providebit hec sancta synodus prout spiritu sancto dictan-
te utilitati ecclesie viderit expedire. Declarat insuper hec sancta synodus eum
usque quem prefatum Johannem patriarcham aut alios tales de facto promotos
pro cardinalibus gesserint reputaverint, quod penis in prefatis decretis annota-
tis eo ipso incurrere. Datum Basilee in sessione nostra publica in maiori
ecclesia Basiliensi solempniter celebrata vi kalendas octobris Anno a nativitate
domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo

Aliud decretum eiusdem sessionis de cassatione litterarum falso bullatarum

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legittime
congregata universalem ecclesiam representans Ad perpetuam rei memoriam
Cum dudum ex ordinacione nostra concordie conclusa, littere sub bulla sa-
cri concilii super nominacione locorum Basilee Avinionis et Sabaudie pro
celebrando ycumenico concilio in adventu grecorum fuerint expedite, et de-
inde ad noticiam nostram pervenerit, quasdam alias litteras nominacionem
Florencie et Utini continentes clandestine et contra ordinacionem huius
sacri concilii fuisse bullatas, cupiens hec sancta synodus omnes quorum-
que de huiusmodi rebus veritatem informari ne quispiam falsa pro veris suscipiendo
decipi contingat, decernit et declarat omnes litteras continentes nominacionem
quorumcumque locorum pro ycumenico concilio celebrando, preter quam dictorum locorum
Basilee Avinionis et Sabaudie, quibus bulla sacri concilii invenitur
appensa, fuisse false bullatas et contra huiusmodi sancte synodi ordinacionem, nec
litteris talibus nullam fidem esse adhibendam aut copiis seu earum trans-
sumptis quacumque auctoritate etiam si papali transsumpte fuerint esse
credendum. Huiusmodi quoque litteras sic false bullatas cassat irritat et dam-
pnat ac cassas et irritas esse decernit. Inhibens omnibus et singulis
quavis dignitate prefulgeant etiam si legatione papali de latere
dispositione mandato vel quavis seu alio fungentur, sub penis
excommunicacionis quam ipso facto incurrant et inhabilitacionis active
et passive ad quascumque pontificales aut alias dignitates ecclesiasticas

vel seculares et ad beneficia obtenta et obtinenda, ne prefatis literis
falso bullatis aut earum transsumptis utantur, aut utentibus auxi-
lium consilium vel favorem quomodolibet prestare presumant. Datum in sessio
ne nostra publica in maiori ecclesia Basiliensi solempniter celebrata, VI[to]
kalendas octobris anno a nativitate domini millesimo quadringen-
tesimo tricesimo septimo

Aliud decretum eiusdem sessionis
pro civitate Avinionensi non alienanda

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis, in spiritu sancto legittime
congregata, universalem ecclesiam representans, ad futuram rei memoriam.
Cum nostra sollicitudo ad hoc vel alia maxime aspiret, ut sancta sedes
Romana ecclesia feliciter in spiritualibus et temporalibus gubernetur, sicut
eciam virtutum ornatu, temporalium rerum retineat ubertatem, sine qui-
bus spiritualium administratio diu subsistere non valeat, prisci quoque pre-
gar considerantes permoti, largam prediorum, domorum et possessionum am-
plitudinem ipsi ecclesie acquirere curaverunt, quorum alienacionem sub gravibus
penis censuerunt prohibendam, adeo ut Symachus papa spiritu dei reple-
tus c[apitulo] suo canone decrevit, etiam pape non licere predia ecclesie alienare
aliquo modo, seu aliqua necessitate, vel in usum fructuum iura tradere, ni-
si tantummodo domos, que in quibusdam urbibus non modica impensa
sustentantur, qua lege omnes custodes, prelatos astringi voluit, ut
donator, assensator, venditor, honorem perderent, et qui subscriberet vel
eo qui reciperet, nisi restitueret, anathema foret, licet etiam voluit
quibuslibet ecclesiasticis personis contradicere, et cum fructibus alienata
reposcere, quod non tantum in apostolica ecclesia servandum esse dixit, verum in uni-
versis ecclesiis, et pro omni arbitratus est convenire. Nos eorum vestigia
imitando, vigilanter curare convenit, ne quevis terrarum et possessionum
que tam deo et ipsi Romane ecclesie in sustentacionem summi pontificis et
ministrorum suorum dedicate sunt, distrahi a quoquam vel alienari pa-
tiamur, illa presertim loca insignia, in quibus necessitate tempore, libere
valeat Romanus pontifex cum sua curia commorari, ubi nullus
secularis potestatis metus exterreat, nullus temporalis favor absor-
beat, nullus terror comminetur, nichil sua sanctitate et venera-
biles sancte Romane ecclesie Cardinales a vero et a recto consilii
soliditate removeat. Cum non absque provisione divina ipsa loca
apostolice sedi provenisse credantur, et hiis ante tantis et aliis
nos iuste et merito moventibus, provisione congrua occurrere cu-
pimus, ne civitatis Avinionensis, que se semper devotissimam

et fidelissimam ecclesie exhibuit et novissime in fidei catholice obsequium
de suis facultatibus copiosissimam subventionem pro unione grecorum
cum latinis prosequenda ministravit, ne quovis pacto ab ipsius Romane
ecclesie dominio alienetur aut ad manus alias transferatur, cum ex hiis
et aliis ecclesie commissa per ipsam civitatem civitati impensis obsequiis
non impediri, non dampnificari, nec in alienos usus alienari, sed potius
attolli multo debeat, ecclesiasticis enim utilitatibus insudantes ecclesiam
dignum est remuneratione gaudere, decernit igitur hec sancta synodus quod
nullus cuiuscumque dignitatis vel preeminentie fuerit, etiam papalis, civitatem
predictam aut etiam comitatum Venaysinum, cum terris et dominiis sibi
adiacentibus audeat vel presumat quovismodo, seu sub quesito
colore seu quovis vendere, pignori obligare aut in feudum vel censum dare
aut quovismodo alienare, et si secus per Romanum pontificem, vel alium
quemvis actum sit de presenti vel in futurum agi contingat, hec sancta synodus
totum id et quicquid inde sequetur ex nunc prout extunc cassat irri
tat et annullat, et omni carere decernit robore firmitatis. Quin etiam sta
tuit quod si Romanus pontifex vel alius quivis quicumque contra huiusmodi
decretum attemptaverit, sacro generali concilio deferatur, recipientes
quoque etiam si cardinalatus, patriarchali, pontificali, imperiali, regali,
ducali vel alia quavis ecclesiastica vel seculari prefulgeant dignitate,
vel etiam si communitas fuerit, decernit hec sancta synodus penis ex
communicationis, privationis cuiuscumque dignitatis ecclesiastice vel secularis
etiam omnium feudorum que a Romana vel alia tenent ecclesia sub
iacere, necnon perpetue inhabilitationis ad quascumque dignitates secula
res vel ecclesiasticas et quecumque beneficia et officia in posterum obtinenda,
communitas vero ecclesiastico interdicto ultra penas supra expressas ubi con
venientes eo ipso subiaceat, quas penas singulariter singuli, qui aliqui
predictorum attemptaverint, ipso facto incurrant. Insuper civitatem pre
dictam ammonens, que in magna sinceritate ab olim prosequitur eccle
siam, cuiusque indignum esset per eius oportunis mala quevis aliqualiter
irrogari, presertim in multa cum expensis civitatis statum, in ever
sionem, disturbium et dissolutionem huius sancte synodi et suorum sacrorum
operum attemptata et machinata possent, quibus hec sancta synodus
non vellet ex post facto saltem commode et sine dampno providere,
cuiusque etiam ipsi civitati et civibus gravia commodata sunt, velut ex
informatione fidedigna comperimus. Eadem sancta synodus ci
vitatem ipsam et suppositos eiusdem in suam et ecclesie Romane quam
representat specialem protectionem ac salvam gardiam suscipit et recepit,
prohibens sub penis predictis omnibus et singulis, quacumque di
gnitate vel preeminentia ecclesiastica vel seculari, etiam si cardina

latus patriarchali, pontificali, imperiali, regali, ducali vel alia quacumque
prefulgeat dignitate, vel ipsi aut eorum aliquis, vel etiam si communi-
tas fuerit, directe vel indirecte civitatem predictam diffidare, perturbare,
invadere aut inquietare temporaliter vel spiritualiter, aut eius habi-
tatores violenter capere aut in personis vel bonis eorum dampnificare
aut molestare presumat. Quod si quis fecerit, penas supra expressas
ipso facto incurrat. Romanus vero pontifex si aliquod predictorum
attemptaverit, sacro concilio deferatur, et ipsa attemptata irritationi
ipso facto subiaceant. Et quia eo quoque pariter indignum esset ut vene-
rabilis pater episcopus Albanensis sancte Romane ecclesie cardinalis de Fuxo
vulgariter nuncupatus, et apostolice sedis legatus, qui ad ipsius civitatis
Avinionensis et comitatus Venayssini predictorum gubernationem deputatus
est, quique pro expeditione subditorum sancte Romane ecclesie prestitorum in eadem
civitate Avinionensi ad prosequendum unionem grecorum feliciter et effectualiter
laboravit, sancte synodo se obsequentissimum exhibendo, propterea
vexaretur, inquietaretur aut molestaretur, cum etiam perturbatio et mo-
lestatio in magnum dispendium et gravem calamitatem ipsius civitatis
Avinionensis verisimiliter premeret, edicto sub eadem protectione ex premis-
sis causis recepit hec sancta synodus eundem venerabilem patrem cardinalem Alba-
nensem ac suos familiares domesticos et continuos commensales, decernens
que presenti pariter pluribus eadem sancta synodus sub penis antedictis, ne
quis cuiuscumque dignitatis, etiamsi cardinalatus, patriarchalis, imperialis,
regalis, ducalis aut alterius, vel etiam communitas ipsum et suos predictos
invadere, diffidare, molestare aut de facto in suis beneficiis, bonis et
rebus quibuscumque perturbare presumat vel spiritualiter vel temporaliter
quoquomodo contra eundem et eosdem procedere. Et si vero Romanus pontifex
aliquid predictorum attemptaverit, sacro concilio deferatur, similique
irritationi contra eum contrarium attemptata eo ipso subiaceant. Cuius
absolutio et relaxatio a predictorum excommunicationum, preterquam in mortis
articulo, et interdicti et inhabilitationis et ceterarum penarum supradictarum
sacro generali concilio reservata intelligatur. Datum Basilee in
sessione nostra publica in maiori ecclesia Basiliensi solempniter celebrata
xvi kalendas octobris anno a nativitate domini millesimo quadrin-
gentesimo tricesimo septimo.

Sessio vicesima octava

Accusatio contumacie ipsius domini Eugenii pape quarti
et ceterorum cardinalium et eiusdem contumacie declaratio
facta per promotores huius sacri Basiliensis concilii

Die veneris prima mensis octobris Anno a nativitate do-
mini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo In eccle-
sia maiori basiliensi in qua sessiones publice sacrosancte Sino-
di generalis basiliensis celebrari solent Vicesima octava ipsius sancte
Sinodi sessio hoc modo extitit celebrata / videlicet missa solempni de
spiritu sancto per reverendum patrem dominum Georgium Episcopum vicensem na-
tionis inclite hispanice Et deinde suffragiis antiphona Exa-
udi letaniis. Evangelio secundum matheum Accesserunt discipuli ad
ihesum dicentes Quis putas est maior in regno celorum / ac ympno
Veni creator spiritus cum versiculo collecta et oratione / Deus qui corda
fidelium sancti spiritus illustratione docuisti / decantatis / presidente
eadem sessione prefato reverendo patre domino Episcopo vicensi / ante maius
altare / ubi dicta missa celebrata extitit in pontificalibus / tunc mi-
tra aurifabricata et pluviali in cathedra et sede eminentiori / pluri-
busque aliis dominis prelatis in mitris planis et pluvialibus / ut in eadem
sessione fieri solitum est / superioribus et eminentioribus sedibus suis
sessione fieri solitum est / superioribus et eminentioribus sedibus suis
locis tam a dextris quam a sinistris consedentibus / in multitudine copi-
osa / quam pluribus dominis clericis doctoribus et licentiatis ingeniis de
aliisque pluribus dominis et temporalibus ac alma
ttoribus et scientificis viris / principum spiritualium et temporalium ac
eius commissariis studiorum generalium nunciis / et ambasiatoribus ac
aliis de diversis mundi partibus ibidem astantibus / in magno nu-
mero / eandem sanctam Sinodum universale con-
et multitudine copiosa / eandem sanctam Sinodum universale con-
tantem celebrantibus Constituti in nave coram eadem Sinodo pro
tribunali sedente / venerabiles viri domini promotores et procurator fiscalis eius-
dem sancte Sinodi / per organum dicti procuratoris fiscalis sua verba
eidem Sinodo in persona dicti domini Episcopi vicensis presidentis dirigentes / audientiam publicam ibidem tunc sibi dari et concedi ad-
gentes / audientiam publicam ibidem tunc sibi dari et concedi ad-
hanc horam humiliter et instanter petierunt supplicarunt et postularunt
Cui supplicationi eadem sancta Sinodus per organum ipsius domini
presidentis annuit / Tunc iidem domini promotores et procurator fiscalis
decretum originale monitorii sive citatorii / ab eadem sancta Sinodo
emanatum / contra sanctissimum dominum nostrum papam Eugenium quartum
emissi Sinodi vera plumbea bulla impendenti bullatum / de quo
in cedula infrascripta fit mentio / necnon instrumentum publicum exe-
cutionis eiusdem per affixionem in valvis predicte ecclesie basiliensis de-
date exhibuit decreti factis una cum cedula accusationis contumacie dom-
ini pape quam accusarunt ad quam petierunt / Et in eadem per ipsum promo-
torem alta et intelligibili voce lecta continetur Cuiusquidem cedule tenor
sequitur in hec verba

Reverendissimi reverendi ac in christo patres atque domini, domini nostri pre-
stantissimi, hanc sacrosanctam generalem synodum Basiliensem
universalem representantes constituentes et celebrantes. Cum itaque dudum
videlicet pridie kalendas Augusti anni proximi millesimi quadringente-
simi tricesimi septimi, eadem sancta synodus, consideratis malis, defor-
mitatibus et scandalis ac periculis que in ecclesia dei hactenus viguerunt
prout adhuc vigent, quibus corrigendis pro salute totius christiane plebis
ex officio suo totis viribus intendere tenetur ex potestate qua super cunc-
tos fideles cuiuscumque auctoritatis etiam si papalis existant a christo ac-
cepit, contra sanctissimum dominum Eugenium papam quartum quoddam
citatorium per edictum, quatenus per se vel alium ad hoc legittime deputatum
coram eadem sancta synodo de et super contentis in dicto citatorio dicen-
dum et aliis proponendis infra sexaginta dierum spacium pro sui defensione
aut excusatione allegandam vel proponendam compareret, terminum perem-
ptorium eidem statuendo, prout in eo latius continetur decrevit, quod quidem
citatorium in porta civitatis et in valvis huius maioris ecclesie Basilien-
sis iuxta ipsius formam et tenorem per edictum executum fuit et debite
executioni demandatum. Nos Bartholomeus de Spirionio et Iohannes
Eltgenrode promotores et ego Iohannes Speiser procurator fiscalis
ac officiales huius sacrosancte synodi, vera bulla plumbea ipsius
instrumento executionis eiusdem citatorii ut premittitur sigillata facta
et inscriptis, offerimus, exhibuimus et produximus, ac prefati sanctissimi
domini Eugenii per se vel alium cum sufficienti mandato infra dictos
sexaginta dies in ipso citatorio sibi prefixos per se vel alium non comparentis
neque comparere curantis, licet sepissime per eandem sanctam synodum plures
celebratis congregationibus in quibus aut earum aliqua ipse dominus
Eugenius comparere infra dictum terminum potuisset, contumaciam
accusavimus, ipsumque contumacem reputari ac in contumaciam et defectum
poni et declarari, per hanc sacram synodum petivimus et instantia ac
postulavimus, necnon eundem dominum Eugenium alta voce ad valvas huius
maioris ecclesie Basiliensis per duos reverendos in christo patres, dominos
episcopos una cum notariis huius sacri concilii iuxta mores antiquos
vocari et relationem vocationis fieri instanter requisivimus, de quibus
omnibus per nos promotores et procuratorem fiscalem antedictos, dictis
propositis et requisitis nomine quo supra a vobis reverendissimis patribus
et dominis prothonotariis ac etiam huius sacri concilii notariis
et scribis petivimus ad futuram rei memoriam unum vel plura publi-
cum vel publica confici instrumentum vel instrumenta. Ad quorum
petitionem et mandatum ipsius sancte synodi lecto primo predicto

~~Et mandatum ipsius sancte synodi~~ executionis instrumento et
dicto Citatorio et monitorio decreto, cum in eodem loco dudum editum sit
et emanatum alias lectum fuisset habito prelecto tenendi in iusto partes
et domini domini Mattheus Albinganensis et Ieronimo Gratio Neapolita-
nensis Episcopi de mandato eiusdem sancte synodi per organum dicti domini
presidentis eis facto primo dictum dominum Eugenium papam super gradibus an-
dictum maius altare alta et intelligibili voce per organum ipsius domini
Episcopi Albinganensis vocarunt et proclamarunt sub hiis verbis: ex parte
sancte synodi publice et solempniter requiritur sanctissimus dominus
Eugenius papa quartus si vigore citationis contra eum nouissime
per eandem sanctam synodum decrete adhuc est in conspectu huius sancte syno-
di presentandum, ad se defendendum et excusandum super hiis de quibus fuit
sancte synodo ad huius actum pro tribunali sedente que eidem gratiose et de-
bitam audientiam pollicetur. Similiter ex parte eiusdem sancte syno-
di intimatur quatinus, si quis sit qui mandatum habeat sufficiens ad
comparendum pro eodem domino Eugenio, compareat coram eadem sedente
ut supra, et sancta synodus pollicetur similiter exhibere iusticiam au-
dienciam gratam. Et cum quis domini nostri pape sit vocatus et proclamatus
nec aliquis pro eo comparuit nec venit, unde ipsi duo domini Episcopi ante
valuas seu portas ipsius ecclesie accesserunt et iterum et tum pausata
intermedia instancia tamen voce alta et intelligibili voce et clamorosa
insinuatione prefatum dominum Eugenium papam vocarunt et proclamarunt per
organum nuncius supra sub eisdem verbis suprascriptis, prout etiam prudentes viri
Arnoldus Anniti, Iohannes Kempener et Godfridus Dorsten ipsius sancte
synodi cursores vocibus elevatis reiteratis vicibus vocarunt et proclama-
runt. Quem dominum nostrum papam Eugenium nec aliquis pro eodem ibidem compa-
ruit nec respondit. Quibus sic peractis ipsi duo domini Episcopi ad conspectum
ipsius sancte synodi in medium reuersi se predictum dominum Eugenium papam
ut suprascriptum est vocasse et proclamasse, et per dictos cursores ~~proclam~~
proclamatum et vocatum fuisse, quodque ipse nec aliquis pro eo comparuerat
nec respondebat, eidem sancte synodo retulerunt. Preterea prefati promo-
tores et procurator fiscalis per organum ipsius procuratoris contumaciam
prenominati domini Eugenii pape iterato accusarunt, ipsumque super omnibus et
singulis in dicto Citatorio decreto contentis contumacem reputari et
ad ulteriora procedi et alias decerni et fieri prout in quadam alia cedula per ipsum
procuratorem etiam alta et intelligibili voce ibidem lecta continetur,
cuius tenor talis est.

Nos promotores et procurator fiscalis antedicti, quo supra nomine istarum
vocationum et relationum ut premittitur factarum in acta huius sacri
Concilii [illegible] registrata, dictumque Citatorium Bullam et instrumentum
executionis prout superius producta iterato repetimus et reproducimus

et aput acta dicti sacri Concilii et cause huiusmodi inseri et registrari pe-
timus. Et quia prefatus dominus Eugenius de et super contentis in dicto
Citatorio legittime citatus, sufficienterque expectatus, licet per se vel alium in-
fra dictos sexaginta dies curaverit, aut non curat comparere, ipsius contumaciam accu-
samus, ipsumque super omnibus et singulis in dicto Citatorio decreto conten-
tis prout iustitia suadet et iuris postulat aut exactionis contumacem
reputari in causa quaque huiusmodi in eius contumacia et absentia
divina repleta presentia ut ipsi sancte Synodo videbitur expedire et eccle-
sie sancte dei necessarium fore et utile ad ulteriora procedi ac processum per audi-
entiam contradictarum aut alias prout videbitur decerni per eandem sanctam
Synodum instantissime postulamus, requirentes dominos prothonotarios
et notarios huiusmodi sancte Synodi ut omnia et singula facta et producta
et ordinata aput acta sacri Concilii et cause huiusmodi registrari
necnon quo supra nomine a nobis dominis prothonotariis et notariis
petimus ad futuram rei memoriam unum vel plura publicum vel
publica confici instrumentum vel instrumenta. Huiusmodi cedula sic
lecta et per eandem sanctam Synodum audita, ipsa sancta Synodus
per organum predicti domini presidentis precepit et iniunxit prefato domino
Episcopo Albiganensi ut ambonem in quo decreta eiusdem sancte Synodi per
eandem sanctam Synodum promulgari et legi solent de more ascenderet
declarationemque contumacie pronunciati domini Eugenii pape alta et intelligibili
voce nomine eiusdem sacrosancte Synodi legeret et promulgaret prout in-
fra. Quam quidem dominus Episcopus Albiganensis mandatis ipsius sacrosancte
Synodi obediens dictum ambonem ascendit dictumque eiusdem domini Eu-
genii pape contumaciam et processus ad ulteriora declarationem in scriptis alta et
intelligibili voce nomine eiusdem sancte Synodi legit et promulgavit
prout in cedula per eum lecta continetur. Cuius Tenor sequitur sub hiis
verbis et est talis

Hec sancta Synodus Basiliensis in spiritu sancto legittime congregata
universalem ecclesiam representans, et ad huiusmodi actum legittime congrega-
ta et pro tribunali sedens audita petitione promotorum et procuratoris
fiscalis eiusdem sancte Synodi et ex eorum relatione et productione
instrumentorum ipsa eiusdemque domini Eugenii pape contumaciam in
non parendo Citatorio eiusdem sacri Concilii, recepta etiam super hoc
ad maiorem cautelam per deputatos eiusdem Synodi informatione
tam de predictis quam de notitia eiusdem Citatorii in Romana curia
habita decernit declarat et reputat dictum dominum Eugenium legittime citatum
sufficienterque expectatum fuisse et esse contumacem ac eius absentia non
obstante, divina eandem replente presentia ad ulteriora fore procedendum
prout sacro Concilio videbitur expedire, consideratis necessitatibus
et utilitatibus universalis ecclesie. Qua siquidem contumacie decla-
ratione et processus decreto sic lecto prefatus dominus Episcopus Albiganensis

peciit eidem sancte Synodo cui huiusmodi declarationis et decreti pronunciacio per eum de mandato sacre synodi ut prefertur facta et lecta super sancto Synodo placebat. Tunc sacrosancta Synodus alta voce respondit per verbum placet. Super quibus omnibus et singulis premissis prefati domini promotores eiusdem pecierunt a venerandis patribus domus sancte sedis apostolice prothonotariis et nobis notariis et scribis dicte sancte Synodi ad perpetuam rei memoriam fieri atque tradi unum vel plura publicum vel publica instrumentum seu instrumenta. Celebrata siquidem solempniter extitit predicta sessio et acta fuerunt hec et omnia supradicta prout et prout infrascripta sunt presentibus ibidem venerabilibus egregiis et circumspectis viris dominis et magistris egidio Carlerii in medicina parisiensi et Johanne de Segobia in theologia magistris Salamantine almarum universitatum studiorum generalium in dicta sancta Synodo ambasiatoribus Guilhelmo Hugonis de Constancia et Johanne de Fontibus archipresbytero papiensi decretorum Stephano de Novaria legum doctoribus et Roberto Auclou licenciato in decretis canonico Cameracensi et quampluribus aliis testibus ad premissa vocatis et rogatis. Acta sunt hec Basilee in ecclesia maiori in sessione publica eiusdem sancte Synodi solempniter celebrata kalendas octobris Anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo vii°

Sessio tricesimanona

De cassatione ferrariensis Concilii

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legittime congregata universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam. Compaciens hec sancta Synodus miserabilibus ecclesie ruinis et languoribus capitis atque membrorum et intimis condolens visceribus post editionem saluberrimorum decretorum in observatione legis domini et antiquorum canonum, post benignas et caritativas ammoniciones summo pontifici per oratores plurimos directas, post annorum plurium expectationem cum magna paciencia deducta, cum et decreta contempni et ammoniciones preterire, et inde scandala divisiones et scismata crescere cerneret, contra que et peccatorum maioribus adolescentibus incrementis, compulsa est tandem Synodus ipsa remedium tale proprio pro visionis querere salutare, et summum pontificem ad sic resecandos excessus excitare, ut que ad ipsius et universalis ecclesie salutem erant efficaciter agere curaret. Et quidem ut sapiens loquitur, melior est manifesta correctio quam amor absconditus, meliora sunt vulnera diligentis quam fraudulenta blandientis oscula, defectus aliquos debito regimini quem ecclesie dei sunt, flebili querela commemorarunt ut eis melius emendarentur, ne et ipsius summi pontificis aut aliorum valerent diutius obesse saluti. Et ut omnis paciencia exhiberetur, omissa posita

est penarum adiectio / sed tamen termino conveniens prefixus extitit / ut
infra illum per se vel per alium ipse in hac sancta synodo compa
reret / atque suo debito regimini ecclesie / prout publica utilitas magis et
magis exigebat / opportune provideretur / veluti forma citationis edite ap
tius indicavit / quod et maxime licet sancta synodus agere ex gesta
domini pridem sed a Christo immediate super commissos fideles / cuiuscumque status
etiam si papalis existant / in hiis presertim que ad reformationem per ti
nent / dumque ob ipsam tamen reformationis congregata est / que in illa
termino prefixo per / nisi summus pontifex ad eam reformationem cum effectu
capescendam suum inclinavit animum / Cum et eam experientia docuit
ex decretorum editione / ex qua salus effici debuerat / in locis plurimis
turbationem fuisse subsecutam / dum a papa summo pontifice infringuntur
tunc auctoritate sectuentur / qui cuiusmodi decretis adversari voluit
difficile quoque ceteri cognoscunt / si regimine ipsius Ecclesie tunc sic non pote
rint emendatam / quod ab ipsis trahitur in exemplum / Verum summus ipse
pontifex / prefatam citationem / pro tanta utilitate publice salutis
emanatam / que et si non placentia tamen salubria continebat
aliquantulum molestius primo aspectu ferens / quandam sue ordina
tionis exigentiam in adversum promulgasse dicitur / in qua primum de prosecutione
reductionis grecorum varia recitans / ad impugnandam electionem loci
pro ycumenico concilio per hanc sanctam synodum facte / secundum (?)
solam Avinionensem civitatem commemorans / que excluditur grande
commodissima ostenditur / omnibusque pace et securitate gaudere / tantam de
securitate de Basilea et Sabaudia in eadem sessione commitens / Verum ta
men ipsam electionem et decreto cum grecis edito / plene satisfactum constet
atque loca rebus agendis commodissima / omnibusque nationibus optima
manifeste contineri / nec necesse est ut de hac re longiorem sermonem protra
hamus / licet summus ipse pontifex / laborem destinandi in alterum illorum
locorum recusare dicatur / si bonum rei / cuius tanto affectu desiderat / sicut in suis
litteris preconizavit / Refert preterea divisionem / cuius electionis locorum nego
cia protectio (?) sustentantium / quam et se confirmasse ostendit / quam utinam
potius extinguere curasset / Nam et postquam grecis et orientalis in animo
pro locis per hanc sanctam synodum electis expedite fuerint / ipse alias
galeas in Constantinopolim mittere curavit / divisionem latine ecclesie
coram grecis ex duplici legationum missione demonstratur / que scilicet
tum honori latine ecclesie / quantum unionem grecorum perficiende distu
rbarent / nemo est qui non videat / Insuper iustificare nititur / quod per
reverendum patrem Johannem archiepiscopum Tarentinum oratorem suum in mis
sione certarum litterarum / super cuiusmodi electionis transmissarum / scitum
est quod publice honestius fuisset / ne nos per emendam eius sera iustitia ·

rem illam magis opere cogemur. Nam et bullas illas clandestine
et falso bullatas fuisse iam notorium est. Et si summus pontifex ex con-
fessione ipsius archiepiscopi et aliis circumstanciis verum informatus
acceperit quod impingitur in summi sacri concilii libertatem, quod ipse ar-
chiepiscopus in causam propter eam rem tractus sit, aut in domo propria arre-
status. Sed ad impugnandum eandem libertatem cuiusdam procuratoris ipsius
archiepiscopi captionem nobis obicit, quam iussu nostro constat similiter
fuisse factam, immo procuratorem eiusdem iussu cuiusdam prelati scandalo-
se turbacioni obviare volentis. Quod procurator ipse per appellacionem evi-
tandam ab hoc sacro concilio verisimiliter videbatur esse facturus, per
publicum officialem captum. Hec sancta synodus pro sua mansue-
tudine illico iussit expediri, qui et procurator adhuc nobiscum in plena
libertate versatur. Nec propterea verum est per hoc sacrum concilium aut iussu eorum
ipsius aliquod spolium priori fuerunt, veluti memorate littere pretendunt,
fuisse erogatum, licet littere alique plenius scandalose adversus hanc sanctam
synodum et supposita eiusdem continentes, absque tamen scitu eius, longe ab
hac civitate eidem dicuntur excepte. Nec tam leves colores ad im-
pugnacionem libertatis summi sacri concilii querere oportuit, cum etiam
toti mundo possit constare tante libertatis et securitatis hanc adeo ut plenitudinis
nullam liberiorem aut securiorem quam ipsam civitatem Basiliensem
sub imperiali protectione constitutam et optima politia gubernatam
credamus inveniri. Ceterum adversus citacionem emanatam plurima pro-
ferre conatur, que omnia ex superioribus racionibus evidentissime con-
futantur, et sperandum est nobis de re ipsa plenam digesta summus pon-
tifex effectum citacionis huiusmodi animadvertit, inquirenda ipsius
et aliorum salute versatur, et languor acerrimus a corpore mistico
ecclesie depellatur. Non adeo adversus citacionem ipsam succensebit, quod et
si aliquid amaritudinis more salubris medicine in primo gestu fere
videatur, eam tamen in novissimis commoditatem et salutiferam, deo
aspirante, presentiet. Nec eam bono publico aut caritati adversam,
immo potius sue saluti ac ecclesie unitati accommodam fuisse cognoscet.
Si vero tale aliquid priora ignorasse secula commemorat, si rerum
gestarum percurrat hystorias, non tantum summos pontifices de corrigendis
defectibus fuisse admonitos conspiciet, sed etiam depositos a papatu
ac eciam eis nonnullis obedienciam ex iustis causis fuisse subtractam. Sed si
ab ipsius imminentia nunc exigencia si longam et fortem adversus sacram
synodum et reformacionem ecclesie resistenciam pertinaciter, que priora
secula ignorarunt, animadvertat, nichil admirabitur citacionis huius
mater receptum fuisse antidotum. Obmittamus cetera que adversum nos
ingrama proferuntur recensere omnia mansuetis et mitibus animis

Sustinentes, animarum salutem ecclesie prosequimur. Sed demum summus
pontifex, talibus qualibus supra dictis coloribus suffultus, dic
tam sancte Synodo in hiis presertim que ad reformationem pertinent obe
dire tenetur, et ad eandem evocatus, aut super gestis propositis in eius
excusationem offerre, aut cunctis in quo nullius emendatis regimini eccle
siastico donare salutem, ipse hanc sanctam Synodum dissolvere, ac ad
civitatem Ferrariensem transferre conatur, eo plurimum adiectione penarum
ipso virtute prefati Citatorii in aliqua pressura sint aut adhesuri eidem
seu sancte Romane ecclesie cardinales, aut prelati, seu oratores suos
qui in hoc Concilio fuerint, nec ipsorum aliquis, aliqua novitate vel
lati sint, nec etiam quamvis a die Citatorii factum Contumaciam ne
fructum extitit. Est ne hec obedientia, quam Conciliis generalibus
per Synodos pontifices et alios quoscumque sacra Constantiensis Synodus
in hiis presertim que ad reformationem pertinet declaravit exhibendam
memor verborum Christi, qui posteaquam Symoni Petro dixerat Si te non
audierit, dic ecclesie. Si autem non audierit, sit tamquam ethnicus et
publicanus, continuo subiecit Amen dico vobis quecumque liga
veritis super terram erunt ligata et in celo, quam et ecclesie auctoritatem
a Christo donatam esse, et etiam super papam si quis prius ambigeret, sa
cre ipsius magne Synodi Constantiensis auctoritas aperte decla
ravit, cum ea sanxit ipsa sancta Synodus in Spiritu sancto legitime con
gregata, Concilium generalem ecclesiam militantem, potestatem a Christo immediate habet
cui quilibet cuiuscumque status, dignitatis, etiam si papalis existat
obedire tenetur in hiis que pertinent ad fidem et extirpationem pre
dicti scismatis et ad generalem reformationem ecclesie dei in capite et
in membris. Item declarat quod quicumque status, etiam si papalis existat
qui mandatis, statutis, seu ordinationibus huius sancte Synodi
et cuiuslibet alterius legitime congregate, seu pertinentibus ad ea
factis et faciendis, contumaciter obedire contempserit, nisi resi
puerit, condigne penitentie subiciatur et debite puniatur, etiam
ad alia iuris ~~remedia~~ subsidia recurrendo, Quorum virtute de
cretorum subsecuta sunt felicis recordationis pape Martini elec
tio, cui ipse dominus Eugenius succedit, qui etiam ipsi Constantiensi
Concilio una cum eis in minoribus presens interfuit. Quam vero ipse non
solum non obedit Synodo generali, sed et super ea etiam in reformationibus
ymmo negocia se iudicem constituere molitur, etiam si ipsa volun
tate dissolvere volens, atque in aliud locum sue originis propinquum evo
care, ubi sicut verisimiliter creditur, eam dominari sperat, ac resisti sibi
non possit voluntati. Sed nec eum latuit abhinc quod eam altera
vice dissolutionem Synodi facere attemptavit, quam deinceps revocare

ll cuiuscumque

et manere atque vitam fieri oportuit. Stare insuper debuit, cum dudum
in hac sancta synodo fuisse solempniter decretum, assentientibus pluribus
sancte Romane ecclesie cardinalibus, quorum aliqui adhuc presentes
eo sunt, ut hoc concilium per papam sine expresso consensu duarum partium
eiusdem concilii, votis singulorum per deputaciones et in
generali congregacione scrutatis, postea solempni sessione subsecuta
dissolvi non possit aut de loco ad locum transmutari, penis omnibus atque
censuris ferendis in adversum ex tunc cassatis et irritatis. Formidare
ipse debuit aliud concilium in Ferrariam erigere, cum alio decreto prius
antea edito declaratum sit omne concilium quod isto durante alibi con-
tigerit erigi non fore concilium sed scismaticorum conventiculum. Intelle-
gere eciam quod durare hoc concilium iuxta premissi decreti seriem donec ex con-
sensu duarum partium eius fuerit dissolutum, que decreta ipsius domini Euge-
nii subsequenti adhesione corroborata sunt atque munita. Sed et eciam
decreto concilii Constanciensis quod incipit Frequens, sub ordinatum
ut locus futuri concilii cum consensu ~~non consensu~~ ipsius concilii [congregati eligi debet ~~...~~]
~~congregati~~. Et si concilio dissoluto locum mutari oporteret ex causa
legittima "causa ille totam nacionem concernente, locus commodior as-
sumetur. Et si locus futuri concilii alio tempore celebrandi sine consensu
concilii actu congregati assignare", et eius ad locum ibidem declarata [congregat]
mutare eius potest, similiter concilium congregatum in continenti sine
ipsius consensu ad locum alium sua voluntate transferre. Demum non de-
buit oblivisci decreti super unione Grecorum prius approbati, quo ca-
vetur concilium in Basilea firmum esse permansurum, donec Greci ad portum
per hanc sanctam synodum eis nominandum pervenerint. Vero pacto quo-
re consilio eciam ipsius concilii dissolucionem aut translacionem efficere
frustra conatur. Sed cuius censura ille est plenitudinis sine potestatis, cum si
contra aliquem oratorum suorum vel per se aut archiepiscopum Tarentinum de
quo mencionem faciat, quicquam agatur pro debito iusticie, ob eam causam
velit eciam concilium dissolvi, demum quod eiusdem Bohemorum quos tantis
laboribus hec sancta synodus promisit, dum pro ultimo eius comple-
mento constanciusque continuare instituit, cumque pro suis ordinacionibus secundo a
ultra triginta dies hanc sanctam synodum sine negocio pro quibus
intenderet. O admiranda consilia, que ad enervacionem auctoritatis
ecclesie et sui ipsius destructionem suo pontifici suggerunt, que si conniven-
tibus oculis pertransiret hec sancta synodus, tota consumata convinceretur
ecclesie auctoritas, et quicunque in papam assumptus posset commissam christia-
nitatem pro sua voluntate decolorare, nec ulla esset resistencia, quin-
ymmo et accusatus de heresi aut quovis crimine confestim synodum
accusantem et corripientem dissolvere temptaret ne subiret iudicium.
Simul quoque dolentissime ferendum est tale exemplum a domino Eu-

Nemo dare posterius, vt iudicium subterfugiendo, ad detestabile re-
fugium prefate dissolucionis Concilii se conuertat, quem et non recte de
auctoritate Ecclesie sentire videtur. Cum ipsius Ecclesie congregationi, vt in-
declaratum est, obedire tenetur, ipse se iudicem constituit, et aduersus tot de-
creta, tot sanctiones conciliorum eam conatur dissoluere. Quam tamen dudum
in adhesione sua, tum de reuocatione tradidimus incipientium Dudum nominatim
mencio habebatur, ipse quicquid per eum aut suo nomine in preiudicium
aut derogacionem huiusmodi Basiliensis Concilii seu contra eius auctoritatem
factum, attemptatum seu assertum erat, cassauit, irritauit et annullauit,
nulla que irrita fuisse et esse declarauit. Et se deinceps a comitatibus et q-
uentionibus seu preiudicium intendendis, quod sacro Concilio in effectu
aut suppositis eius et adherentibus eidem valeat, et cum effectu de-
sistere pollicitus est. Cum igitur talia in aduersum perpetrata que cunctis
fidelibus detestanda et horrenda sint, nullatenus sub dissimula-
cione pertransire valeamus, volens hec sancta Synodus, sicut tenetur,
de opportuno remedio prouidere, declarat huiusmodi prefatam dissolucionem
huius Concilii ac translacionem in Ciuitatem Ferrarien. per dominum Eugenium
papam quartum factas, ac omnibus consequenter processus et alia deinde secuta
nullas esse, penitusque irritas et inanes, mandans obseruari et suppli-
cans eidem, ut hec sicut de facto presserat reuocare habeat, et aduertat ipse
penas que dudum in decreto huius sancte Synodi, quod incipit quod sic
sequens erat ad ipsius adhesionem in vndecima sessione promulgato contra
Romanum pontificem ad Concilium generale quouismodo dissoluendum vel mu-
tandum, prorogandum, operam dantem, prelatis fuerunt, vbi expresse cauetur,
quod si Romanus pontifex talia agendo infra quatuor menses non reali satis-
factione non resipuerit, extunc a papali administracione sit ipso facto sus-
pensus, que quidem papalis administracio ad ipsum generale Concilium ipso
iure deuoluatur, quod si penam ipsam per duos menses post predictos
quatuor sustinuerit animo indurato, contra ipsum usque ad priuacionem in-
clusiue per Concilium Generale procedatur. Quas quidem penas hec sancta
Synodus ipsum dominum Eugenium nisi resipuerit decreuit et declarat incur-
surum, iuxta formulas in predicto decreto vndecime sessionis prescriptas,
ad quarum penarum execucionem nisi resipuerit ut prelibatum est, ulterius pro-
cedemus. Insuper hec sancta Synodus omnem nominacionem, electionem,
assumpcionem loci Ferrarien. factam, tamquam decretis ipsius Synodi repu-
gnantem, sicut de facto presumpsit, cassat et irritat, immo ex eo cassas
et irritas esse declarat. Et casu quo in eadem Ciuitate aut alibi ad-
uersus prefatorum nostrorum decretorum tenorem, siquidem ipse pontifex
Concilium erigere incepit, nec incipiet in futurum, mandat et pre-
cipit hec Sancta Synodus vniuersis sancte Romane Ecclesie

Cardinalibus patriarchis Episcopis Archiepiscopis et aliis quibuscumque
in Curia dicti domini Eugenii existentibus qui Synodis generali
bus de iure vel consuetudine interesse tenentur et ad hoc sacrum Ba
siliense Concilium accedant Ceteri vero ad loca suorum beneficiorum
vel alibi extra curiam se transferant sub penis excommunicationis priua
cionis omnium beneficiorum dignitatum et officiorum inhabilitationis
perpetue quas si contra fecerint ipso facto incurrant Inhibet preterea
sub eisdem penis hec sancta Synodus ne quisquam cuiusvis status
et dignitatis etiam si Cardinalis patriarcha Archiepiscopus vel Episcopus
fuit ab hac sancta Synodo vigore seu pretextu dissolutionis aut
translationis per ipsum dominum Eugenium facte recedere audeat nec
ab actibus conciliaribus ullo pacto desistere seu huiusmodi translationi
quolibet obedire Decernit quoque hec sancta Synodus ut omnes et singuli
ad hoc Concilium libere accedere possint ac si prefate dissolucio et trans
latio pretense nullatenus emanassent nec quisquam venientium ad hoc
sacrum Concilium quomodolibet audeat impedire Inhibet quoque Christi
fidelibus sub penis excommunicationis quibuscumque quacumque dignitate
ecclesiastica vel seculari etiam si Cardinalatus patriarchali Archiepiscopali
pontificali imperiali regali vel alia quavis prefulgeant ne ad
tale pretensum Concilium per ipsum dominum Eugenium ut premittitur ce
lebratum vel celebrandum accedere vel mittere presumant neque etiam
communitates Collegia Capitula Conuentus ad tale pretensum Con
cilium mittant quod si fecerint ipso facto Ecclesiastico subiaceant interdi
cto Demum quoque ne ipse dominus Eugenius magis grauiora grauioribus
addere presumat noua scismata et scandala suscitando auctori
tatem quoque vniuersalis ecclesie vehementius impugnando inhibet eidem
hec sancta Synodus ne deinceps aduersus ipsam quidquam innouet
eandem vel eius supposita et eidem adherentes perturbando vel
molestando seu etiam attemptata ~~conturbando~~ contineret ac etiam
omnes qui beneficia dignitates personatus et officia suppositorum
huiusmodi sacri Concilii seu eidem Concilio adherentium impetrauerint
vel obtinuerint seu impetrare attemptauerint vel obtinere etiam si eis
eis prius concessa fuerint Et omnes qui huiusmodi impetrationi prouisi
onem vel beneficiorum dignitatum personatuum et officiorum quorumcumque
assecucionem fauorem vel auxilium dederint quacumque prefulgeant di
gnitate ut premittitur ecclesiastica vel seculari etiam si communitates Col
legia vel Capitula fuerint aliquod seu aliqua suppositorum huius
sacri Concilii et eidem adherentium vigore seu pretextu pretense ordi
nationis per ipsum dominum Eugenium facte in suis beneficiis ac aliis
rebus molestauerint quacumque auctoritate ordinaria vel de

legata decernit eadem sancta Synodus penis excommunicationis
privationis ab omnibus beneficiis ~~ac aliis rebus molestanti vel~~
~~quacumque auctoritate~~ officiis vel dignitatibus et inhabilitatio-
nibus ad eandem quantum ad singulares personas Et si communi-
tates Communitates vel Collegia ac Capitula fuerint interdicto
Ecclesiastico ipso facto subiacere decretis huius sancte Synodi que in-
cipiunt Ambitiosorum et Licet statuat ac Cum sit Ecclesia et aliis quibus-
cumque ipsius decretis ac ordinationibus in suo robore duraturis
Insuper universis prelatis etiam pontificali dignitate prefu-
lgentibus Capitulis Communitatibus universitatibus et Collegiis
ac aliis quibuscumque personis cuiuscumque status sub penis antedictis, et quo
ad singulares personas, et quo ad omnes communitates universitates
Collegia Capitula sub penis cessationis a divinis et interdicti
ecclesias si contra fecerint incurrant ipso facto Prohibet hec sancta
Synodus ne aliquem cum prefata beneficia et dignitates personatus
et officia suppositorum huiusmodi sacri Concilii ac eidem adherentium
sicut premittitur obtinuerit recipere aut admittere ad possessionem vel
investire quovismodo audeant Et nihilominus provisionibus et man-
datis papalibus vel aliis quibuscumque quacumque auctoritate ordi-
naria vel delegata, seu quibuscumque Censuris vel penis emanatis
super huiusmodi privationibus ac prefatorum beneficiorum dignitatum
personatuum et officiorum collationibus hec Sancta Synodus decernit
nullatenus obediendum Quodque adversus penas supradictas premissas
nullus restitui etiam ad divinorum celebrationem rehabilitari permitti
gravi Nisi vel a sua excommunicationis excepto dumtaxat in mortis
articulo absolui vel etiam quo ad Communitates et Capitula ac com-
munitates ac Collegia interdicta relaxari nisi per sanctam Synodum
possunt Et ut nullus huiusmodi ordinationis decreti possit quo-
uismodo pretendere ignorantiam voluntatis et mandati Hanc presentem
paginam valvis huius ecclesie Cathedralis Basiliensis sub [illegible]
la affigi atque publicari et per affixionem ipsam eandem Domino Euge-
nio ac commissis et singulis intimari Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostre voluntatis decreti mandati cassationis irrita-
tionis inhabilitationis interdicti a divinis cessationis declara-
tionis afflictionis et intimationis infringere aut ei ausu temerario contraire
Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis
dei et universalis Ecclesie se noverit incursurum Datum in sessione
nostra publica in ecclesia maiori Basiliensi solempniter celebrata iiij
ydus octobris Anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo
tricesimo septimo etc

Sequitur sessio Tricesima

Sacrosancta Generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto
legittime congregata vniuersalem ecclesiam representans, et catholicis
vocatur pro declaracione catholice veritatis, quid circa percepcionem
sacre Eucaristie tenendum sit et agendum, pro vtilitate et salute populi cri-
stiani, post diligentem perscrutacionem diuinarum scripturarum Sacrorumque ca-
nonum et doctrinarum a sanctis patribus et doctoribus traditarum in hac sacra
Synodo longis temporibus habitam, Consideratis quoque omnibus que
pro declaracione huius veritatis consideranda fuerunt, decernit et declarat eadem
sancta Synodus quod fideles layci siue clerici communicantes et non con-
ficientes non astringuntur ex precepto domini ad suscipiendum sub vtraque spe-
cie panis scilicet et vini sacrum Eucaristie sacramentum, Sed ecclesia que re-
gitur spiritu veritatis secum manente in eternum, et in qua Cristus manet
vsque ad consumacionem seculi, sicut ait diuina scriptura, ordinare habet
quomodo ab ipsis non conficientibus ministraretur, prout pro reuerencia ipsius
sacramenti et salute fidelium viderit expedire. Siue autem sub vna specie
siue sub duplici specie panis caro tantum, nec sub specie vini sanguis tantum,
sed sub qualibet specie est integre totus Cristus. Laudabilis quoque consuetudo
communicandi laicum populum sub vna specie, ab ecclesia et sanctis patribus racio-
nabiliter introducta, et hactenus diutissime obseruata, et a doctoribus
diuine legis, sacrarum scripturarum atque Canonum multum peritis habi-
tum a longeuo tempore commendata, pro lege habenda est, nec alicui est
licitum eam reprobare, aut sine auctoritate ecclesie pro libito immutare. Datum
Basilee in Sessione nostra publica in maiori ecclesia solempniter cele-
brata decimo kalendas Januarii Anno a natiuitate domini Mille-
simo quadringentesimo tricesimo septimo

[Margin: ...municet, secundum or- / ...em sed obser- / ...m ecclesie, proficit / ...communicantibus / ...d salutem, nec / ...m ambigendum / ...quod non sub spe-]

Sessio tricesima prima

De declaracione suspensionis domini Eugenij pape quarti

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legittime
congregata vniuersalem ecclesiam representans, ad futuram rei memoriam.
Audiuit omnis ecclesia iam a tempore plurimo, quo pacto hec sancta
Synodus, inter cetera ob reformacionem ipsius ecclesie dei in capite et membris
specialiter congregata, cum sua decreta salubria passim contempni prospi-
ceret, abusuumque deformitatem continuari, atque eciam plus solito inuale-
scere in diuine maiestatis offensam, et vniuersi sacerdocij atque tocius
cristiane religionis ruinam infallibilem, videt periculosissimum scisma per erecti-
onem alterius pretensi Concilij, ipso durante, et alia plurima scandala immine-
re populo dei, ac vniuerso orbi perturbacionem non modicam ex resistencia, quam
aduersus debitam reformacionem ecclesie et salubria huius sancte Synodi
opera dominus Eugenius papa quartus, diuisionem assiduam fouendo
et proprie voluntatis decretis et ordinacionibus Synodalibus preferendo
prestare videbatur, Impulsa est post longam plurium annorum

expectacionem super regimine ecclesie presidens quereret et id ipsum dominum Eu-
genium induceret ut ea que pro salute fidelium et universalis ecclesie congruebant
in tantis tamque urgentibus necessitatibus agere curaret Cum hec ipsum
eidem sancte synodi litteris atque nunciis incumberet ex ea auctoritate quam a Christo
immediate accepit cui omnes fideles cuiuscumque status etiam si papalis
existant obedire tenentur in hiis que pertinent ad fidem extirpacionem scisma-
tis et reformacionem ecclesie in capite et in membris veluti declaracio univer-
salis ecclesie in sacris scripturis fundata et in celeberrimo Constanciensi concilio
promulgata diffinit Addiciens quod quicumque contumaciter ipsi universali concilio obe-
dire contempserit in predictis et ad ea pertinentibus condigne penitencie subiciatur
et debite puniatur etiam ad alia iuris remedia si opus fuerit recurrendo
Et tandem pridie kalendas Augusti novissime preteriti decrevit eadem
sancta synodus terminum sexaginta dierum peremptorie prefigere infra quem
prefatus dominus Eugenius coram eadem sancta synodo per se vel alium
compareret si qua super predictis ac aliis in decreto monitorio expressis
ac eciam que in futurum ponendis que premitti non sine racionabili causa
tacebantur pro sui excusacione vel defensione duceret ponenda quo termino
elapso sive dictus dominus Eugenius compareret sive non eadem sancta syno-
dus ad ulteriora procedere decrevit cognoscendo et terminando prout ecclesie sancte
dei spiritu sancto dictante videretur expedire Et quod cum dolore referimus
ipse dominus Eugenius infra assignatum terminum neque per se neque per alium
comparere voluit aut aliquam excusacionem si quam habet transmit-
teret synodo correccionem effugere volens dissolucionem et translacionem
concilii quam de iure non poterat de facto pendente termino attemptavit
Cum tamen eam altera vice dissolucionem eiusdem concilii per eum factam
revocasset declarans eam irritam et inanem dicens quod ipsum concilium
pro reformacione ecclesie in capite et in membris inchoatum legittime
continuatum fuisse et prosecucionem eius debere prout ac si nulla dissolucio
facta fuisset Omnibus attentis elapso dicto sexaginta dierum termino fuit convoca-
tum in publica sessione promotores et procurator fiscalis eiusdem sacri concilii
accusaverunt exigente iusticia Eadem sancta synodus in eadem sessione con-
tumaciam ipsius domini Eugenii sufficienter accusatam declaravit ipsumque
contumacem reputavit decernens eius absencia non obstante ad ulterio-
ra fore procedendum prout ipsi sancte synodo videretur consideratis neces-
sitatibus et utilitatibus universalis ecclesie Et quamquam attenta contumacie
magnitudine eadem sancta synodus absque ulteriori expectacione in
ea re procedere potuisset volens tamen nichilominus cum omni mansuetudine
et benignitate procedere ad instanciam inclite memorie Sigismundi
Romanorum imperatoris et venerabilium archiepiscoporum ceterorumque illustrium
principum electorum sacri imperii per sexaginta dies adhuc censuit dif-
ferendum ut hoc per ipsius sancte synodi paciencia probaretur si ipsius domini
Eugenii animus ad salutem fidelium et universalis ecclesie declinare
~~valeret~~ valeret Confestim autem plenius innotuerunt ea que adversus
hanc sanctam synodum et eius supposita in prefata dissolucione etiam

attemptata ipse dominus Eugenius perpetraverat, transferendo hoc sacrum
Concilium in Civitatem Ferrariensem, si contra ipsum aut aliquem suorum ora-
torum ulterius procederetur, Et precipiendo sub penis et censuris contentis in iussis
quas tamen inferre non poterat suppositis huiusmodi sacri Concilii, ut ab eo
recederent, quia in re decreta sacri Constanciensis Concilii et istius mani-
feste violabat transferendo concilium pro libito voluntatis, preter consensum
ipsius ac eciam usurpando sibi auctoritatem supra sanctam synodum de
reformatione ecclesie in capite agentem, non recte sentiens ut videbatur,
de auctoritate sacrorum Conciliorum et de diffinitionibus generalis ecclesie fidem
concernentibus, tam in ipso Constanciensi Concilio, quam in isto promulgatis
super obediencia, quam pontifices synodis universalibus exhibere tenentur.
Ac eciam scisma introducens et aliud Concilium isto durante erigens,
quod non foret Concilium ~~Concilium~~ sed conventiculum scismaticorum, certis pre-
cedentibus decretis fuerat declaratum, ad dissolucionem Concilii, quam semel per
se ipsum revocatam iterum renovando, et ex non dissolucionis ac penitus adic-
tione super Concilium iurisdictionem in facto reformationis assumendo se-
non Concilio, sed Concilium sibi obedire teneri, factis suis protestando, revocari
contemnendo, tam quam contrarium offensarum in ecclesiam dei et scandalum ipsius que ex pre-
dictis attemptatum, ac periculum fidei multitudo, ut est atque in ipso domino Euge-
nio iusti iudicium sequitur, zelator ipsius et universalis ecclesie salutis sed non
immemor [struck] Hec sancta synodus, matris pietatis, adhuc expectare voluit
si forte ipse dominus Eugenius a tanta inobediencia resipiscens, converteretur
ad cor, evidentissime quod iuribus et racionibus detestatur, huiusmodi dissolucionem
et translacionem nullas penitus et nullius quod roboris et momenti, ut omnibus
nunc servatis, intermissa quoque [struck] relaxacione condignarum inflictione
penarum. Hec sancta synodus eas dumtaxat penas adversus prefatum dominum
Eugenium eo tunc promulgare duxit, que adversus Romanos pontifices
sacra generalia Concilia dissolvere et perturbare temptantes ordinate
fuerant, ut videlicet infra quatuor menses a die dissolucionis et translacionis
per eum attemptarum resipisceret, cum satisfactione reali, ab omni administracione
papali eo ipso foret suspensus, que quidem papalis administracio ad generale Con-
cilium devolveretur, et si hanc penam per duos menses sustinuerit animo indurato
post quatuor predictos, contra ipsum usque ad privationem inclusive per Concilium procede-
retur, quas penas hec sancta synodus ipsum dominum Eugenium, si non resi-
pisceret, cum satisfactione reali declaravit, ut permittitur, et non solum declaravit
sed eciam expresse decrevit incursurum. Cum vero iam prior terminus sexaginta
dierum indultarum post admonitionem assignatum et alius quatuor mensium post diem
pretense dissolucionis et translacionis huius sacri Concilii per ipsum dominum
Eugenium attemptarum, elapsi sint, et pendentibus ipsis dilacionibus,
nulla correctio aut emendacio conspiciatur premisse, immo potius cumula-
ta abusum et deformitatem in offensam divine maiestatis et interitum
animarum, rebellio ipsius et inobediencia domini Eugenii adversus sanctam

Synodum universalem et decreta ipsius procurans, insuper assidua exerci-
ciones illius pretensi Concilii Ferrariensis per transmissionem eorundem ad diversas
regiones et convocationem plurimorum ad idem Concilium, quod fore Con-
venticulum scismaticorum iam declaratum commemoravimus. Ex quibus et
auctoritatis sacrorum Conciliorum pessundatio, et reformationis dicte ex-
tinctio et inductio scismatis inauditi per erectionem alterius pretensi Concilii
isto durante Concilio, ac demum desolationem Ecclesie universalis presump-
sio in lesionem ~~alterius pretensi Concilii isto durante Concilio ac demum de-~~
~~solationem Ecclesie universalis~~ irrecuperabilem catholice fidei sequeretur, nisi
divina pietas sue Ecclesie in tantis languoribus subveniret. Veretur ta-
men hec sancta Synodus, ne tanta mala dissimulando assensum eis prestare
videatur. Et ne facilitas venie incentivum prebeat delinquendi, cum
leviora remedia eis prosunt, certiorem et salubriorem adhibere
medicinam, atque post varias expectationes, tandem saluti universalis
Ecclesie providere, et ad suspensionem ipsius domini Eugenii ab administra-
tione papali, quam penam sacra Constantiensis Synodus Romanis
pontificibus in variis casibus censuit inferendam, procedere, alias penas
duriores adhuc pro sua mansuetudine differendo, ut saltem pro [illegible]
iustitie cum temperamento mansuetudinis, ipsius Romani pontificis animus
ad ea que sunt salutis et pacis informationem debitam Ecclesie universalis et
anime sue ac totius populi christiani salutiferam edificationem gravissima
ipsius Ecclesie futuris temporibus periculosa, tum gravissimam et aucto-
ritatis sacrorum Conciliorum confusionem valeat evitare

Nota hic suspensionem pape ab omni
administratione papatus tam in spiritua-
libus quam ~~spiritualibus~~ temporalibus

~~Insuper~~ In virtute igitur omnipotentis dei, in cuius nomine hec sancta Synodus
extitit congregata, et cuius immediate potestatem suam, cuiuscumque fide-
les cuiuscumque dignitatis etiam si papalis existant, parere tenentur, premissum est, acce-
pit eadem sancta Synodus predictum dominum Eugenium papam quem
manifestum contumacem, et in aperta rebellione persistentem, atque notorie
incorrigibilem, ac Ecclesiam dei scandalizantem, omnibus premissis tam coniunctim
quam divisim attentis, ab omni administratione papatus in spirituali-
bus et temporalibus suspendit, ac suspensum esse declarat, pressura tamen
ad calendarum usque ad finem finalem conclusionis processus fiunt, ipso domino Eu-
genio amplius exonerato, prout utilitati et unitati ecclesie spiritu sancto
dictante conspexerit expedire, omnem autem ipsius papatus administrationem
in hiis omnibus que in spiritualibus et temporalibus ad solum papam
et sedem apostolicam de iure pertinere noscuntur, eadem sancta Sy-
nodus ad se ipsam decernit et declarat esse devolutam, nec per ipsum gubernari

defectum eciam interim varia discrimina pati possit. Decernens irritum et inane quicquid durante suspensione per ipsum dominum Eugenium racione papatus factum fuerit vel attemptatum. Omnes quoque reges principes communitates et alios quoscunque status et dignitatis existant, hec sancta synodus monet et requirit, et eisdem in virtute sancte obediencie et sub divini obtestacione iudicii mandat ecclesiasticis vero personis quacunque dignitate eciam si cardinalatus patriarchali aut pontificali prefulgeant, sub penis quas ipso facto incurrant excommunicacionis et suspensionis ab omnibus dignitatibus beneficiis et officiis quocunque nomine nuncupentur eciam si forent metropolitane aut cathedrales sive in titulum sive in commendam obtineant. Vicariis aut gubernatoribus vasallis feudatariis et subditis Romane ecclesie, sub pena privacionis ipso facto omnium feudorum et aliorum quorumcunque iurium et privilegiorum que apud Romanam ecclesiam obtinent districte precipit ut durante hac suspensione pretextu cuiuslibet iuramenti fidelitatis subieccionis aut promisse fidelitatis eidem domino Eugenio nullatenus obediant. Ipsos quoque ad huiusmodi iuramenta et promissiones durante ipsa suspensione nullatenus astringi declarat, sed ad hoc sacrum concilium in omnibus recurrant pro quibus ad Romanum pontificem recurrere solitis est. Intendit enim hec sancta synodus inde iuste et sancte necessitatibus quorumcunque providere. Mandat preterea in virtute sancte obediencie et sub pena privacionis quam ipso facto incurrant omnium suorum beneficiorum dignitatum officiorum commendarum pensionum et graciarum quarumcunque eciam expectativarum omnibus et singulis sancte Romane ecclesie cardinalibus archiepiscopis episcopis et aliorum ecclesiarum prelatis officiariis curie et clericis quibuscunque in Romana curia existentibus cuiuscunque status et condicionis existant, quatenus infra xl dies proxime sequentes post diem presentis sessionis a Romana curia recedant et deinde cardinales patriarche archiepiscopi episcopi et alii eciam qui ut de iure vel consuetudine ad generale concilium ire tenentur sub penis iuris, iter suum sine fraude continuando ad hoc sacrum concilium arripiant. Reliqui vero qui ad generale concilium non tenentur venire ad residendum et deo serviendum in suis beneficiis vel ad hoc sacrum generale concilium sine more dispendio omni fraude cessante se transferant et accedant. Decreto nuper edito incipit Comparentes et aliis quibuscunque huius sancte synodi in suo robore duraturis. Omnes autem causas tam ecclesiasticas spirituales quam eciam prophanas civiles et criminales atque mixtas inter quascunque personas cuiuscunque status aut condicionis existant in Romana curia pendentes aut apud Romanam curiam, hec sancta synodus in eo statu in quo sunt ad se advocat et advocatas esse vult et declarat expresse. Inhibens omnibus iudicibus auditoribus commissariis quibuscunque dicte curie eciam si cardinalatus patriarchali pontificali aut alia quavis dignitate prefulgeant ne in prefatis causis

procedere aut quicquam agere quovismodo praesumat. Qui si post notitiam huius decreti nostri quilibet fecerint, poenas excommunicationis ipso facto incurrant, et ab huiusmodi excommunicationis sententia huic sancte synodo dumtaxat ipso durante absolutione reservata, aut cognitione iusti impedimenti, si quod allegaretur, quare Romana curia ad hanc sanctam synodum accedere debentes non accesserint, aut recedere debentes non recesserint, cuiusquidem impedimenti allegati causas intendit haec sancta synodus diligenter ac benignitate scrutari [?]. Quicquid autem contra hanc ordinationem advocationem et inhibitionem attemptatum contigerit, ipso iure decernit irritum et inane. Et ut fraudibus que excogitari possent obviuetur, quae ad datam anticipationibus praedictis suspensionis ac huius decreti inclusionis litterae papales vel aliorum quorumvis auctoritate subdata ante tempus suspensionis pronunciari possent, ut ante huius decreti promulgationem fuerint intimatae et publicatae, eis nulla fides adhibeatur et pro nullis habeantur. Decernit tandem haec sancta synodus huius decreti publicationem in praesenti sessione sancta eiusque affixionem in valvis maioris ecclesiae Basiliensis, hec vim monitionis, citationis et executionis, et ita omnes obarctare, ac si personaliter apprehensi et eis intimatum fuisset. Datum in sessione nostra publica in ecclesia maiori Basiliensi solemniter celebrata ix [?] kalendas februarii anno a nativitate domini millesimoquadringentesimotricesimooctavo.

Aliud decretum eiusdem sessionis
de causarum remotione a Romana curia

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata, universalem ecclesiam repraesentans, ad futuram rei memoriam. Ecclesiae sollicitudinibus studium iugiter invigilare convenit, ut fraterna caritas in clero ac populo christiano vigeat, nec quibusque vexationibus et afflictionibus indebitis proximi sui opprimantur per iniuriam; sicque iustitia ordine debito cuilibet ministretur, ut et versutiis dolosis auferatur nocendi licentia, et quaestus ac tergiversationes reorum non facile protrahantur. Nolentes autem actoribus intollerabilium vexationum abusus, per multos annos nimium frequentes, a remotissimis etiam partibus ad Romanam curiam, et interdum pro parvis et minimis rebus ac negotiis quamplurimi citari et evocari consueverunt, atque ita expensis et laboribus fatigari, ut nonnunquam commodius arbitrarentur iuri suo cedere, aut vexationem suam gravi dispendio redimere, quam in longinqua regione litium subire dispendia; sicque facile extitit calumniosis opprimere pauperes; sic beneficia ecclesiastica plerumque minus iuste per litium anfractus obtenta sunt, dum iustis possessoribus eorum, seu quibus illa de iure competebant, neque opes neque facultates ad illorum sumptus sufficere poterant, quos longinqua profectio ad Romanam curiam et litis [?] in eadem deposcebat. Confunditur etiam exinde ordo ecclesiasticus, dum ordinariis iudicibus sua iurisdictio minime servatur; pecuniae

Et facultates regnorum et provinciarum hoc pacto non parum diminute sunt
et quia omisso ordine ecclesiastico ad modum noxie corruptum est, hii quos ad
summa negotia christiane religionis sublimioribus dignitatibus extollebat, sing-
ulis reddebantur inutiles, dum ipsorum mentes nimium occupabat assidua liti-
um multitudo, que attendens hec sancta synodus et pro reformatione ecclesie dei in
capite et in membris iuxta potestatem a deo concessam invigilans, ut
omnia deinceps ordine congruo peragantur ad salutem animarum et pacem
et quietem cunctorum, statuit et decernit quod in partibus ultra quatuor die-
tas a Romana curia distantibus omnes quecumque cause, exceptis maioribus in
iure expresse enumeratis, electionum ecclesiarum cathedralium et de monasteriis que
immediate subiecta ad sedem apostolicam devolvuntur, apud illos iudices
in partibus qui de iure aut consuetudine prescripta vel privilegio cogni-
tionem habent terminentur et finiantur. Et ne sub umbra appellationum que nimium leviter
et non nunquam frivole hactenus interponi visae sunt atque etiam in eadem
instantia ad prorogationem litium sepe multiplicari, materia fomentum in-
iustis vexationibus relinquatur, statuit eadem sancta synodus quod si quis se
offensum coram suo iudice habere non possit iusticie complementum, ad imme-
diatum superiorem per appellationem recursum habeat, nec ad quemcumque etiam ad pa-
pam, omisso medio, neque a gravamine in quacumque instantia ante diffini-
tivam sententiam quomodolibet appelletur, nisi forte tale gravamen extiterit quod
in diffinitiva reparari nequeat, quo casu et non alias ad immediatum superi-
orem liceat appellare. Si vero quispiam a sedis apostolice immediate sub-
iecto ad ipsam sedem duxerit appellandum, causa per rescriptum usque ad finem
litis inclusive in partibus committatur, nisi forte propter defectum iusticie aut
iustum metum, etiam in partibus convicinis, de quibus in commissione exprimendis
legitimis probationibus documentis aliter quam per iuramentum summarie constiterit, apud
ipsam sedem foret merito retinenda. Et quicquid in gravamen huius salub-
errimi decreti attemptatum fuerit vel obtentum fuerit, sit nullum ipso facto,
litigantes quoque qui contra fecerint in expensis condemnentur. Romane vero
ecclesie cardinales, vicecancellarium, camerarium, magnum penitentia-
rium, prothonotarium et alios sedis apostolice officiales actu in [illegible]
officiis insistentes hoc decreto non intendimus comprehendi. Nec tamen
in dissolutionem vel translationem presentis Concilii aut erectionem conventiculi
apud Ferrariam vel alibi sub nomine concilii generalis, quas dudum Eu-
genius papa [illegible] efficere conatus est, nec contrahet in futurum, causas
ipsas et maxime incorporatarum aut incorporandarum in hoc sacro Conci-
lio, quas hec sancta synodus remittet aut non recipiet in curia ip-
sius domini Eugenii aut prefatum conventiculum Ferrariensem, nec aliud de facto ta-
libus contingeret in fomentum dissolutionis et translationis ac erectionis pre-
dictarum. Voluit etiam hec sancta synodus causas quascumque pen-
dentes et commissas ac etiam quascumque causas incorporatorum aut incor-
porandorum atque alias per appellationem devolutas ac devolvendas, nonob-
stantibus quecumque ad observantiam decretorum ipsius sancte synodi concernentes apud
eandem sanctam synodum ipsa durante seu donec aliter fuerit

ordinatum tractatum, salvis etiam advisationibus causarum pende-
ntium in Romana curia per quemcumque iuxta decreta factis aut faciendis,
decretis etiam aliis et ordinationibus eiusdem sancte synodi in suo
robore remanentibus. Datum Basilee in sessione nostra publica in
maiori ecclesia Basiliensi solemniter celebrata ix kalendas februarii anno
a nativitate domini millesimoquadringentesimo tricesimooctavo etc.

Aliud decretum eiusdem sessionis
De sublatione gratiarum expectativarum et collatione beneficiorum

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime con-
gregata universalem ecclesiam representans. Ad perpetuam rei me-
moriam. Placuit divine pietati hoc tempore animos hominum qui [illegible] abrepti
[illegible]bus veritati ceperant vehementius excitare, et per synodum universalem mo-
res ecclesie in melius reformaret, ad salutarem directionem capitis atque
membrorum in viam iustitie et sanctitatis. Et ut facilius atque ordina-
tius fieret, et ne sub pretextu varie opinionis aut Romani pontifices
aut alii quicumque non satis universalibus conciliis obedirent, predisposuit
eadem divina pietas in sacro Constantiensi concilio synodorum universalium
iurisdictionem declarari, et ut nulli relinqueretur ambiguitatis occasio, ede-
cto solemni diffinitum extitit universale concilium habere auctoritatem im-
mediate a Christo, cui quilibet cuiuscumque status et dignitatis, etiam si papa-
lis fuerit, obedire tenetur in hiis que pertinent ad fidem, ad extirpationem scis-
matis et reformationem ecclesie dei in capite et in membris ac pertinenti-
bus ad ea. Cum igitur [illegible] hec circa reformande ecclesie huic sacro universali
synodo Basiliensi incumbit, hoc tamen singulari sollicitudine prosequendum
arbitratur, ut per singulas ecclesias ministri instituantur idonei qui scientia et
virtutibus prefulgeant. Et Christi gloriam et universi populi christiani edificationem
salutemque. Cum rei grave impedimentum hactenus afferre visa est gratiarum
expectativarum multitudo, que graviorum ordini et statui ecclesiastico perturbationem
valasque inordinationes ac plurima discrimina compertum est ingessisse.
Ex hiis enim frequentius date sunt ecclesiis ministri non probati nec cogniti,
vacaturorumque beneficiorum expectationes, que sicuti antiqua iura testantur, oc-
casionem desiderande mortis aliene prestare solent, quod plurimum periculosum videtur
animarum saluti. Hee insuper lites innumeras et contentiones inter [illegible]
excitant, rancores et iniurias nutriunt, pluralitates beneficiorum fovent,
ambicio, facultates ac pecunie regnorum et provinciarum mirum in modum
exhauriuntur, pauperes discurrendo ad Romanam curiam innumerabiles
vexationes subeunt et inter viarum discrimina non nunquam spoliantur, occi-
duntur, ac variis affliguntur pestibus, atque etiam suis patrimoniis ac
parentum opibus exhaustis, gravi egestate subiacere coguntur. Plu-
rimi absque iusto titulo beneficia sibi vendicant, et non quibus iure de-
betur illi obtinent, sed non nunquam hii quibus aut calumniandi promptior
maior astutia aut ad litigandum facultas suppetit uberior. Subin-
volutiones quoque prorogationes, antelationes aliaque huiusmodi gratias con-
comitantia, fraudes plurimas et deceptiones contigit inveniri.

nota

Juvenibus etiam qui studio literarum et virtuosis operibus intendere deberent
datur materia evagandi | qui sequuntur per licitos anfractus et varias discur-
sationes gratiam expectativam turbant et inquietant | ordinatores collationibus
suis in universum subtrahuntur et confunditur ordo ecclesiasticus | dum unicuique
iurisdictio sua non servatur | Romani etiam pontifices dum officia inferiorum mi- No
nistrorum sibi vendicant | a maioribus et magis fructuosis operibus universale
bonum concernentibus retrahuntur nec inferiorum districtioni atque correctioni in-
vigilant | sicuti publica utilitas exposcit | quoniam graves confusiones sta-
tui clericali atque sacerdotali in dispendium divini cultus | et in preiudicium pu-
blice salutis afferunt | possent etiam graviores in futurum afferre ruinam rebus
his in deteriora vergentibus pro labentibus nisi provideretur maximum | Volens
itaque hec sancta Synodus super his opportunum remedium adhibere | sta-
tuit et decernit | ut Romanus pontifex qui pro tempore fuerit | gratias de certo tempore
gratias expectativas aut nominationes nec ... nullo modo | nulla vero ex causa con-
cedat | cum ipse pre ceteris ne sit tantorum occasio malorum abstinere debeat | frus-
tra enim inferioribus inhiberetur | si ipse qui aliis debet esse actuum bonorum
et virtutum exemplar non abstineret | ut enim ille sanctissimus et devotissimus loco fra-
ngit totius familie domini status et ordo mutabitur | Si quod inesse est
in corpore non invenitur in capite | integritas etiam presidentium salus est
esse subditorum | Et presentem de certo iam facte et tam ipse quam etiam fiende
et que fiant nulle sint ipso facto | exceptis illis gratiis et nominationibus
super quibus processus iam sunt expediti | quas ex certis rationabilibus causis
in octo mensibus quibus hactenus consueverunt locum habere concedendas
duximus | donec aliter fuerint ordinata | Reservationes etiam particulares quas
cumque fuerint beneficiorum vacaturorum tam per Romanos pontifices quam
per legatos sedis apostolice decreto nulle sint ipso facto | non tamen intendit per-
hibere hec sancta Synodus hoc presenti decreto quominus futurus Roma-
nus pontifex tempore pontificatus sui | uno honesto et competenti dumtaxat bene-
ficio ad collationem in qua fuerint decem | et de quolibet ubi fuerint quinquaginta beneficia
et ultra disponat | ita tamen ut in eadem ecclesia cathedrali vel collegia-
ta duas prebendas suo tempore non conferat | ut qualificatis graduatis
totum insulis designate | in quibus prebendis suis valeant sortiri effectum | ne-
que etiam collationes per preventionem fiendas intendit impedire | Decreto
nostro de reservationibus quoad cetera | et aliis decretis huius sancte
Synodi in suo robore duraturis | Ut vero tam ad quos beneficiorum dis-
tributio per solicitudinem officiorum ad ministrationem collationis seu quemvis dispositionem spe-
ctat | ad promovendum litteratos viros et sua portionem specialiter distinguit |
voluit eadem sancta Synodus certos et qualificatos literatos et graduatos
designari | quibus certo ordine debeat provideri prout infra annotatur
Nationes quoque ipse per prelatos et doctores aliquos nationis in hoc concilio
consistentes pro bono sue nationis | alie certa eidem qualificationes
dispensare videat in futurum tamen per illos fuerint ordinatis | et in ge-
nerali congregatione presentis concilii conclusio | Et interim prout extat relatum
et fiunt beneficia | et unum decreti habeat locum in presenti decreto de vero adiu-
tum expressum foret | eadem quoque etiam si cardinalatus preeminentia Status
vel pontificalis aut aliis quavis dignitate ... preeminentia prout eam
ordinationem et qualificationem ut premittitur designatam velut

gnandas de ipsis dignitatibus personatibus officiis et administracionibus
quoniam modo disposuerit eo ipso sit irritum et inane collacio quoque huiusmodi ac provisio
seu quevis disposicio ad superiorem proximum devolvatur qui similiter habeat pro
inde quod si non fecerit ad alium superiorem devolvatur gradatim usque ad summum
pontificem ascendendo non volumus tamen ordinarios collatores et eos ad quos
collacio presentacio vel alia quevis disposicio beneficiorum spectat in quibuscumque
mensibus quibus possunt gracie expectative vel novacionis eisdem non fiunt
dei ipse gracie et novaciones ad eorum collacionem provisionem presentacionem seu dispo
sicionem concesse cessaverit et quos invenerit infra septimanas assignatas astringi

Sequuntur qualificaciones et ordo in conferendis beneficiis per or dinarios de quibus supra tactum est

Primo cum per generalis concilii statuta sancte ordinatum existat quod in qualibet
ecclesia metropolitana teneatur et debeat unum esse theologum qui sua doctrina
et predicacionibus fructum salutis afferat ordinatque ista sinodus quod ex tunc
eciam huiusmodi ordinacio ad ecclesias cathedrales et collegiatas extendatur quod quilibet collator
primum prebendatum tenetur et debeat canonicatum et prebendam quam primum facultatem
se obtulerit et invenire poterit viro magistro licenciato vel in theologia bacca
formato qui per decennium in universitate privilegiata studuerit et onus
residencie et lecture et predicacionis subire voluerit conferre bis vel semel
ad minus per singulas ebdomadas cessante legitimo impedimento legere habeat
ita et quociens eum in huiusmodi lectura deficere contigerit ad arbitrium capi
tuli in subtraccione distribucionum tocius ebdomade puniri possit et si residenciam
deseruerit de alio provideatur beneficium ut liberius vacare possit studio in pre
dicto assensus fuerit adminus discipline quod in qualibet ecclesia cathedrali vel colle
giata ultra predictam prebendam theologo ut premittitur assignandam tercia pars
prebendarum conferatur graduatis aliis ydoneis modo et forma infra scriptis sic quod si
vacatura huiusmodi graduato et deinde post duas sequentes eodem modo conferatur et cetera alias
Doctoribus magistris aut licenciatis seu baccalariis formatis in theologia
qui per decennium in aliqua universitate privilegiata doctoribus seu licenciatis in
altero iurium vel medicina qui per septem annos in sua facultate studue
rint in universitate ut supra magistris seu licenciatis in artibus cum rigo
re examinis qui per quinquennium in aliqua universitate alogicalibus in
clusive et supra in artibus cum rigore examinis vel in alia superiori fa
cultate studuerint magistris in theologia qui per sex annos vel in utroque
aut altero iurium Baccalariis qui per triennium si nobiles ex utroque parente et
ex antiquo genere aliis autem per quinquennium in aliqua universitate privile
giata adminus suum studium fecerint qui de predictis gradibus tempore et no
bilitate supradictis fidem facere teneantur collatori per legitima documenta
Exhortamur tamen ordinarios collatores quod in conferendis beneficiis huiusmodi presertim
quo ad dignitates respectum habeant singulariter ad magistros in ore licenciatos
et Baccalarios formatos in theologia in dignitatibus vero electivis personatibus
administracionibus et officiis dictarum ecclesiarum idem ordo modus
et forma in omnibus observetur Et si quis ex dictis qualificatis
tempore vacacionis prebende seu dignitatis huiusmodi aliis duabus obtinere

ac prebendas seu dignitates et prebendam aliam vel aliud seu alia bene-
ficium seu beneficia quod vel que residendo in altero poterit honeste annis va-
cando valeret seu valerent usque ad summam seu extimacionem ducentorum
florenorum auri de Camera. Et nullus quicunque duas prebendas cathedra-
les obtineret, collatoresque in ipsa tercia parte includi seu computari cessatur
in ecclesiis vero parrochialibus in civitatibus aut villis muratis existentibus in-
stituantur persone sicut supra qualificate aut adminus qui per tres annos in the-
ologia, vel in altero iurium seu magistri in artibus qui in aliqua universitate privi-
legiata studiorum fuerint. Et ut clerici poterint invenire qui valeant beneficia hu-
iusmodi deservire, et ut facilius inveniri possint statuit hec sancta Sinodus
quod quolibet anno pungente tempore xlme, omnes et singuli hic modo qualificati
de ipsa diocesi et alii qui voluerint, teneantur per se vel per procuratorem suam no-
minacionem exhibere illis ad quos beneficiorum curatorum collatio seu presentatio spectat
seu eorum vicariis, quod si non fecerint collatio ac presentatio seu disposicio
taliter facta quam ut premittitur facta non fuit hoc irrita censeatur. Et similiter in colla-
cione tercie partis prebendarum superius memorata intelligantur. Si tot graduati
seu qualificati modo premisso poterint inveniri. Teneantur quod ut premittitur
ipsi graduati et qualificati suam nominacionem tempore predicto illis ad quos beneficiorum disposicio
spectat seu eorum vicariis exhibere per se vel per procuratorem, quod si non fecerint
collatio seu presentatio vel disposicio aliter quam ut premittitur facta non fuit hoc irrita
censeatur. Si autem illi ad quos beneficiorum huiusmodi disposicio spectat contra supra-
dictarum qualificacionem designacionem et ordinem, aliquod beneficium contule-
rint seu ad ipsorum presentaverint, vel quolibet modo disposuerint sit ipso facto
irritum et inane velut superius premissum est, et nichilominus per concilia provin-
cialia eos in hiis defecerint iuxta tenorem constitucionis Concilii generalis que
incipit. Grave de prebendis corrigantur et debite puniantur. Illi vero ad
quos beneficiorum regularium spectat collatio seu disposicio premissis indigentibus eadem
religiosis ydoneis conferant et assignent. Qui si aliter fecerint per eorum superiores
corrigantur et debite puniantur. Datum in sessione nostra publica in ecclesia
maiori Basiliensi solemniter celebrata xv kalendas februarii Anno a nativitate
domini Millesimo quadringentesimo tricesimo octavo

Sessio tricesima secunda

Citacio omnium in Concilio Ferrariensi existencium

Sacrosancta generalis Sinodus Basiliensis in spiritu sancto legittime
congregata universalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam
Pridem in decreto vicesime none sessionis huius sancte Sinodi
quod incipit Et si inpacienciis, translacionem declaratum dissolucionem huius sancte
Sinodi et translacionem eius in civitatem Ferrariensem per dominum Eugenium
papam quartum de facto ac de te attemptatas, temporeque eo casu quo eum
ipsum per citate citatas in nostra vicesima sexta sessione promulgatam, aut
contra quempiam presidencium in Concilio oratorum suorum in aliquo pro-
cederetur quam in eo casu quo contingeret advenire nullas esse
penitus ac irritas et inanes, huiusmodi dissolucionem et translacionem repugnare
veritati declarate per sacram Sinodum Constanciensem, declaratum est quod genera-
le Concilium ecclesiam militantem representans potestatem a Cristo

immediate habet cui quilibet cuiuscumque status et dignitatis sint etiam si papalis
existat obedire tenetur in hiis que pertinent ad fidem extirpacionem scismatis
et generalem reformacionem ecclesie in capite et in membris. Et quod si in hiis et
pertinentibus ad ea obedire contumaciter contempserit condigne penitencie subici
tatur. Que veritas in verbis Christi fundata est dicentis Simoni Petro Si
Ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Et quecumque alli
gaveritis super terram erunt ligata et in celo. Et quecumque solveritis super terram
erunt soluta et in celo. Et post pauca subdit Ubi sunt duo vel tres
congregati in nomine meo ibi sum in medio eorum. Eadem quoque sacrorum con
horum auctoritas super Romanum pontificem et quemlibet alium auctoritatis
doctorum declaracionibus universalium conciliorum et doctrinis sanctorum multipli
citer invenitur patefacta. Repugnabat quoque talis dissolucio ac translacio
veritati in hac sancta Synodo dudum multipliciter declarate. Quod papa
Concilium universale sine consensu ipsius dissolvere non potest aut de loco ad
locum transferre, cui dominus Eugenius post longam resistenciam quam eidem
veritati in prima prefata dissolucione huius concilii et translacione in Bono
niam olim factis et per universum orbem publicatis sub colore reductionis
Grecorum fecerat velut cum iniquam pro viribus allegabat tandem
assensit revocavitque huiusmodi dissolucionem et translacionem et dixit ea non ob
stante concilium atque sine inchoacionis legitime continuatum fuis
se et decrevit ac declaravit irrita et inania ac cassa revocavit et
quod per eum aut suo nomine fuerat attemptatum seu assertum tale con
tra ipsum Basiliense concilium seu eius auctoritatem et decrevit a quibuscumque
eidem inferendis abstinere pollicitus est prout per quartam decimam sessionem
huius sancte Synodi presidente sedis apostolice legato et pluribus sancte
Romane ecclesie Cardinalibus assistentibus clare et inclite memorie
Sigismundo Romanorum Imperatore presente fuerat inditum. In qua sessione
forma prefate revocacionis et confessionis veritatis per ipsum dominum Euge
nium faciende decreta fuerat. In hac quoque veritate concurrit universa
Ecclesia Catholica representatis ipsam dissolucionem per eum sine consensu concilii
hic minime fieri potuisse. Nec nullatenus ad usus veritate repugnan
et ad errorem semel dimissum redeundi causam assumere patitur ipse
Dominus Eugenius ex predicto citatorio. In quo per plurimas admoniciones
sibi factas ut aliquam emendacionem poneret efficacem in ecclesie regimine
multiplicatis defluere et decreta salubria per hanc sanctam Synodum edita
suscipere et aliis quoque ea bonorum operum ostenderet seipsum et ceteros dirigen=
do in viam salutis. Tamen ipse ex adverso in contemptum huius sancte
Synodi et tactus ecclesie desolacione plurimarum divisionum suscitacionem
salubrrime reformacioni universalis ecclesie longo tempore resisteret. Univer
salis Ecclesia congregata ipsum dominum Eugenium sicut mater filium derelinque
rem in viam salutis dirigere satagens. Et sicut Paulus reprehendit
Petrum coram omnibus cum non ambularet ad veritatem Evangelii. Citavit
dominum Eugenium arguens atque ex auctoritate a Christo eidem ecclesie data
corripiens defectus notorios in quibus eciam fidem et universalem ecclesiam
ecclesiam nimium gravabat commemoravit rogavit ipsum et alias commo
navit ut in regimine Ecclesie salutaris apponeret provisionem. Quam post

Longam tollerantiam tandem id agere impulsa fuit hec sancta Sino-
dus. Cum post contemptum reformationis salutaris, ad suscitationem gravi-
ssimi scismatis et lesionem unitatis ipsius quoque matris ecclesie vehementer gravi-
ssimam, idem dominus Eugenius zelus (?) procedebat, cui potius excitatorium (?) sum-
me necessarium erat et more suo sub coloribus exquisitis, eandem sanctam Sinodum
et eius opera dissipare. Atque quoddam conventiculum in loco sue voluntati de-
dito, nullis et defacto erigere, in scissuram ecclesie dispositum. Quinimmo (?) pri-
ciende gratia iam Zirzemes (?) et Oratores in Greciam transmittebat, ad impe-
diendum adventum Grecorum in locum per eandem sanctam Sinodum nominandum, et ad
perturbandum effectum nostre legationis in Constantinopolim transmisse, atque im-
pediendum ea que inter ipsam Sinodum et Grecos concordata erant, in quibus
etiam ipse dominus Eugenius expresse consenserat. Sed nec ullum colorem
displicendi hoc sacrum Basiliense concilium, et ipsum in Ferrariam transferendi,
in casu adventus Grecorum prefatus dominus Eugenius potuit assumere ex cedula
per quandam pretensam sessionem conventiculi Ferrariensis, ut dicitur, commemorata,
quam cedulam ipsi conventionalem appellant (?), super termino Avinionensi prefata
in expeditionem pecuniarum facienda ... etiam et si non facerent, aliud locum nominare
seu eligere possemus et teneremur, atque aliunde universali ecclesie providere
vel ex quadam alia cedula, quam temerarie decretum appellant, incipi-
ente: Hec sacrosancta Sinodus inter sue congregationis exordia, quod in
1 hm9 vicesimaquinta sessione sancte Sinodi promulgatum allegaverunt. Cum
ex rationabilibus et necessariis causis, in nostra sessione vicesima quinta, nomina-
tim tunc locorum Basilee, Avinionis et Sabaudie pro ycumenico concı-
lio celebrando, solemni decreto nostro incipiente: Cum hec sancta Sinodus
publicaverimus, volentes eam inconcussam et inviolatam permanere, omnem
quoque aliam nominationem seu electionem cuiuscumque alterius loci, decrevimus irritam et
inanem. Ex premissis quoque facile concipitur dominum Eugenium ex huiusmodi rebus non
fundamentum erectionis prefati conventiculi assumere potuisse, qui veritatem
considerant, quamquam enim nostre deputationes quosdam nostre congregationis
actum fuerit, ut nisi pro Avinionensi infra prefixum terminum fieret per eamque expeditio
ad aliud nominationem processum foret, atque in nostra generali congregatione conclu-
sum, Non tamen dici potest hanc sanctam Sinodum per viam contractus cum aliquo
convenisse, nullus enim tunc aderat, cum quo contractum huiusmodi celebraret. Pre-
venit in dubium quoniam cum se ipso non posse contrahere, cum inter spondentem et re-
cipientemque sponsionem debeat esse distinctio personarum. Prius autem inter con-
clusiones interpretatio, declaratio, moderatio, mutatio, iuxta casus occurrentes
atque commoda dispositio ad ipsum concilium pertinebat, Presertim (?) cum non agitur
de officio privato eligenda persona, Sed de rebus statum universalis ecclesie concernentibus.
Concilium disposito ab universali concilio sub directione spiritus sancti constituto,
per cuiuscumque aut quarumcumque personarum arbitrium non tollitur. Supervenit
autem preterea protestatio legatorum sedis apostolice, adversus determinationem loci
Avinionensis, qui preter cum Basilea et Sabaudia in ipsa conclusione con-
cordit capta, inclusus erat, que protestatio non modicam occasionem re-
trahendi animos Avinionensium a predicta expeditione pecuniarum prestabit

Fuerimus ex alia parte per dominum Eugenium et si nos adversus hanc expeditionem
pendente termino assignato gravia impedimenta in Avinione posita, porro a certis
et oratoribus nostris in Avinionem venientibus, populi gubernatores civitatis illius
absentes erant, sine quibus res non potuit tractari, quibus demum postea advenientibus
[illegible], ita actum est ut Avinione ipsa tamen persolvit, et triremium navium de
et viginti milibus et octingentis florenorum auri de Camera contentarentur
et oratores nostros de residuo totius pecunie expedite cautos et securos fecerunt
prout ipsi oratores nostri, hoc idem suis litteris nobis intimaverunt. Restabat
autem ipsi Avinionensi ut declarationem electionis seu nominationis loci per nos facte
expectarent, que nos hactenus considerantes et intentioni huius sancte synodi
satisfactum iudicantes, pro celeri expeditione pecuniarum, attentis maxime im-
pedimentis interea appositis, tamen legittima impedimenta in eam conclusionem
rerum agendarum intelligimus excepta, tamen et propter hec modo longe me-
lius providebatur universali ecclesie, qui dimittendo omnia que pacta erant
per legationem mittendam in Greciam et incurrendo magis difficultates etiam aliqua
locum electionem rerum agendarum, maxime cum videbamus conventiones nostras
cum Capitaneo classis triremium ecclesie, unitati servare. Cui dilectus ecclesie
filius Julianus tituli sancte Sabine presbiter Cardinalis, legatus sedis
apostolice, vexillum ecclesie et baculum [illegible] in vim cogitatam [illegible] no-
stre tradiderat. Fuit quoque iam grandis summa pecunie per Avinionenses
assignata est, et conclusimus ad ipsam declarationem locorum prius electorum
videlicet Basilee, Avinionensis et Sabaudie procedendum fore, et due partes
huius sacri concilii et amplius in eandem sententiam convenerunt, licet pauci
debere non curati aliud locum pro celebratione ycumenici concilii nominare
et deputare presumpserint. Absque hoc quod talis presidentibus capite declarata
fuisset, erubuit nec expectabit de statu totius concilii et universalis ecclesie
ac fidei seu pertinentibus ad eam, tamen consensum duarum partium concilii
et more presertim in generalibus conciliis a primo nascentis ecclesie observata
tum dispensare; qui tamen adhuc in nominanda loca non concordes extiterunt
paucissimique fuerunt qui tandem in hoc resedisse dicuntur ut nominationem
facerent Utini et Florencie aut alterius loci, cum illis concursus ac pape et Gre-
cis acommodi, quique galeas et pecunias primo expedirent. In qua quoque alia
nostrarum quatuor deputationum, in qua octuaginta presentes erant, unus
solus forma talis nominationis velut declaratoria ipsa voluntate [illegible]
solus deliberasse et conclusisse dicatur. In aliis quoque deputationibus valde
pauci hoc idem egisse dicuntur. Adversus ordinationes huius sancte synodi
Demum, cum sessionem nostram super declaratione locorum Basilee Avinionis
et Sabaudie celebraremus, legitur quod unus dictorum in ambone maioris
ecclesie Basiliensis, iuxta morem consuetum, unus ex illis paucissimis in loco in-
feriori et insolito quandam cedulam legere presumpsit, a paucis vel nullis
intellectam, quod nominationem locorum Utini et Florencie aut alterius loci, ut per illi-
tis per paucissimos sectam continere dicebatur, cum eam in ea [illegible] generaliter
contra consensum duarum partium concilii, et amplius se ut dicit appellare
presumpsit, licet nulliter et de facto. Non potest ea divisionem decreti nostri
prefati publicationem super nominatione Basilee Avinionis et Sabaudie

Continuare, quod aliam nominatam veritatem declarant. Nam si ita permitteret
ut longe maior pars in conciliis generalibus ad usus patrum nullo meliore mali
qua decerneret, sublata auctoritate tocius concilii assumeret, ingressus periculosi
ad multas divisiones excitandas in futurum et destructionem eorum conciliorum preberetur.
Itaque licet super illo pretenso decreto, sit per nos irrito declarato, Bulla huius sancte
Synodi bullati, bulla cumque hec quidam false et clandestine aliquas bull
bullaverint, sicut has falso bullatas fuisse declaramus per solenne decretum in xxviii
sessione huius sancte Synodi promulgatum. Sed nec ipsius pretensi decreti tenorem
servavit dictus Eugenius, ymo effectum eiusdem, si quis fuisset, evacuavit. Quod
Florenciam, que in illo ut dicitur nominata erat, et pecunias atque galeas disper
rebat. Pro eum attemptatam reiecit et deinde Bononiam sicut fertur. Postremo
Ferrariam pro libito seu voluntatis elegit, ac eciam prius quam Greci ad portum
aliquem citra marinum applicuissent, conciliabulum in ipsa civitate Ferra
riensi erexit. Ille quod ad ipsum arbitrium spectabat, omnis locus tutus erat pro
conciliis celebrandis, eciam ipse illum locum tutum indicare poterat, quem hec
sancta Synodus minus tutum reputasset. Nec asserere possit sibi facultatem
ex pretenso pretenso decreto attributam, ut nunc in loco uno nunc in alio pro tunc ve
llet concilium fieri ordinaret, ac de eius securitate iudicaret, quod nec illi
pauci fecere, nec sub nomine generalis Synodi ad usus Synodi ipsam et
eius libertatem atque auctoritatem hic aliquid facere, atque ipsam voluti
pape subiciendi colorem aliquem habuerunt. Neque eciam in concilio unquam in
convenerunt ad iudicandum vel declarandum faciendum super securitate loci Ferrariensis
aut adimpletione primo facta ex parte loci illius in expedicionem galearum
et pecuniarum de quibus in ipso pretenso decreto agi dicebatur. Deinde nec pars
qui illud condidisse dicuntur, hoc observatum est, ut firmiter in Basilea stete
runt donec ipsi Greci ad portum applicuissent, quin pocius deinde infra mensem
recesserint ad locum ipsis Grecis per oratores concilii nominatum. Neque in hoc
conventiones cum Grecis concordatas observavit. Itaque tamen et si pretensum
illud decretum aliquam apparenciam plus haberet cum tyrocinacie (?) non habet
fuit subsequentibus effectibus evacuatum. Ipsum quoque cassum, nullum et irritum penitus
esse et fuisse, nullius quoque roboris et momenti decrevit et declarat hec sancta
Synodus, inhibens ne quis quacumque dignitate eciam si papali prefulge
at, dictum pretensum decretum sub nomine legitimi et Synodalis decreti
audeat nominare, nec illius execucioni favores quolibet impedire sub pe
nis et censuris contra violatores et turbatores unitatis et pacis eccle
sie iure impositis, in quas decernit hec et sancta Synodus eos incidere ipso
facto. Notum faciens universis simul unum decretum legittime conclusum ex assensu
duarum parcium et amplius iuxta decreta et ordinaciones ipsius et ex gen
erali (?) suppositorum concilii concordia, nemine discrepante, vera eius bulla
plumbea bullatum, veraciter eum fuisse observatum et in execucionem deductum fuisse
conventionesque initas cum Grecis ex parte sua, quantum in se fuit, adimpletas
extitisse, quia quidem sancta Synodus oratores suos venerabiles episcopos Visen
et Lausanen ac Ricardum de Montone (?) militem cum galeis et pecuniis
in Greciam misit, qui coram Imperatore Romanorum et patriarcha Consta
ntinopolitano omnia ex integro adimplere obtulerunt, que ipsis promi
ssa fuerant. Sicut sua relacio cum attestatione publicorum notariorum

nobis facta iudicaverunt loca pro ycumenico Concilio celebrando nominaverunt
antequam per ipsos oratores in suis conventionibus expresse acceptatis fuerat et con
cordatum, particulariter illi loco aptiorem assignaverunt, requirentes eosdem impera
torem et patriarcham, ut pariter sua promissa adimplerent, qui se excusaverunt
super non adventu eorum, allegantes tempus adimplende promissionis elapsum
fuisse, prout per litteras suas nobis rescripserunt, quibus tamen ut rationi fuit
plene satisfactum per oratores nostros, qui illo convenienti tempore, mense scilicet februarii
anno preterito absque facto consilio recesserunt, procedendo illuc quo eis fuerat assi
gnatum, si non fuissent multiplicia impedimenta sibi quadam ex parte obiecta, que
notoria sunt, quia in conventionibus cum Grecis per nos initis expresse continebatur
annum intelligi debere bona fide, sine fraude et dolo, et absque impedimento
legitimo et manifesto, super ultra hec tamen prefatus imperator alteri oratorum
nostrorum Johanni de Ragusio in sacra theologia magistro ordinis predicatorum
apud eum existenti dixerat se esse contentum, ut oratores ipsi et galee ad mensem
octobris in Constantinopolim non venirent, plurimas per fictiones in
Grecia factas, actoresque per eos qui ex parte domini Eugenii transmissi fuerunt
ut adventum ipsorum Grecorum ad alium locum per nos nominatum impedirent
atque ipsos in locum quem vellet dominus Eugenius attraherent, et in unam
rem in qua principalis oratorum suorum primus orator [illegible] quidem, que vero
oratores premiserant, cum litteris eiusdem sacri concilii et plurium principum christi
anorum captus est, veluti per debitam informationem cognoscimus, nec demum
de vita cum quibusdam nobilibus aut uno oratorum assumptus est. Domus
quoque prefati Johannis de Ragusio oratoris nostri in Constantinopoli, in mansi
one balistarum fuit impetita, alia quoque ibidem facta sunt que non sunt necesse
presentialiter recitare per singula, ut sic ad fines suos pertingere posset, quos in
tenderat dominus Eugenius, ita ut uterque oratores sine Grecis ipsis, protesta
tione tamen solemni tam coram ipsis facta, redire oportuerit, que omnia sua
licet non potuerint adversus veritatem. Sed hec sancta synodus cuncta cum
Grecis concordata ex parte sua adimplevit, nec per ipsam remansit quod
in concilio ycumenico celebrando cum Grecis in loco etiam per eos nominato
habita fuit, iuxta ea que cum Grecis conventa erant, ipsis Grecis, si illi promissa
sua servassent aut per alios non fuissent impediti seu retracti. Intendit quoque
et proponit eadem sancta synodus, Deo aspirante, auctoritatem et veritatem
Catholice et universalis ecclesie, quam ipsa representat, ac integritatem fidei ortho
doxe iugiter illesas conservare, pro honore ipsius omnipotentis dei et salute
animarum, in non bono ipsius universalis ecclesie, intendens existimat per quascumque
practicas aut exquisitos colores, etiam sub specie dubia prestiquas modis
aliunde excogitatis alia negotia, quorum eventus incerti sunt, auctoritatem ca
tholicorum universalium conciliorum conculcari, veritates declaratas per ecclesiam et fidem orthodoxam
continentes prosterni, viam aperiri romanis pontificibus ad dissolvenda concilia ge
neralia per varios modos sine ipsorum consensu, ex quo facile pateret datum ad edi
ficationem in destructionem vertentes totumque et reformationem quoque ecclesiastici status
qua iam tot sunt adhibiti labores frustrandam atque ipsius ecclesie stabilitatem
et decorem hoc modo deperire in periculum animarum et ipsius christiane reipublice
detrimentum. Sic enim possemus et ista bona maxima exinde propter [illegible]

Et illa alia non acquirere atque sic totam ecclesiam in confusionem relinquere
Primum quod nobis incumbit ecclesie fidem veritatem et auctoritatem tueri
et demptis cunctis ad eius unitatem redire volentibus sincera caritate am-
plecti prout et nos semper parati sumus et erimus. Quo circa itaque tam nulla esse et penitus
invalida que alias Eugenius adversus hanc sacram synodum in eius presidentium
dissolucionem et translacione in Ferrariam notorie constat. Primum quod conventiculum
Ferrariense non sacrum concilium sed scismaticum conventiculum iudicavit prefato decreto
tricesimanone sessionis huius sancte synodi declaravimus, minime quod penas suspen-
sionis ab omni administracione papali in spiritualibus et temporalibus iam dudum con-
tra Romanum pontificem concilium sine ipsius consensu dissolvere aut transferre
attemptantem in ipsum dominum Eugenium incidit et latam esse declaravit hec
sancta synodus ac etiam quascunque sinodales penas et censuras ex constitucionibus prima-
tionibus inhabilitacionibus interdicti et alias contra huius sancte synodi suppo-
sita et eidem adherentes per ipsum dominum Eugenium latas et ferendas cassas
nullas fuisse et esse declaramus non inmerito arbitrantes ut demum ad ea cassan-
dum et irritandum procedimus, quecunque per ipsum dominum Eugenium aut prefatum fer-
rariense conventiculum facta sunt adversus eandem synodum quecunque eius suppo-
sita et quoscunque ipsius adherentes etiam ante ipsius domini Eugenii sus-
pensionem ab administracione papali et que durante ipsius suspensione aut
prefato conventiculo ferrariensi facta sunt fuerint aut fient in futurum in preiudicium
quod per ipsum vel dominum Eugenium racione papatus aut ipsum conventiculum sub
generalis aut venienti cuiuslibet nomine qui etiam victualia suppositis huius
sancte synodi auferri et portantes ea spoliari eorumque spolia primo ca-
pienti occupanti cedere mandarunt que quam gravia sint adversus ve-
nerabilem ecclesiam et quanta reprehensione digni sunt qui talia agunt dicti co-
spere puniri. Nos quoque omnibus et singulis manifestantes veritate declaramus quecunque
facta per ipsum dominum Eugenium aut ipsum conventiculum facta et fienda contra
eos dilectos ecclesie filios cives Basilienses et eorum civitatem nulla penitus
cassa et irrita fuisse et esse nec aliquem ipsius domini Eugenii prefati quod
conventiculi preceptis mandatis et prohibitionibus etiam pretextu cuiuscunque iuramenti
aut obligacionis in quibuscunque predictis teneri obedire ymmo precavimus ad non
obediendum illis omnes et singulos catholicos ex precepto dei et ecclesie sponse
eius quam abamantes audiri inobediens esse astrictos. Hortamur quoque et monemus univer-
sos fideles Christi ut ecclesie catholice que tenet sacram synodum representante firmi-
ter adhereant usque in finem nec illius temptacionibus per voluntatem cuiuscunque suscita-
tis aut suscitandis a limine ecclesie firmitate et veritate suos animos dimoveant
confidentes in supremo nostri salvatoris auxilio qui ad ecclesiam suam dixit
Ecce vobiscum sum usque ad consummacionem seculi manentes quod per-
severant in ipsa ecclesie domo que ut ait beatus Jeronimus declarans sacre scripture
veritatem dicitur constructa super firmam petram que unica columba appellatur que
sponsa pulchra sine ruga et macula que domus etiam claves accepit potestate
ligandi et solvendi. Hanc domum si quis contigerit corripiente quod confesse
erit sit tibi inquit sicut ethnicus et publicanus. Soliditate quod fidei semper
tenentes memorantes eciam dictum illud beati Cypriani alienus est

Prophanus est hostis est habendus non potest deum patrem qui unius ecclesie non tenet
unitatem. Insuper cum in supradicto decreto vicesimenone sessionis penas
et censuras iustissimas promulgavit hec sancta Synodus adversus omnes
qui prefatum conventiculum Ferrariense accedunt aut mittunt, precipit quod sub eis-
dem penis et censuris omnibus et singulis in curia quam dictus Eugenius quondam
tenebat aut etiam actu de facto tenet existentibus, ut si conventiculum Ferrariense
prosequi contingeret ab eius curia recedant, et demum declarata suspe-
sione ipsius ab administratione papali, etiam sub penis et censuris in decreto
vicesime prime sessionis contentis, mandavitque ut infra XX dierum spa-
cium ab eadem curia recederent. Postea quod omnes et singulos conventiculo Ferrariensi
aut prefate ipsius domini Eugenii curie adherentes et in predictis suis decretis
deprehensos, qui eorundem decretorum monitionibus non paruerunt, citat hec sancta
Synodus ut XXX die a data presentis decreti computando in ipsa generali
congregatione si tunc eam celebrari contigerit, alioquin in proxima sequenti com-
pareant coram eadem sancta Synodo visuri se declarari in penas predic-
tas incidisse, aut iustas causas per quas habeant allegaturi, quem terminum eis
peremptorie et una vice pro omnibus hec sancta Synodus assignandum duxit
et assignat, decernens ultra tamen eos procedendum fore et declarandum prout iuris
et rationis fuerit, quorum omnium nomina et cognomina haberi vult pro
sufficienter expressis. Insuper in prima sessione huius sancte Synodi pene contra
excommunicationis anathematizationis et interdicti decrete sunt adversus omnes
et singulos qui quascunque personas ecclesiasticas vel seculares ad hoc sacrum
concilium venientes seu in eo stantes aut ab eodem recedentes temeritate
propria per se vel per alium seu alios arrestare, invadere, detinere, molestare, mutila-
re, occidere vel bonis suis spoliare vel iniuriis affligere seu impedire et deti-
nere, quietem receptare aut alias quomodolibet impedire seu ea perpetrantium facta et
commissa grata et rata habere, vel eis dare auxilium vel favorem publice
vel occulte, directe vel indirecte presumpserint vel presumant in futurum, que
pene postea in decreto eiusdem Constantiensis ad ipsos penitus fuerit ordinate
ultra easdem penas et censuras, quas omnes et singulos qui mandato
prefati domini Eugenii vel prefati conventiculi Ferrariensis quicquam predictorum
fecerunt aut faciant in futurum expresse incurrisse et incursuros esse decernimus
et declaramus, etiam tamquam easdem tamquam fautores scismatis ex gravamora
puniendos fore decernit hec sancta Synodus, omnibus aliis decretis et ordina-
tionibus eiusdem sancte Synodi in suo robore duraturis. Decernit tandem
hec sancta Synodus omnes et singulos supradictos per publicationem presentis
decreti in valvis maioris ecclesie Basiliensis affigendi perinde arctari ac ar-
tatos intelligi, ac si dicte citationes, ordinationes et declarationes executio ad
eorum personas personaliter facta fuissent. Datum in sessione nostra publica in
ecclesia maiori Basiliensi solemniter celebrata XV kalendas Aprilis, anno a nativitate
Domini Millesimoquadringentesimotricesimo octavo

Sessio tricesimatercia
De tribus veritatibus fidei

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto le-

gittime congregata universalem ecclesiam representans Ad perpetuam rei memoriam Sicut
una est ecclesia Christi que ut ait apostolus est columpna et firmamentum veritatis
Sic omnia ecclesie membra in unitatem semper observare necesse est in professione
katholice veritatis atque fideliter et firmiter credere que quidem per ipsam ecclesiam
de veritate fidei fuerunt declarata ut non sicut parvuli fluctuantes circumferantur
omni vento doctrine aut per repugnancia dogmata veritatem in divisiones et
scismata prolabantur Quod dudum cum in sacra generali Constanciensi synodo tota
veniens katholica ecclesia de generalium conciliorum auctoritate solempniter declaravit
Deinde in hac sacra generali Baziliensi synodo eandem necessariam declaracionem
sub eodem qui sequitur tenore innovavit Et primo quod generalis synodus
in spiritu sancto legittime congregata generale concilium faciens ecclesiam katho-
licam militantem representans potestatem a Christo immediate habet Cui quilibet
cuiuscumque status vel dignitatis etiam si papalis existat obedire tenetur
in hiis que pertinent ad fidem extirpacionem scismatis et ad generalem reforma-
cionem ecclesie in capite et in membris Item declarat quod quicumque cuiuscumque condi-
cionis status dignitatis etiam si papalis existat qui mandatis statutis sive ordinacionibus
aut preceptis huius sancte synodi et cuiuscumque alterius legittime congre-
gati super premissis seu ad ea pertinentibus factis vel faciendis obedire contuma-
citer contempserit nisi resipuerit condigne penitencie subiciatur et debite pu-
niatur etiam ad alia iuris subsidia si opus fuerit recurrendo Cum manifeste
constat ut prefertur quilibet cuiuscumque dignitatis etiam si papalis existat concilio
generali in predictis obedire tenetur Declaratur etiam sicut sequitur ac sancta
synodus quod ipsum generale concilium pro premissis aut aliquo premissorum actu congre-
gatum sine ipsius consensu per nullum quavis auctoritate etiam si papali di-
gnitate prefulgeat dissolvi transferri aut ad aliud tempus prorogari potest
Et licet has esse veritates fidei katholice satis constat ex pluribus decla-
racionibus precedentibus tam in prefato Constanciensi concilio quam in hoc
Baziliensi factis Ad maiorem tamen soliditatem et firmitatem animi ca-
tholicorum in unanimi professione veritatum ipsarum hec sancta synodus
diffinivit et declaravit prout sequitur Veritas de potestate concilii generalis
universalem ecclesiam representantis supra papam et quemlibet alium de-
clarata per Constanciense et hoc Baziliense generalia concilia est veritas
fidei catholice Veritas hec quod papa concilium generale universalem
ecclesiam representans actu legittime congregatum super declaratis in prefata veritate
aut aliquo eorum sine eius consensu nullatenus auctoritative potest
dissolvere aut ad aliud tempus prorogare aut de loco ad locum transferre
est veritas fidei catholice Veritatibus duabus predictis pertinaciter repugnans
est censendus hereticus Datum in sessione nostra publica in maiori
ecclesia Baziliensi solempniter celebrata XVI kalendas Iunii Anno a Nativitate
domini Millesimo quadringentesimo tricesimo octavo

Sessio Tricesima quarta

De deposicionis sentencia domini Eugenii pape quarti

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime con-
gregata universalem ecclesiam representans ad futuram rei memoriam.
Prospexit dominus de excelso sancto suo, de celo in terram aspexit, ut
audiret gemitus plorantis ecclesie super persecutoribus matrem preciosi sangui-
ne Jhesu Christi redemptam et malis innumeris que in regionem eius
irruerunt, et quia iustus est ipse dominus et iusticias diligit, in unum
hominem per quem scandalum venit universo orbi, et quo hactenus peccante
absque correctionis spe ira super omnem populum venire videtur, iudicia
iusticie disposuit per ministerium ecclesie sue congregate in nomine ipsius Christi
salvatoris omnium, qui ait: Ubicumque fuerint duo vel tres congregati in no-
mine meo, ibi ego sum in medio eorum. Et qui de peccatore nolente eccle-
siam audire dixit: Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et
publicanus. Cum enim diversa pridem, proinde resistentias et oppugna-
tiones quas adversus reformationem ecclesie dei et auctoritatem sacrorum
conciliorum generalium ipsam ecclesiam representantium ac bonum publicum
status religionis christiane suscitaverat in tempore suo Eugenius
papa quartus, contra que scandala, divisiones et scismata sicut
in orbe, sacra synodus Constantiensis congregata per spiritum sanctum et declarare
veritatis fidei katholice toti orbi explicare dicitur quod concilium
generale universalem ecclesiam representans a Christo immediate potestatem
habet, cui quilibet cuiuscumque dignitatis, etiam si papalis existat, obedire
tenetur in hiis que pertinent ad fidem, extirpationem scismatis et refor-
mationem generalem ecclesie in capite et in membris. Item si quis cuius-
cumque status vel dignitatis, etiam si papalis existat, mandatis, statutis,
ordinationibus ipsius generalis concilii in predictis et pertinentibus ad ea
contumaciter obedire contempserit, condigne penitencie subiciatur et debite
puniatur, etiam ad alia iuris subsidia si opus fuerit recurrendo. Con-
sequenter declaravit viam paravit insultor dominus per quam ecclesiam dei in-
spectum dominum Eugenium multiplices excessus, qui adeo notorii
sunt quod nulla tergiversatione celari possunt perpetrantem et contuma-
citer ecclesiam audire ac preceptis, statutis et ordinationibus synodali-
bus obedire contempnentem, iustum iudicium suum haberet. Iuxta con-
veritatis declarare dispositam haec sancta synodus Basiliensis in spiritu
sancto legittime congregata, universalem ecclesiam representans, necessarium
esse indicavit, ut cum ipsa non prodesset correctio debita, non posset absti-
neri; postquam in multa longanimitate, paciencia et mansuetudine, post
plures ammoniciones, expectavit eundem dominum Eugenium ut saluta-
rem emendacionem et excessuum predictorum correctionem efficeret, tandem cum ~~autem~~
amplius differri non possit, quo minus fidei katholice et saluti

Vtinam xristiane religionis sub auxilio spiritus paracliti Ille exultacioni
protelacione iusticie sangwis perditarum animarum de nostris manibus
requiratur. Sed eadem diligentia et salubri regimine gregi dominico prouide-
atur ut postquam veritas de terra militantis ecclesie orta est et iusticia de
celo prospexit Deus ipse dabit benignitatem et terra nostra proferat
fructum salutarem, oriatur quoque simul diebus nostris iusticia et habundan-
cia pacis. Eadem sancta synodus sedens pro tribunali per hanc suam
diffinitivam sententiam quam fert in hiis scriptis pronunciat decernit et
declarat Gabrielem prius nominatum Eugenium papam quartum fuisse
et esse notorium et manifestum contumacem mandatis seu preceptis ecclesie
vniuersalis inobedientem et in hoc aperta rebellione persistentem, violatorem
assiduum atque contemptorem sacrorum canonum synodalium, pacis et
vnitatis ecclesie perturbatorem, notorium vniuersalis ecclesie scandalizatorem, no-
torium symoniacum, periurum incorrigibilem, scismaticum, a fide deuium
pertinacem hereticum, dilapidatorem iurium et bonorum ecclesie, inutilem et
dampnosum administracione Romani pontificatus, omni titulo, gradu, hono-
re et dignitate se reddidisse indignum, quem propterea eadem sancta syno-
dus a papatu et Romano pontificatu ipso iure priuatum esse declarat, et pri-
uat, ac ipsum ab eisdem amouet deponit priuat et abiicit. Declarando
nichilominus tam eundem ad execucionem eciam aliarum iuris penarum ad quas
habet sancta synodus, ac eadem sua sententia ipsum decernat ulterius fore
procedendum, ac eidem inhibet, ne deinceps pro papa vel Romano ponti-
fice se quomodolibet nominet, ~~se quomodolibet~~ omnes quoque xristianos ab ipsius obe-
diencia fidelitate ac iuramentis et obligacionibus eidem quolibet prestitis ab-
soluit, et absolutos esse declarat, ac omnibus et singulis xristi fidelibus
inhibet, sub penis fautorie scismatis et heresis, ac priuacionibus omnium bene-
ficiorum dignitatum et honorum ecclesiasticorum et mundanorum et aliis penis
iuris eciam si imperiali, regali, cardinalatus, patriarchatus, archiepiscopali
et episcopali dignitatibus, ac eciam si communitates vniuersitates et collegia
existunt, quibus si contra hanc inhibicionem fecerint, sint auctoritate
huius decreti ac sententie, ipso facto priuati, ac alias iuris incurrant penas
ne eidem Gabrieli scismatico, notorio, periuro, heretico, scandaliza-
tori, incorrigibili, pertinaci, priuato, deposito, amoto et taliter declarato
tamquam summo pontifici obediant, pareant vel intendant, aut eum quomodolibet
sustineant vel receptent, aut ei auxilium consilium vel fauorem pre-
stent. Insuper decernit et declarat eadem sancta synodus omnes
et singulos processus, inhibiciones, sententias, censuras, constituciones, ordi-
naciones et alia quecumque per eum aut alios quoscumque factos et facta que
possent premissis obuiare irritos et inanes ac irrita et inania nulliusque
fuisse aut fuere fore roboris vel momenti. Datum in sessione

Nostra publica in ecclesia maiori Basilien. solemniter celebrata viij kalendas Julij
Anno a Nativitate domini Millesimoquadringentesimotricesimonono

Sessio Tricesima quinta

De stabilitate presentis Basilien. Concilij ac invitatio omnium Corti-
zanorum ad electionem summi Pontificis

Sacrosancta generalis Synodus Basilien. in spiritu sancto legitime congrega-
ta universalem ecclesiam representans Ad futuram rei memoriam Diligentibus
deum nichil in hoc seculo tam grave videri debet quod ab operibus caritatis
in cuius gloriam et aliorum salutem explendis animos eorum retrahat Cum et beatus
paulus dixit neque mors neque vita poterit nos separare a caritate dei que
est in christo yhesu domino nostro Jccirco hec sancta Synodus in nomine ipsius
christi salvatoris congregata non obstantibus quibuscunque impedimentis opera sancte
reformacionis ecclesie dei et salutis universorum quantum concesserit divina pietas
constanter et perseveranter prosequi desiderans atque iam semoto per iustitie recti-
tudinis propulso obstaculo quod per inutilem et dampnosam administracionem Ro-
mani pontificatus maxime obstabat unitati pacis et debite gubernacioni ipsius
ecclesie pacem eiusdem quantum fieri potest procurare cupiens Cum in decreto unde-
cime sessionis eiusdem sancte Synodi statutum fuerat quod hoc presens Basi-
lien. Concilium non possit dissolvi nisi consencientibus duabus partibus
eiusdem Concilij scrutatis votis singulorum primo in singulis deputacionibus
et deinde in congregacione generali ac demum in sessione publica declaratione
ac deinceps subsecuta super ipso puncto vero dissolucionis Concilij in deliberacione
per deputatos duodecim fuerit certa conclusio recepta die xij Decembris Fdic
Anno a nativitate domini Millesimoquadringentesimo tricesimooctavo
statuit decernit et declarat quod per recessum cuiuscunque aut quorumcunque cu-
iuscunque status aut dignitatis ab hac Civitate Basilien. etiam si Car-
dinalatus patriarchalis aut pontificalis existat non sit nec censeatur
Concilium dissolutum nisi iuxta formam et modum predictorum decreti et con-
clusionis processum fuerit Et cum hac soliditate stabilitas permanentie
Concilij debite observata res ardue que in manibus sunt poterunt matu-
rius et ordinatius tractari Et precipue circa electionem futuri summi Pon-
tificis que maiore attentione requirit Non intendit hec sancta Syno-
dus ante terminum lx dierum in decreto septime sessionis eiusdem super ipsa
electione in hoc concilio fienda prefixum computandorum a die deposicionis
Gabrielis olim dicti Eugenij pape quarti que fuit viij kalendas Julij
ad huiusmodi electionem procedere effluxo autem huiusmodi termino decernit ad eandem
electionem in sacro Concilio fore procedendum modis et formis per ipsum Conci-
lium ordinatis et declaratis Ut autem sub virtuoso et ydoneo pastore quem
a domino dari speramus fiat omnium christianorum unio et habundancia pacis hec
sancta Synodus cum tali affectu cunctos quantum in se invitare ad pacem
omnes et singulos sequentes hactenus partem prefati Gabrielis

Nium dicti Eugenii Pape quarti, ac in eadem existentes cuiuscumque status
gradus aut condicionis, etiam si Cardinalatus, patriarchalis, archi-
episcopali, episcopalis fuerint, qui ipsius Gabrielis alias Eugenii obedientie
et adhesioni in toto dimiserint, et huic sacro Concilio realiter et cum
effectu infra tempus sexaginta dierum a tempore publicate depositionis computandorum
adheserint, atque de hiis coram eodem Concilio per se vel ad legittime doce-
bunt, infra tempus predictum intendit benigne amplecti et recipere, ac eorum sta-
tui indempnitati convenienter providere. Datum in sessione publica in ecclesia
maiori Basiliensi solemniter celebrata vj ydus July anno a Nativita-
te domini Millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

Sessio tricesima sexta

De Conceptione gloriosissime dei genitricis Virginis Marie

Sacrosancta generalis Sinodus Basiliensis in spiritu sancto legittime
congregata universalem Ecclesiam representans, Ad perpetuam rei
memoriam. Elucidantibus divine gratie misteria mercedem gloriosam re-
promisit eterna dei patris sapientia, dum ait: Qui elucidant me vitam e-
ternam habebunt. Quod etiam de gloriosissima virgine, que ipsam patris sapi-
entiam dei filium eternum in utero portavit ac modo peperit, sacrosancta
legit ecclesia. Nam quicquid de dignitate et sanctitate virginis matris
educitur in lucem, hoc non dubium est ad laudem et honorem filii sui per-
tinere, et qui honorificant gratiam et sanctitatem matris, honorificant
et elucidant gloriosum nomen filii eius, qui ipsam sanctificavit et reple-
vit gratia. Unde si in talibus elucidatio veritatis que adeo est preclara intra
pervenerit, in ea re spiritualis fructus et bonum nobis afferre speranda est,
bene sanctificationem et dedicationem templi illius, quod venit, in quo antea sancta
angelica terra fieret et ab eterno sibi mansionem ordinavit propria et eterna
virtute. Id quoque maxime congruit, ut pax habeatur in questionibus con-
cernentibus sanctitatem illius, per quam pax diffusa est in terris. Hacte-
nus vero difficilis questio in diversis mundi partibus et coram hac sancta
Sinodo super Conceptionem ipsius gloriose virginis Marie matris dei
et exordio sanctificationis eius facta est, quibusdam dicentibus ipsam
virginem et eius animam per aliquod tempus aut instans temporis subiacuisse
actualiter originali culpe, aliis autem e contrario dicentibus a primordio cre-
ationis sue, deum ipsam diligendo, gratiam eidem contulisse, per quam
a macula originali illam beatissimam personam liberavit et preservavit,
Sublimiori sanctificationis gratie redemit, cum fundaret eam ipse
altissimus, et ipsam fabricaret filius dei patris, ut esset mater eius
in terris. Nos vero diligenter inspectis auctoritatibus et rationibus
que iam a pluribus annis in publicis relationibus ex parte utriusque do-
ctrine coram hac sancta Sinodo allegate sunt, aliisque etiam

Plurimis super hac re visis et matura consideratione pensatis doctri-
nam illam asserentem gloriosam virginem dei genitricem Mariam preve-
niente et operante divini numinis gratia singulari nunquam actualiter subiacu-
isse originali peccato sed immunem semper fuisse ab omni originali et
actuali culpa / sanctamque et immaculatam tamquam piam et consonam
cultui ecclesiastico / fidei catholice / recte rationi et sacre scripture / ab omnibus
catholicis approbandam fore tenendam et amplectendam diffinimus et de-
claramus nullique de cetero licitum esse in contrarium predicare seu docere.
Renovantes institutionem de celebranda eius conceptione que tam per Ro-
manam quam alias ecclesias vi ydus decembris antiqua et laudabili
consuetudine celebratur statuimus et ordinamus eandem celebritatem prefata
die in omnibus ecclesiis monasteriis et conventibus christiane religionis sub
nomine conceptionis festivis laudibus colendam esse / cunctis quoque fideli-
bus vere penitentibus et confessis / eadem die missarum solemnibus ecclesie
primis aut secundis vesperis totidem sermoni verbi divini de ea
festivitate interessentibus centum quinquaginta dies concessione perpetuis temporibus
duratura de iniunctis sibi penitentiis / hec sancta synodus elargitur.
Datum Basilee in sessione nostra publica in ecclesia maiori Basiliensi
solemniter celebrata xv kalendas octobris anno a nativitate domini mille-
simo quadringentesimo tricesimo nono

Sessio tricesimaseptima

De electione summi pontificis

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime con-
gregata universalem ecclesiam representans ad futuram rei memoriam. In
tam pre necessario quod favente superna gratia aggressuri sumus in eligendo
summum pontificem et providendo saluti ecclesie in gloriam omnipotentis dei
non solum querere oportet que ad ipsius operis consummationem precipue impe-
dimenta tollere que felici progressui rerum agendarum adversari aut officere
possint vel quolibet contrariare ut purius sincerius et liberius ipsa electio
summi pontificis fiat / omnes et singulas protestationes que prime predicta
ti sinceritati libertati et efficacie eiusdem electionis et eligendi prefacto co-
alicui summi pontificis obedientie plenarie obmare / simoniacas conventiones / pac-
tiones promissiones / obligationes / iuramenta / condicta / intelligentias
et intendimenta utcumque qualitercumque et per quoscumque cuiuscumque gradus status
conditionis et preeminentie / etiam si imperiali / regali / Cardinalatus / Archi-
episcopali / episcopali / ducali / aut alia quavis ecclesiastica vel mundana prefulge-
ant dignitate / in adversum huius electionis factas et facta et fienda ex-
hac nunc damnat / reprobat et annullat / prout etiam de se ipsis nulla
nulliusque roboris vel momenti existunt. Mandans sub obtestatione
divini iudicii et sub excommunicationis pena quam in contrarium facientibus
ipso facto incurrant, sed precipiens ne quis talia facere vel iam

~~tum~~ de se ipsis nulla nullius ex voluntas vel momenti existit. ~~Quid~~
aut sub obtestatione divini iudicii et sub excommunicationis pena quam in con-
dat trarium ~~facientibus~~ ipso facto incurrant et precipiens ne quis ~~talia~~ faciat
vel iam factis servet aut eadem observare quomodolibet presumat omnes et
singulos ab huiusmodi promissionibus et obligationibus quibuscumque etiam iura-
mento vallatis eadem sancta synodus ad cautelam ex habundantia ab-
solvit et relaxat et prout hec de facto processerunt absolutos et relaxatos esse
declarat. Datum Basilee in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basi-
liensi solempniter celebrata nono kalendas Novembris anno a nativitate
domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono

¶ Aliud decretum eiusdem sessionis. Ne bona cli-
gentium et electi Romanum pontificem rapiantur

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congre-
gata universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam.
Ne ea que laudabiliter pro reprimendo conatus malignorum edita
sunt nullatenus negligi debeat sed potius diligenti servari studio sa-
crorum canonum, innovanti in concilio Constanciensi editum adversus illos,
qui bona electorum seu etiam eorum qui familiariter de novo electi in sum-
mos pontifices nuper extiterunt. Admonet hec sancta synodus sub huiusmodi
tenore. Omnis etas ab adolescentia sua prona est ad malum ad id prestim
ad quod cupiditatis et avaritie ~~stimulis~~ stimulis incitantur. Firmatur
et facta sunt leges et canonum metu humana refrenetur audacia. Tuta quoque sit
inter improbos innocentia et refrenetur nocendi facultas. Sane cum iam ver-
enisse comperimus pro electo Romano pontifice nonnulli sub pretextu nimis
dampnabilis licentie et bona sui electi quasi ex vi hoc sibi indulti
adepto falso pretendentes occupanti concedi, necnon illius sic electi, ymmo
aliquando nonnullorum quos electos esse mendaciter confinxerunt domos res
et bona illorum necnon aliquando bona cardinalium aut electorum Romanum pon-
tificem et aliorum in loco conclavis existentium et violenter invadunt recipiunt
occupant et asportant, licet sit consuetudinis. Et quoniam si permittantur plura
scandala pericula rapine furta et nonnumquam homicidia sequerentur. Nos
igitur scelerate temeritatis et audacie eorum pretludere et huiusmodi peri-
culis et scandalis obviare volentes, prefatam dampnabilem scelestam abusio
talia fieri hoc edicto prohibemus, statuentes, ut quicumque cuiuscumque status
aut conditionis existat ~~vel~~ contra hec prescripsit attemptare aut ~~eis~~
auxilium consilium vel favorem prebere, penas quas violentes raptores
et occupatores huiusmodi iura atque apostolice et imperiales constitutiones
statuunt et eo ipso excommunicationis sententiam incurrat, a qua nisi per hanc sanctam
synodum aut futurum Romanum pontificem, preterquam in mortis articulo
et facta satisfactione absolui nequeant, et omni beneficio officio privi-
legiis et dignitati ecclesiastica et mundana feudis quoque et rebus aliis si-

lentes

que aut quas in Germania vel alijs Regnis obtinebit, sit priuatus et in
testabilis actiue et passiue existat. Ciuitas vero que in premissis culpa
bilis fuit, ecclesiastico subiaceat interdicto, sint addicti eidem sanctioni, et
domini temporales Rectoresque et officiales Ciuitatis vel loci vbi electionem
Romani pontificis contigit celebrari, illa iminente, premissa fieri sub gra
uibus penis publice et expresse prohibeant, et prohibitorum diligenter faciant
obseruari. Ceteris constitutionibus, circa talia editis, in suo robore duraturis
et quando vero imminet electio Romani pontificis per hanc sanctam synodum seu
eius auctoritate celebranda, pro obseruatione et execucione prefate consti
tutionis opus est. Nos omnia et singula predicta agendi et exequendi
illis personis, tam ecclesiasticis quam secularibus, que per synodum in hac parte
tunc nominabuntur, plenam et liberam committimus facultatem et potestatem, et
contra eos supplicia fieri censuris et alijs remedijs eciam in contradic
toribus secularibus et ecclesiasticis opportunis. Datum in sessione nostra publica
in maiori ecclesia Basiliensi solempniter celebrata, nono kalendas octobris
Anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo xxxv°.

¶ Aliud decretum eiusdem sessionis de modo et forma
electionis summi pontificis

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legittime congregata vniuersalem ecclesiam representans,
ad futuram rei memoriam. Consolabitur dominus syon, et consolabuntur omnes
ruinas eius, aut nos propheta, et ponet desertum eius quasi delicias, et solitudinem eius
quasi ortum domini, gaudium et leticia inuenietur in ea, graciarum actio et vox laudis.
Cui vero aspiratione sui muneris gratia se se patiuntur in ecclesia conspicere sperans, et fide
sedule, recipiunde reuelet ipsam, releuet eciam a languoribus quos
inutili et dampnosa administratione actenus passa est. Et licet diuersis tribu
latis ecclesie exposcebat, que tunc vera generalis sub dictione omnipotentis
dei conuenit hanc sanctam synodum congregatam, pro reformatione ecclesie dei et sa
lute omnium fidelium in nomine saluatoris, qui ait, vbi sunt duo vel tres con
gregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. Et quam predicatorum salubrium
decretorum et sacrorum canonum, atque iniusta deposicionem illius qui contra canones
et decreta spernebat atque paruipendebat, sancte reformationi et restaurationi legis
dei ac publice saluti exhibere obsistentes semper cum remedium adesse a domino
et in beneplacito sue benignitatis elegit, per quem desiderata cunctis gentibus
ipsa reformatio, atque salubrius gubernatio ecclesie dei in salutem deducatur.
Cum vero eciam et singulariter futuro pastori incumbit, bene regendi, quantus
omnis dampnosum regimen electi, in actos
pontificum cedit. Iudicium quod in quarta sessione huius sancte synodi xvi kalendas Julij
celebrata Anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo xxxiij statutum fuit, de electione
Romani pontificis, si sedem apostolicam hoc sedente concilio vacare contigerit

in hunc modum: Hec sancta synodus decernit atque diffinit quod quotiens evenerit
vacationem sedis apostolice hoc sacro generali durante concilio, electio summi pontifi-
cis in loco ipsius sacri concilii fiat, et interdicit ne alibi celebretur, et quicquid contra at-
temptatum cuiuscumque auctoritate, etiam si papali, quibus obstantibus quibuscumque constitu-
tionibus editis vel edendis aut aliis in contrarium facientibus, ac si de ipsis
vel de eis ad eorum faciendam mencio specialis aut iuramento firmata existat,
quibus ex certa sciencia derogat, et decernit nulla et irrita esse, et nullius ro-
boris et momenti esse, que contra eum attemptata fuerint, sint tamen active quam passi-
ue ad electionem Romani pontificis et quascumque alias dignitates inhabiles, et omni-
bus suis dignitatibus perpetuo privati et infamie notam et ecclesiasticis censuris eo
dicionibus incurrant ipso facto; et si forsan aliqua de facto prava electio presumetur,
tam electus prefatus quam illi adherentes et eis prestantes fauores, subditos prelatis eorum iurat
absolutionem eorum omnium et singulorum qui premissas fidas aut earum aliquas inierint, quo-
usque dicta sancta synodus, cum eius predecessorum mortis articulo, sibi reservat,
decernens presens decretum ligare, afficere vim et effectum habere et sortiri, post XL dies
continuos proxime sequturos a die publicacionis eiusdem. Deinde post autem in decreto
eius septime sessionis ordinatum fuit, quod in eventum predicte vacationis sedis
apostolice, hoc sedente generali concilio, infra LX dies a tempore ipsius vacationis computandos,
ad electionem Romani pontificis omnino procedatur, que tamen LX dierum
post quam vacavit ipsa sedes per depositionem et privationem Gabrielis olim Eugenii
pape quarti, hec sancta synodus duxit expectandum, decrevit, effluxo illo termino,
electionem Romani pontificis in hoc sacro concilio esse fiendam, modis et
formis per ipsum concilium declarandis, prout in decreto eius XXX vicesimo quinto(?)
sessionis plenius continetur. Cum autem post emissionem huius lapsum, ad hunc per plures
dies ad electionem prefatam procedere distulerimus, sperantes quod animos dolosos prete-
dicti prelatus apostolice sedis divina miseracio et diffiteret ipsi pastoris electio ?pe
quamquam quem sensissime depositus variis artibus etiam conturbare conatur, et apostolice
sedis primatum nefarie presumpcione tenere et occupare, in grave scandalum et
magnum periculum fidei et ecclesie religionis, et ne quidem pertinaciam suam in dies magis ma-
gisque ac magis hominibus manifestando horrendam invectivam misit septembri
proxime preterito adversus cultores fidei, et hanc sanctam synodum, eius quoque fautores
et defensores promulgavit, ex qua correctionem seu emendacionem se fecit, se omnem
incorrigibilitatem et pertinaciam ostendens atque ipsius status toti mundo ma-
nifestavit, quam cure est ecclesie catholice de prudenti et fideli pastore providere,
qui eam a persecucionibus tamen reprobi hominis defendat, fidem quoque conservet ac
iusticiam et virtutem teneatur, animas quoque precioso sanguine Christi redemptas
ac tamen prefatus gubernare satagit? mititur, dirigat in viam salutis, cum sic
res ipsa indicat, plura et maiora scandala in dies eveniunt, nisi per
auxilium gracie dei de remedio providetur oportuno, ad quod querendum et
de ydoneo pastore providendum necessitas fidei nos maxime compellit,
volens igitur hec sancta synodus, post maturam et longam expectacionem,
exsolvere debitum obsequium domino deo suo et saluti atque utilitati christiano

ecclesie ac tenore presentium ad laudem et gloriam beatissime trinitatis patris et
filii et spiritus sancti statuit decernit et declarat electionem Romani pontificis fiendam
et celebrandam esse per hac vice per sacrum generale concilium Basiliense seu eius auc-
toritatem modis et formis infrascriptis. Et primo quod reverendissimo in Christo patri domino
ecclesie filio Ludovico tituli sancte Cecilie sacrosancte Romane ecclesie presbitero car-
dinali Arelatensi vulgariter nuncupato preside et presidenti in hoc sacro concilio
et aliis ipsius sancte Romane ecclesie cardinalibus si qui ante consumptam
electionem futuri summi pontificis advenerint et adherentes huic sacro concilio
eidem electioni interesse voluerint alii tot de prelatis ceterisque honorabilibus
ecclesiasticis viris in sacerdocio aut saltem in diaconatu constitutis ut sint ad numerum
xxx et duorum per eandem synodum ad predictam electionem faciendam in eius ge-
neralis congregatione et sessione publica nominandi et deputandi potesta-
tem habeant prout secundum deum et conscientias suas ~~eius~~ eisdem videbitur hac vice
libere eligendi summum pontificem auctoritate huius sancte synodi ita ut ille absque
ulla exceptione ab omni ecclesia summus pontifex habeatur quem ab omnibus
predictis sic deinceps per hac vice eligere contigerit saltem a duabus partibus ipsorum
simul electis et consenserint infra dicitur prestiterint nec valeat electio prestit
nisi due partes predictorum in ipsum electum consenserint et convenerint qui
omnes per hac vice eligere debentes tanto attentius sinceris mentibus et expur-
gatis conscientiis ydoneum ac utilem pastorem eligere curent quanto
etiam in maioribus dignitatibus positi conspiciunt ad solum deum
oculos dirigentes qui in districto examine de tanto et tam arduo negocio
ex quo pendet salus universalis ecclesie reddituri sunt rationem. Ordinat insu-
per statuit et decernit hec sancta synodus quod supradicti eligere debentes die sequenti
post nominationem ipsorum in congregatione generali convenient omnes in maiori
ecclesia Basiliensi in qua missa et sancti spiritus solemniter celebratur et finita
ut est de more seu in die qua intratur conclave tenebitur quoque eadem
die publica sessio et ibi omnes suscipiant eucharistie sacramentum ac
iuramentum prestent quod in xxiii sessione huius sacre synodi continetur
ordinatum. Quibus peractis sine recedendo in domos suas intrabunt con-
clave ad hoc ordinatum in domo civitatis huius Basiliensis ubi supra
deputatis de communibus tamen convenient ad electionem huiusmodi celebrandam
consequenter continuandam ac consummandam. Circa quam faciendi observandi et
respiciendi que in presenti decreto expressa sunt et que in ceteris hic non ex-
pressis alia decreta huius sancte synodi necnon alie constitutiones ac
ordinationes eorum tam in conclave circa clausuram quoque ~~[illegible]~~ et suffragantibus que at
hactenus observari consueverunt de cardinalibus et aliis electoribus Romani
pontificis statuunt et decernunt que omnia salvis expressis in predicto de-
creto volumus in suo robore permanere. Et si in predictis ad eligendum
per hac vice deputatis et deputandis ~~quod~~ locum habere ~~[illegible]~~ quemadmodum de
cardinalibus in predictis decretis constitutionibus et ordinationibus
statutum et ordinatum reperitur sed in illud eisdem expressis quomodo

premiorum generare. Electus autem in papam, presentata sibi electione, si presens
in hac civitate fuerit per aliquos ex ipsis electoribus, etiam si cardinales
non fuerint, vel extra civitatem, per aliquos ex ipsis vel alios ad hoc ha-
bentes mandatum ab eis, cum publici notarii et saltem decem personarum tes-
timonio infra diem naturalem ab hora presentationis consentire habeat in modo
et forma inferius descriptis; alioquin eius electio pro infecta habeatur. Vo-
lumus autem quod si contingat ipsum electum huiusmodi electionem eius acceptare seu
ei eius consentire modo et forma et tempore ordinatis, ipsi prefati ad eligendum
deputati ad alterius electionem procedant, premissis exeant conclave. Si prefatus
electus in hac civitate fuit vel eo fuit extra civitatem, eo casu infra triduum
post notitiam habitam in concilio et per ipsum concilium in congregatione
generali declarata recusatione per electum facta, iterato intrent conclave
pro electione alterius facienda, omnibus modis et formis sicut supra dictum est.
Et si quis ipsorum electorum a tempore primi ingressus conclavis in antea
recederet a concilio vel decederet, aut impeditus esset, per quod eius posset electioni
interesse, vel etiam conclave intrare nollet, alius loco eius surrogetur
de eadem natione per ipsos ad eligendum deputatos, qui habebunt eandem
et eandem prout prefati deputati, aut maior pars ipsorum ordinavit, durent
que potestates omnium et singulorum predictorum absque alia nova deputatione electorum
donec electio per eos facienda realiter per consensum electi sortita fuerit effectum. Hanc
autem formam et modum electionis approbat, statuit, ordinat, decernit. Hec
sancta synodus pro hac vice, et ad omnem // submovendum, omnes et singulos // scrupulum
in eadem synodo presentes et futuros, et qui ei adherebunt, quantum ad huiusmodi ele-
ctionis opus et totalem effectum ab omnibus sententiis excommunicationis, si quas
forsitan incurrerint, et quibuscumque censuris, a iure vel ab homine, generaliter
vel specialiter, etiam a conciliis generalibus vel summis pontificibus promul-
gatis, absolvit, ipsosque ad omnes actus in eadem synodo agendos
active et passive, quantum opus est, habilitat et habiles esse declarat. Volens
et quod sit specialiter in omnibus ad eligendum deputatis aut deputandis, ut
premittitur. Licet constitutio Clementis quinti, que ordinat ut nullus
ex cardinalibus cuiusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti pretextu
a predicta electione repelli valeat, ceteris eiusdem concilii decretis in
his que supra expressa sunt semper salvis, supplens ex certa scientia
et ex plenitudine potestatis omnes et singulos defectus, si qui forsitan fuerint
in premissis, ac etiam suspendens omnia quoad premissa in conciliis generalibus et a
summis pontificibus edita et statuta, ordinationes, consuetudines et privi-
legia quibuscumque concessa, et penas contra quoscumque ordinatas, et eis
derogans, inquantum effectum predictorum decreti impedire possent, quomodolibet,
in contrarium facientibus non obstantibus, prout novitas // et circumstantie // rerum
temporis id expostulat. Ut hec sancta synodus, et ipse summus pon-
tifex, per dei gratiam in proximo assumendus, quam maxime cum

sint in eadem ~~ciuitate~~ ciuitate ac comitatu, communi consensu, quos pro libito
ad hoc vrgentibus rationibus ordinauerit et decreuerint. Et electus in summum
pontificem premissis aliquid graue in hiis que pertinent ad ministrationem pa
patus exerceat, insignia coronationis sue assumere debeat in loco dumtaxat sacri
concilii, ad quem si absens fuerit infra terminum sibi assignatum per deputatos
ad eligendum vel maiorem partem eorundem venire teneatur

Sequitur forma consensus professionis et iuramenti
prestandi per ipsum electum in summum pontificem

In nomine domini amen. In nomine sancte et indiuidue trinitatis patris
et filii et spiritus sancti. Ego N. electus in papam, omnipotenti deo, cuius
ecclesiam suo presidio regendam suscipio, et beato Petro apostolorum principi
corde et ore profiteor, quamdiu in hac fragili vita constitutus fuero,
me firmiter credere et tenere fidem catholicam, secundum traditionem apostolorum,
generalium conciliorum et aliorum sanctorum patrum, maxime autem sanctorum octo con
ciliorum generalium, videlicet primi Niceni, secundi Constantinopolitani, tercii Ephe
sini primi, quarti Calcedonensis, quinti et sexti, septimi item Constantinopolitani, septimi item Niceni, octaui quoque Constantinopolitani, necnon Latera
nensis, Lugdunensis, Viennensis, Constanciensis et Basiliensis generalium conci
liorum, et illam fidem usque ad unum apicem immutilatam seruare, et usque ad
animam et sanguinem confirmare, defensare et predicare, ritumque pariter
sacramentorum ecclesiasticorum catholice ecclesie traditum omnimode prosequi et obseruare. Polli
ceor etiam fideliter laborare pro tuitione fidei catholice, et extirpatione here
sum et errorum, reformatione morum, exaltatione et obseruatione decretorum
Constanciensis et Basiliensis conciliorum, ac pace in populo christiano.
Iuro etiam prosequi celebrationem conciliorum generalium et confir
mationem electionum iuxta decreta sacri Basiliensis concilii. Hanc autem pro
fessionem manu mea subscripsi, et tibi omnipotenti deo, cui in die tremendi
iudicii redditurus sum de hoc et aliis meis operibus rationem, pura mente
super altare offero. Quam in primo publico consistorio solempniter repetat. Datum
Basilee in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basiliensi solempniter
celebrata ix kl. Nouembris Anno a natiuitate domini et a° m cccc xxx nono

Aliud decretum eiusdem sessionis
de suspensione audientie causarum et litium

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime
congregata uniuersalem ecclesiam representans. Ad futuram rei memo
riam. Ne curarum et litium occupatio actum salutarem electionis fu
turi pontificis impediat aut perturbet, decreuit hec sancta synodus
ut ad tam sanctum et tam salubre electionis negotium attentius
procedatur, audientiam et omnem causarum litium et exercitium in hoc

Sacro concilio prestetur audiencia amovere, a die qua deputati ad eligendum summum pontificem intrabunt conclave et deinceps usque ad publicationem electionis ipsius summi pontificis inclusive, suspendenda esse, easdem quoque hoc presenti decreto suspendit et prohibet, irritum decernens et inane quicquid in contrarium fuerit attemptatum. Datum in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basiliensi solempniter celebrata nono kalendas Novembris anno a nativitate domini millesimo CCCC XXX nono.

Aliud decretum eiusdem sessionis de confirmatione episcoporum et aliorum electorum

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam. Magna est nobis sollicitudo, ut electiones pastorum, quibus innititur regimen gregis dominici, rite celebrentur, et quantum possibile est, cuncta removeantur que eorum puritati obviare possunt. Cum vero sepius contigit hactenus monasteriorum et ecclesiarum prelatis decedentibus, et eorum corporibus tumulatis, propter expectationem absentium vocandorum e locis longinquis, ecclesias ipsas et monasteria vacantia nimium dispendia plurima sustinuisse, et propter diutinum nimium expectati temporis spatium varia prorogamina et processus sub ordinaciones factas fuisse, cum ecclesie sepe in magne vacatione premisse noscantur, statuit et ordinat hec sancta synodus, quod de cetero ad electiones de personis ad ecclesiarum et monasteriorum regimina facienda, ubi absentes hactenus vocari consueverunt, non teneantur illi de collegio, nec conventu in quo electio facienda fuerit, aliquos vocare absentes in locis ultra duas dietas ab ipsa ecclesia vel monasterio distantibus existentes, canonicis seu aliis dispositionibus non obstantibus quibuscunque, et eadem in electionibus ad quascunque dignitates faciendas intelligantur. Per hec tamen privilegiis, statutis et consuetudinibus collegiorum ecclesiarum et monasteriorum in quibus ad ipsas electiones faciendas prelati, religiosi aut alii de aliis ecclesiis aut monasteriis vocandi sunt, non intendimus in aliquo derogare. Predicta quoque in casu electionis dumtaxat cisionis in quibus absentes vocandi sunt volumus intelligi, aliis in dispositione iuris omnibus remanentibus. Insuper quia in modo et forma eligendi ecclesiis et monasteriis prelatos, maxime tamen in eorum electionibus per viam scrutinii proceditur, multa requiruntur a iure observanda, quorum obmissio huiusmodi electiones nullas reddit vel saltem annullandas, unde dispendia et quamplurima discrimina eisdem ecclesiis et monasteriis hactenus sepe nimis evenerunt, et continuo in posterum evenire possent, ad obviandum eisdem discriminibus et dispendiis statuit hec sancta synodus, quod superiores ad quos electionum earundem spectat confirmatio, electiones quaslibet huiusmodi, dummodo illas alias a maiori parte capituli, seu que

tum ecclesiarum et monasteriorum huiusmodi. Tamen primo revocatis vo-
cationis et communione suscepta ac iuramento prestitis primitus iuxta formam
decreti eiusdem desuper editi de personis idoneis celebratis congregaverunt
super reliquos formam concernentibus iuxta tradicionem canonum absque ulla
malicia et fraude obmissionis ad confirmacionem huiusmodi electionum
procedere et eciam tales electos tum ipsorum qualitates ecclesiarum quoque utilitatibus pensatis
sicut licet eadem in ecclesiis et monasteriis eisdem preesse ipsasque in spiritua-
libus et temporalibus regere et gubernare et dispensare
postulacionibus tamen quorumcumque similiter tenus possint et valeant, in-
nec in electionibus obmittantur, constitucionibus iuramenta et comitis sicut eisdem in contrarium
facientibus vero obstantibus quibuscumque. Datum Basilee in sessione nostra in
maiori ecclesia Basiliensi solempniter celebrata nono kalendas Novembris
anno a nativitate Domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono

Aliud decretum eiusdem sessionis de deputatione
et nominatione illorum summum debencium eligere pontificem

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legittime congrega-
ta universalem ecclesiam representans ad futuram rei memoriam. Super in decre-
to sue tricesime septime sessionis super electione Romani pon-
tificis promulgato inter cetera statuit quod una cum dilecto ecclesie filio Ludo-
vico et sancte Cecilie presbitero cardinali Arelatensi votum multiplica-
to et aliis cardinalibus sancte Romane ecclesie si qui ante consummationem
electionis advenerint et ipsi electioni interesse voluerint, alii triginta duo tam de
prelatis quam de ceteris honorabilibus ecclesiasticis viris assumentur, qui potestatem
vice et auctoritate huius sancte synodi ipsum Romanum pontificem eligere
habeant, ita ut ille ab universali ecclesia summus pontifex habeatur, qui a duabus
partibus omnium predictorum fuerit electus, prout hec omnia in predicto decreto
latius continentur. Unde quos triginta duo nominamus et eligimus, dilectos
ecclesie filios Thomam abbatem de Dondrinnam ordinis Cisterciensis, diocesis
Candide case, Iohannem de Segobia archidiaconum de Villavissosa
in ecclesia Ovetensi, Thomam de Corcellis canonicum Ambianensem in sacra
theologia magistros, committimus eisdem plenariam facultatem eligendi
si voluerint et assumendi secum unum, duos aut tres alios prout eis videbitur
qui assumpti et electi similem et eandem secum potestatem habeant et facul-
tatem, mandato vice et auctoritate huius sacri Basiliensis concilii nominandi
et eligendi residentes electores ipsius Romani pontificis et ad alios
officiarios per concilium creatos ita quod nullus per eos eligendus aut no-
minandus censeatur esse electus et nominatus nisi a maiori parte predi-
ctorum eligencium nominatus et electus, quibus simul et singulis iniungimus ut eligant
et nominarent ipsos residentes electores ex toto corpore concilii habendo
respectum ad naciones et deputaciones in hoc sacro concilio exi-
stentes, quantum fieri possit. Decernimus quod ab ipsis taliter pronominatis

iuramentum quod eligent viros timoratos et idoneos, quodque non revela
rent electos per ipsos nisi ad publicationem eorundem in generali congrega
tione ante sessionem. Et ipsam electionem sic per eos clausam sub eorum sigillis
reponerent in aliquo loco tuto sub fida custodia usque ad ipsam diem publi
cationis. Et volentes ante quam dicti tres deputati curam commissionis sibi per eos
factam exequi, coassumpto sibi dilecto ecclesie filio Cristanno de Grecz
regine in theologia magistro, preposito ecclesie sancti Petri in Brunna Olo
mucensis dioc., die quinto kalendas Novembris in domo fratrum minorum
Basilee convenientes elegerunt et nominaverunt tam de prelatis quam ce
teris usque ad numerum xxx duorum ipsis in eodem numero non comprehensis circa ordinatione
comprehensis, quos in certa cedula descripserunt et eandem clausam sub
sigillis eorundem loco tuto sub fida custodia reposuerunt usque ad diem
publicationis fiende. Subsequenter vero die quarto kal. eiusdem mensis
Novembris in eius generali congregatione ad hoc specialiter indicta
prefatam cedulam continentes nominationem et electionem sic per eos factam
publicaverunt, in qua persone infrascripte nominate fuerunt ab eisdem pro
electoribus futuri Romani pontificis: Johannes archiepiscopus Taran
tasien., Otto Dertusien., Gregorius Vicen., Franciscus Gebenen., Lau
dominus ysen., Bernardus Aquien., Guillhelmus Vercellen., Georgius
Augusten., Fredericus Basilien., Ludovicus Thaurinen., Johannes
Yporiginen. episcopi, Jacobus de Kerusa ordinis sancti Benedicti Tau
rinen. diocesis, Raymundus Lonchen. eiusdem ordinis Ruthenen.
diocesis, Conradus de Lucella Cisterciensis ordinis Basilien. dioc.,
Aleriung sancti Benigni Fructuarien. ordinis sancti Benedicti ~~Abbates~~
Yporiginen. dioc., Petrus sancti Justi eiusdem ordinis Barthoen.
diocesis, Thomas de Drondanam ordinis Cisterciensis Tamdidectuse
dioc. ordinis sancti Benedicti abbates, Frater Johannes de Monte
Canuto decretorum doctor, preceptor domus sancti Anthonii de Ranuer
Thaurinen. diocesis, Frater Bartholomeus de Pronimis decretorum doctor
preceptor domus de Chamaco eiusdem ordinis Yporiginen. diocesis,
Johannes de Segobia archidiaconus de Villavissona in ecclesia Ove
ten., Cristannus de Greczregine prepositus sancti Petri in Brunna, Nico
laus Thesleurus penitentiarius Constantien. ~~pinde~~ promotor Ro
thomagen., Thomas de Corcell canonicus Ambianen., Johannes
de Vaille rector parrochialis ecclesie de Plentor Leonen. diocesis, Guil
lelmus Hugonis archidiaconus Meten. legum doctor, Derslaus
archidiaconus Cracovien. decretorum doctor, Bernardus de Russo
decretorum doctor canonicus Illarden., Johannes Monler decretorum
doctor decanus ecclesie Basiliensis, Raymundus Albiali decretorum
doctor canonicus Tirasonen., Hinricus de Judeis legum doctor

Jacobus de Salzburga licenciatus in iure Canonico Canonicus Ra-
tisponensis omnes supradicti in sacerdotio sunt constituti / officiarii per Concilium
prelocum tenente Camerarii durante ipso Concilio sit dominus Ludovicus
Episcopus Lausanensis Custodes conclavis patrenallus Episcopus Belliten Nicolaus
Episcopus Grossetanus Johannes abbas sancti Michaelis de Clusa decre-
torum doctor Franciscus abbas Gnidantie Franciscus de Fuste ordinis
Minorum magister in theologia Wilhelmus de Constancia legum doctor
Canonicus Spirensis Johannes de Curitella Canonicus Vuzelen
Theodricus Maghen Canonicus Rigien clerici Cerimoniarum / Nicolaus
de Bemis Michael Vidnen promotores Hugo Bernardi Johannes
Blitzenrode procurator fiscalis Robertus Manan Baldemus petrus
de Atria / dempto quod ante loco Bernardi Episcopi Aquen / qui allegatis per eum plu-
ribus et causis ab ingressu Conclavis et officio electionis / ad quod deputa-
tus erat se excusavit / habita deliberatione in sacris deputationibus loco eius
in una generali congregatione nominavit et deputavit Ludovicum Episcopum
Maclovien / Hanc itaque nominationem electionem et deputationem tam de benin
eligendo summum pontificem quam officiariorum per Concilium prius decernentes eadem
sancta Synodus decreto approbat et confirmat Etiam quatenus qualiter ea atque in omni-
bus omne robur et affectum habere debere decrevit ac declarat / supplens ex certa
scientia et de plenitudine potestatis omnes et singulos defectus si qui forsitan
intervenerint in premissis Dat Basilee in sessione nostra publica in ecc-
lesia Ecclesia basilien solempniter celebrata in kalendas Novembris Anno a Na-
tivitate domini Millesimo quadringentesimo xxx nono

Sessio tricesima octava

De privatione ipsius Gabrielis olim dicti Eugenii

Sacrosancta generalis Synodus Basiliensis in spiritu sancto legittime
congregata universalem Ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam

In Esdra scriptum est Veritas magna et fortior prae omnibus / omnis terra
veritatem invocat celum quoque ipsam benedicit / veritas manet et invalescit
in eternum et vivit et obtinet in secula seculorum. Non est apud eam accipere personas
nec differencias / sed que iusta sunt facit omnibus iniustis Cuius quidem veritatis
fortitudinem dum impugnare conatur Gabriel quondam dictus Eugenius
papa dictus iusto iudicio a papatu depositus / scripsit magis decreto et pre-
scripsit / qui nuper apud Florentiam / post per sumariam confirmationem ac compi-
libellum quendam / qui incipit Moyses famulus dei promulgat / in quo tri-
lationem huius sacri Concilii in Ferrariam / quam catholicam in fide / plu-
bus decretis et capitulis nostris lucide declaravimus / iterum erectio in scisma
titam conventiculi Ferrarien / sub nomine generalis Concilii hoc sacro durante
Concilio in eorum prefate translationis attemptata / maiori semper tamen
pertinacia defendere et approbare conatur / adiciens quod a certa linea per

differencias

anfractus errorum exorbitavit, quod cum Concilium Constantiense in ma-
lignum sensum et a sacra doctrina penitus alienum pertrahere nititur in hoc quod
declaratam per sessionem huius decimam septimam, kalendas iunii proxime pre-
teriti celebratam, tres veritates, quarum tenor sequitur: Veritas de potestate Concilii
generalis universalem ecclesiam representantis supra papam et quemlibet alium, declarata per Constan-
ciense et hoc Basiliense generalia Concilia, est veritas fidei catholice. Veritas hec
quod papa Concilium generale universalem ecclesiam representans actu legitime congrega-
tum super declaratis in prefata veritate, aut aliquo eorum, sine eius consensu nul-
latenus auctoritative potest dissolvere aut ad aliud tempus prorogare aut de loco
ad locum transferre, est veritas fidei catholice. Veritatibus duabus predictis pertina-
citer repugnans est censendus hereticus, conatur quoque Gabriel ipse, postposita
per eum sic ut prefertur assertis, sub obscuritatibus verborum involvere, dicens se
dampnare et reprobare veritates predictas ad sensum Basiliensium, quem nequit
fictus demonstrare, neque illum sensum explicando, nec in aliquo suo actu app-
robare voluit vel manifestando, que fortissimis eius suppleret, quia manifeste per se
verba dictarum veritatum a deo clara sunt et aperta sicut sunt, quod de nulla
obscuritate notam merito patiuntur, nec ad multiplices pertrahunt sensus, et preterea
quidem ille primus sensus, iuxta quem se dicit reprobare dictas veritates, nulla-
tenus allegari potest, hoc enim notum facimus omnibus catholicis, quod nullum sensum
~~[illegible]~~ in linguis hec sancta synodus, nec hec voluit, nisi quem sacra Constan-
ciensis synodus habuit in declarationibus suis, scilicet verum et catholicum, quem semper
habuit in declarationibus per eos factis in sessione [illegible], tricesima nona
et aliis sessionibus suis et ceteris synodalibus, presentibus cardinalibus sancte
Romane ecclesie, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, oratoribus principum, abbati-
bus, doctoribus, qui in uno actu affuerunt, fideliter et unanimiter credentes
quod Concilium hoc potestatem immediatam a Christo habet, cui papa obedire tenetur, prout
veritatibus in prefato Concilio Constanciensi declaratis diffinivit. Et hec veri-
tas est eius divinum quod papa ipse Concilium generale universalem ecclesiam representans
legitime congregatum eo modo quo frequenter declaratum est sine eius consen-
su dissolvere aut de loco ad locum transferre non potest, neque admisso hac veri-
tate prevalere potuit Gabriel ipse, qui per pretensam dissolutionem huius sacri
Concilii, sine eius consensu, prima vice per eundem Gabrielem attempta-
tum, hoc sacro Concilio eidem ex parte omnipotentis dei precipiente atque man-
dante sententialiter revocare, compulsus est, et in sua adhesione eandem de-
~~[illegible]~~ claravit nullam penitus et inanem, ipsumque eo obstante Concilium le-
gittime continuatum fuisse, ac persecutionem omisisse et bullas dictas revocando et debe.
expresse litteras incipientes Deus novit, que suo nomine facte dicebantur
et adversus huius sacri Concilii ac aliorum Conciliorum auctoritatem multos
errores continebant, item duas litteras incipientes Inscrutabilis et [illegible]
[illegible] alias quascumque quomodolibet per eum suo nomine in preiudicium
aut derogationem huius sacri Concilii Basiliensis, seu contra eius auctoritatem

factum et attemptatum seu assertum erat. Etiam quod catholica tunc in pace conquievit, tenendo firmiter hoc verum et catholicum, quod papa absque consensu Concilii ipsum dissolvere aut transferre non potest. Cognovit etiam fideles quod acquiescere oportet iudicio Concilii generalis summum pontificem, qui post tam diuturnam resistentiam duorum annorum, in quibus ipsum dissolutum idem Gabriel constituere conabatur, acquievit iudicio sacri Concilii, pronuntians iudicialiter coram eadem forma sue confessionis, quemadmodum sacrum Concilium ordinaverat, revocatorias expresse ut dictum est, quinimmo et asserta per eum aut suo nomine in contrarium. Possunt quod omnes catholici evidenter cognoscere preallegata. Infertur ecclesie etiam, si revocaretur in dubium illa declaratio facta in Concilio Constantiensi, vigore cuius depositio Iohannis XXIII et privatio Benedicti [illegible] si quod habeant in suis obedientiis [illegible] ac etiam electio Martini, cui successit olim Eugenius, fuerit sublata, et a quibus consequenter omnes creationes cardinalium, promotiones prelatorum et aliorum ordinum et graduum ecclesiasticorum facte sunt, consequenter declarationes eiusdem et auctoritate date a sacro Concilio generalibus vigor deperiret, si summi pontifices Concilia dum congregata erunt transferre de regione in regionem sine consensu ipsorum et eorundem eisdem Concilii patres ut dissolverentur aut discederent etiam si nollent, quomodo liberet ipsis pontificibus. Verum in hac reprobatione dicti [illegible] quam sedes Gabriel fuit in prefato libello intelligere per omnes fideles quod eam verificatur, quod a septem annis in sua duodecima sessione ipsius de ipso Gabriele predixit hec sancta Synodus cum ait: Et quantum ex eius verbis factisque colligi potest, nil aliud pretendit nisi ut Ecclesiam possideat eius quod [illegible] sibi et suis successoribus faciat, non solum abrogandi iuris sacrorum Conciliorum et ea pro libito dissolvendi, sed et eorundem decreta spiritu dei promulgata, a quibus status pendet universalis ecclesie, irritandi et abolendi, et presertim declarationem eorum que concernunt fidem, extirpationem scismatis et generalem reformationem ecclesie in capite et in membris pertinent, quibus ceteris papalis dignitatis decretis generalis Concilii subiciatur. Hec in prefata duodecima sessione habentur, que nunc idem Gabriel aperte manifestat. Unde omnes intelligere possunt quam iuste hec sancta Synodus contra eundem restitit. Conspiciebant enim obturatum pro auctoritate Conciliorum generalium factis et consistebat contempnendo eam et violando voluntarie sacros canones pro salute animarum editos, de quibus ait Damasus papa: Violatores canonum voluntarie a sanctis patribus graviter iudicantur et a spiritu sancto, instinctu cuius ac dono dictati sunt, dampnantur, quoniam blasphemare in spiritum non incongrue videntur, qui contra eosdem sacros canones non necessitate compulsi, sed libenter ut premissum est, volentibus sponte consentiunt. Talis enim presumptio manifeste unum genus est blasphemantium in spiritum sanctum. Reprobat insuper prefatus Gabriel et dampnat depositionem suam, ad quam hec sancta Synodus iuxta dispositionem prefate constitutionis in Concilio Constantiensi declarate, post longam expectationem et maturam examinationem iudi-

// sanctum

// aliquid preter eam agunt vel loquuntur presummunt aut facere vo^

tialiter pressit, propter heresim, scisma, Symoniam notoriam pravitatem, per
tinacem et contemptum ac violenciam assiduam Synodalium decretorum, conve
nientium reformacionem generalem ecclesie in capite et in membris, quibus incorri
gibiliter scandalizabat ecclesiam dei, a quibus quidem rectificari se in prefato
libello expurgat, ipsaque commenta et maledicta in hoc sacrum Concilium et sup
posita eius referre conatur, ipsaque similiter in conductu sacro circa, quo littere eidem
privatus existit, et propterea per eadem hereticus iudicatus, et patres catholicos
doctrinam ipsius ecclesie inviolabiliter tenentes, hereticos appellare presumit
sicut mos est condempnatorum de heresi, et suis iudicibus maledicere et hec
sine dubio solebant, in veritate manifestissima, fuerit superatur. ad que
omnia etiam pleniorem cessionem fecimus in cessione Synodali data in ge
generali Congregatione eiusdem mensis octobris, renovat et prorogat
quas adversus suppositam eiusdem sacre Synodi, eo quod sive prius et erronee trans
lationem eius probant quam dudum anno priori in Conventiculo Ferrariensi
promulgavit, tum ex dicto etiamque libello omnibus constare possit, quod prefatus
Gabriel in eisdem heresis ac scismate, de quibus condempnatus est, se pertinaciter
obduratum reddebat, et magis ac magis se hereticum comprobat, omnibus
et singulis cristi fidelibus hec sancta Synodus precipit atque mandat, ut iuxta mo
nitum Moysi servi dei dicentis Recedite a tabernaculis, et a consortio hominum
impiorum, et a tabernaculo et consortio ac omni adherentia ipsius Gabrielis
tamquam a Chore Dathan et Abyron auctoribus scismatis, recedant cum affectu illo
quo omnis veritas, maxime preceptum apostoli: Et secundam correctionem devita sciens quod
subversus est qui eiusmodi est, et delinquit proprio iudicio condempnatus, super quo de
cetero Johannes in ii a Canonica sua, eius hanc doctrinam ecclesie, nec est di
cendum ave, omnis qui dicit ei ave sive eius ac nequissimis eius participem fieri
sunt, qui in districto examine dei in eiusdem reddituri sunt racionem, si parti
cipatorum adherentiam et favorem dicto Gabrieli per generale Concilium condempnato
tamquam heretico prestiterint, et quia erat aut eius Gregorius illa capella recipi eius
dem ignorantia damnatur auctores sic et doctrina prefati libelli, cum con
firmatorem sue heresis et scismatis dictum Gabrielem, per suam condempnacionem
effecisse dicitur, ne quispiam fidelium in hac re seduci contingat, hec sancta Synodus
districtius inhibet, precipit atque mandat omnibus et singulis cristi fidelibus
cuiuscumque dignitatis, sive cardinalatus, patriarchalis aut alterius ministerii
status ecclesiastici vel secularis, ac si communitates, civitates vel Collegia fuerint
ne prefatum libellum publicare, predicare, approbare seu defendere presumant,
seu eidem quomodolibet assentire, credere aut favere, vel eo uti seu utentibus
eo consilium, auxilium aut favorem prestare, nequaquam ad penas censuras sen
tentias innovacionis, declaracionis, damnacionis, reprobacionis, con
firmacionis et deposicionis, in eodem libello quomodolibet contentis, quas
nullas ac nullius penitus roboris vel momenti esse decernimus
et declaramus, obedire, attendere seu ea observare aut vigorem eorundem

ad Titum iii c. Hereticum hominem post primam

vel secundam

seu aliorum quorumcumque mandatorum vel concessionum aut eciam aliorum
quarumcumque dignitatum etiam si Cardinalatus patriarchales archiepiscopales
episcopales fuerint, et beneficia vel alia bona suppositorum huiusmodi sancte synodi
et eidem adherentium quovismodo impetrare occupare aut detinere, etiam si motu
proprio eis concessa dicantur, vel ipsos sic impetrantes occupantes
vel detinentes ad possessionem eorundem recipere vel admittere seu eos in eis-
eisdem sustinere quovismodo presumant, sub penis statuto de scismaticis et
hereticis necnon aliis penis excommunicationis privationis ab omnibus digni-
tatibus, etiam si ut premittitur Cardinalatus patriarchales archiepiscopales
aut pontificales fuerint, beneficiis et officiis ac inhabilitationibus ad
easdem et in decretis undecima, tredecima et vicesima nona ac
aliis sessionibus huiusmodi sancte synodi in talia facientibus promulgatis, quas
hec sancta synodus innovat, et quas omnes et singuli ipso facto incurrant,
nec ab alio quam ab hac sancta synodo, preterquam in mortis articulo, valeant
de predictis absolvi, et qui huic sacro Concilio incorporati aut ei adherendo
vigore mandatorum prefati Gabrielis olim Eugenii pape post eius suspensionem
ab administracione papali emanatorum suis dignitatibus aut beneficiis quibus-
cumque spoliati sunt aut spoliarentur in futurum, possint auctoritate propria sine alia
cause cognitione aut requisitione alterius auctoritatis possessiones huiusmodi
dignitatum et beneficiorum per se vel per alios intrare et occupare, aliis
penis contentis in decretis eciam semper in suo robore duraturis. Datum Ba-
silee in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basiliensi solempniter
celebrata xv° kalendas Novembris anno a nativitate domini millesimo CCCC xxx nono

Sessio Tricesimanona

De Confirmacione electionis domini Amedei in papam electi

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata
universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam. Deus pater misericordiarum
et deus tocius consolationis, qui fecit omnia verbo, etsi de omnibus a se creatis providen-
cia generali cuncta creata gubernat, specialiter tamen suam dilectam sponsam ecclesiam semper
dirigit, pro qua consequenda sanguinem suum dedit, consolans eam ut surgit per spiritum paraclitum,
quem eciam in afflictionibus adiuvat, in persecutionibus confortat, in tribula-
cionibus letificat, nec eam in quibuscumque tempestatibus huiusmodi sic concuti aut sub-
mergi permittit. In cuius glorioso nomine congregata est hec sancta synodus ante-
dictorum predecessorum conciliorum et dominorum summorum pontificum, divinam restau-
racione legis divine et sanctorum Canonum, reformacione eciam sanctorum
morum solito resumpsit studio. Similiter de extirpacione heresum, pacifi-
cacione eciam christianorum principum, in multis perseverans laboribus, varias adversi-
tates pertulit, et propter veritatem et iusticiam plurimas persecutiones perpessa est,
ad invicem tamen virtute dei sedulo perseveravit in prosecutione sancte reforma-
cionis ecclesie pro honore dei et salute animarum. Cum autem hec eius felices processus
habere non posset propter adversitates et resistencias plurimas, quas Gabriel olim

dictus Eugenius papa quartus, in contrarium opponebat, decreta salubria
et sacros Canones contempnens et parvipendens auctoritatem generalium Concili-
orum sacris et factis consultans, determinationes fidei catholice per ecclesiam factas
contumaciter impugnando, per consequens heresim et abusibus variis atque criminibus
ecclesiam dei notorie et incorrigibiliter scandalisando, prout in processibus super
hoc deductis latius continetur, cum iam appareret eum nullam proficiebat admonicionem,
oportuit ad alia iuris remedia recurrere, a summo pontificatu quem minime de-
pnose et inutiliter administrabat, eundem deponere, post cuius depositionem, in maior-
ibus et amplius ecclesie effugiendis, considerantes quod gravibus sit exposita dispen-
diis, quot et quantis sit plena periculis, Ecclesie Romane plura vacatio, sicut
exacta consideratio edocet, ad electionem novi Romani pontificis procede-
ndum, repetitis vicibus in nostra publica sessione xxxvii^ma, alias quod decretis
de electione summi pontificis in hoc concilio fienda, in vacatione apostolice
sedis apposite, ipso Concilio durante, in xxiii et xl sessionibus eiusdem sancte si-
nodi statuta et ordinata fuerant, et facta solempni declaratione quod procederetur
de ipsa electione Romani pontificis fienda et celebranda erat, per hoc sacrum concilium
basiliense seu eius auctoritate coordinato per decretum prefate tri-
cesime septime sessionis, quod commissum dilectissimo ecclesie filio Ludovico titulo
sancte Cecilie sacrosancte Romane ecclesie presbytero Cardinali Arelatensi vul-
gariter nuncupato presidenti et presidente in hoc sacro Concilio, et aliis ipsius sancte Ro-
mane ecclesie cardinalibus, si qui ante consumatam electionem futuri Romani
pontificis advenirent et adhererent huic sacro Concilio eidem electioni inter-
essent, aliis tam de prelatis quam doctoribus honorabilibus eminentibus viris in sacerdo-
cio aut saltem in diaconatus ordine constitutis, usque ad numerum xxxii et duorum
cardinalium sancte synodi, ad predictam electionem faciendam in generali sua con-
gregacione ac sessione publica nominandis pluralitatem habeant, prout si decuerit su-
per consilio eiusdem videbitur, ac potestatem libere eligendi summum pontificem aucto-
ritate sacre synodi, ita tamen ut ille absque nulla exceptione ab omni ecclesia summus
pontifex habeatur, qui ab omnibus predictis sic deputatis per duas partes eligeretur, aut
saltem a duabus partibus ipsorum, et electus et consensu suo in forma in
eodem decreto ordinata prestiterit, Cum vero decreti dispositione xxxii archie-
piscopali episcopali abbaciali dignitatibus et gradibus, ac aliis
titulis insigniti nominati et deputati in eius generali congregatione
ac deinde demum in sessione publica, expositis nominibus dignitatibus gradibus
et ordinibus sicut hec voluimus per sufficientem expressionem, die 2a mensis ipsius
Novembris, celebrata missa solempniter per prefatum Cardinalem Arelaten-
sem, ac per singulos ipsorum suscepto eukaristie sacramento, deinceps eiusdem car-
dinalis in presentia totius cleri et populi et iuramentis solempnibus prestitis
ipso presidente eodem cardinali conclave intraverunt in eadem domo civitatis
basiliensis in qua deputato per omnibus tenere consueverint, ubi in magna
devocione septem diebus consistentes, quattuor quinque scrutinia successive

De mane diversis diebus, celebrata missa et invocata spiritus sancti gratia
peregerunt, et tandem facto quinto scrutinio, ea hora, qua processio generalis
sacri concilii domum prefatam circuibat cantando Veni creator spiritus
completa, religiosissimum et nobilem virum Amedeum ducem Sabaudie in
solitudine Ripalia Gebennensis diocesis vitam a pluribus annis in multe
continencie, honeste conversacionis et virtutis, ducens in spiritu humilitatis
ac simplici et humili habitu deservientem, in summum pontificem, consilio et sacro
sancte Romane ecclesie electum, modo prefato decreti eius XXX septime sessionis dispo
sicionis concorditer elegerunt. Cum quidem, aperta fenestra conclavis, fuit per
dictum cardinalem Arelatensem publice enunciata, decantatumque Te deum lauda
mus per omnes supradictos ad eligendum deputatos, concordie super electione ipsa
deum glorificantes et ordinibus convenientibus submissis, ipsa conclavis aperiret
cum pluralibus et invitis aliis quoque fidelibus concedentibus, prout statum commu
nem competebat. Totum intrantibus quoque prelatis et aliis suppositis sacri
concilii ac processionibus omnium collegiorum et conventuum huius civitatis Basi
liensis reliquiis et decentibus ornamentis, populoque multitudine copiosa ecclesiam
maiorem Basiliensem adierunt. Ubi ipsi prelati et alii de sacro concilio, convene
runt Deo gratias retulerunt. Iterato quoque sepedictus cardinalis Arelatensis, nomi
ne prefatis omnibus electoribus deputatis, et eis hoc consentientibus atque expresse
approbantibus, retulit, quod supra electio rite et canonice fuerat celebrata,
notariis apostolicis qui in conclavi fuerant, eciam de ea attestantibus. Que
omnia considerans hec sancta synodus, et spem magnam gerens quod dictus
electus prefatus Amedeus per suam experientiam, iusticiam, clemenciam et ceteris
virtutibus plurimos fructus salutis efficiat in populo dei, fidem conservando,
mores reformando, pacem quoque componendo, cum iustissimus principes atque
populos sue ditionis amator et pacis cultor, qui in omnibus pace et cum
nullo dissidio aut discordia hic firmatur, dominium suum bene et laudabiliter
possedit, gratamque populorum prudentissimus gubernator, et in rebus
ecclesiasticis et spiritualibus non mediocriter exercitatus, habita super hoc in suis
deputationibus omnium suppositorum huius sacri concilii concordi et matura
deliberatione, ac demum in generali congregatione conclusione subsecuta, ipsam
electionem laudat, recipit et approbat, et ex certa scientia hoc presenti
decreto ratificat et confirmat, declarans eundem Amedeum absque ulla exceptione
ab omnibus ecclesie tamquam verum et ~~indubitatum~~ reputari debere electum in verum et unicum summum
sancte Romanum pontificem, et hoc ipsum per presentis decreti publicationem ad
notitiam omnium deduci cunctorum. Datum Basilee in sessione nostra pu
blica, in maiori ecclesia Basiliensi solempniter celebrata, XV kalendas Decembris,
Anno a nativitate domini mo cccc xxx nono.

Sessio quadragesima De acceptione summi
apostolatus sanctissimi domini nostri Felicis pape quinti.

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congrega
ta universalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam. Cum sicut
ait beatus Hilarius, proprium ecclesie soleat ut tunc vincat cum leditur,

tenus intelligat cum arguitur, tunc servata sit cum separata videtur. Archa
enim per quam ecclesia designatur elevata est in sublime. Confidit hec sancta si-
nodus quod ille qui post nubilum dat serenum, quietatem sponse sue, succe-
dentibus turbacionum fluctibus agitate, oculo clemenciori ex alto respiciet, nec
ferendam tamen sui nominis iniuriam diutius tolerabit. Propterea eciam synodus
posuit in domino spem suam et ~~posuit~~ factus est protector eius, nec mentem suam abstulit,
quin eciam adversitatibus quibus congrua apposuit remedia, premissis
quidem gravibus calamitatibus et crudelibus persecucionibus adversus ecclesiam
ipsam. Et antea eius extatuit eadem sancta synodus spiritus paracliti
erit ad electionem novi pastoris et Romani presulis pontificis, quem se appo-
neret summum pro domino ipse. Que quidem electio tandem cum solempnitate congrua
in eadem synodo rite et canonice celebrata, extitit de persona sanctissimi
Felicis quinti tunc Amedei ducis Sabaudie ad eremum secedentis in solitudine
Rippalie Gebennensis diocesis in humilitatis spiritu domino famulantis, prout in de-
creto tricesime none sessionis dicte synodi super hoc confecto plenius conti-
netur, cuius tenor talis est. Sacrosancta generalis synodus Basiliensis etc. Deinde prout
premissum est ut supra in sessione immediate precedenti. Post cuiusquidem decreti
publicacionem, prefata sancta synodus dilectissimum ecclesie filium Ludovicum tituli
sancte Cecilie presbiterum Cardinalem Arelatensem vulgariter nuncupatum de latere et alios
legatos et oratores suos, videlicet plerosque episcopos abbates magistros doctores
quoque divini et humani, nobilem virum Johannem comitem de Dyersten
protectorem dicte sancte synodi imperiali auctoritate deputatum, certasque gentes
ac ceteros milites ad eundem electum transmittendum duxerit, ut ipsi sibi elec-
cionem prefatam presentarent et consensum eius exposcerent et exigerent, prout forma
in decreto tricesime septime sessionis prefate synodi statuta et ordina-
ta. Quibus quidem legatis et oratoribus in prefati electi presencia constitutis, ipsum
quoque constituto sibi die vero mensis decima septima octobris anno a nativi-
tate domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono, decreto electionis
predicte ex parte eiusdem synodi supplicarunt premissa instancia per repetitis
vicibus requirentibus, quatenus pro consolacione ecclesie dei, secundum formam hiis
temporibus adversitatibus et tribulacionibus constitute, electioni huiusmodi annuere
et consensum prebere, aliaque ad que iuxta decretum tricesime septime sessionis
huiusmodi tenebatur facere et adimplere dignaretur. Quidem electus tunc in
magna ut dicebatur spiritus amaritudine constitutus et merore conspersus,
ut suum desiderium quietis, cum sub sua contemplacione, deposita tempora-
lium negociorum cura, vitam celestialem in solitudine predicta exerceret, et
humane condicionis infirmitatem oneris et laboris magnitudinem refugerat,
tamen considerans ecclesie auctoritatis et reipublice necessitatis impelleret, et licet
diutius trepidaverit ignorans quid consultius ageret in premissis, post multipli-
ces saltem cum quibusvis personis habitas consultaciones timens, sicut dicebat,
ne ipsius sic ad commodum ecclesie et reipublice ministerium exigente vocatus
contradictionis vel dilacionis diuturne contra se indignacionem provocaret et gravio-
re

[left margin: // cum] [right margin: // necessitate]

forsan dispendii in ecclesia dei occasionem inducturus honoris aut
temporalium rerum cupidine ductus sed obsequendi cupiditate impulsus et
affectu publice salutis procurande in humilitatis spiritu tanti oneris sar-
cinam in humeros suos suppositum et se apostolice solitudinis iugo submisit elec-
tionique de eo facte generalibus sacris decretis quoque latinis etiam infra statutum ad
hoc in decreto tricesime septime sessionis huiusmodi terminum ad laudem
dei omnipotentis devote consensit et humiliter annuit ac per dictum cardina-
lem quo nomine vocari vellet nomine interrogatus et more ecclesie romanorum
pro tempore pontificum electorum Felix nomen dixit eligendum mantello et capu-
tio quibus tunc utebatur depositis etiam generalibus sacris professionem
iuxta prefate tricesime septime sessionis constitutionem ad formam emisit
et manu propria eam subscripsit die et anno supra ibus expressis cuius quidem
professionis tenor talis est.

Iuramentum per papam prestitum

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti.
Ego Felix electus in papam omnipotenti deo cuius ecclesiam suo presidio regendam
suscipio et beato petro apostolorum principi corde et ore profiteor quod dum in hac
fragili vita constitutus fuero me firmiter credere et tenere fidem catholicam
secundum traditionem apostolorum et generalium conciliorum et aliorum sanctorum
patrum maxime autem sanctorum octo conciliorum universalium quod primum Ni-
cenum secundum Constantinopolitanum tercium Ephesinum et quartum Calcedonense quintum
et sextum item Constantinopolitanum item Nicenum octavum quoque Constan-
tinopolitanum necnon Lateranense et Lugdunense Viennense Constan-
ciense et Basiliense generalium etiam conciliorum et illam fidem usque ad
unum apicem inmutilatam servare defensare et predicare ritumque pari-
ter sacramentorum ecclesie traditum omnimode prosequi et observare polli-
ceor et fideliter laborare pro unione fidei catholice et extirpatione heresum
et errorum reformatione morum executione et observantia decretorum con-
stanciensis et basiliensis conciliorum ac precipue in [illegible] de
celebratione conciliorum generalium et confirmatione electionum iuxta decretum
sacri basiliensis concilii. Hanc autem professionem meam manu propria subscripsi
et vobis omnipotenti deo cui in die tremendi iudicii redditurus sum de hoc
et aliis meis operibus rationem pura mente super altare offero. Quam in primo
publico consistorio solempniter repetitur. Quibus peractis cardinales
aliique legati et oratores predicti iuxta commissionem et potestatem eis traditam
ipsum electum depositis sibi indumentis consuetis per traditionem vestis albi
coloris et anuli de papatu investierunt ac alba pluviali ceterisque ornamentis
ornamentis papalibus congruentibus induerunt et in cathedra posuerunt
ipseque cardinales aliique episcopi et ceteri prelati principes comites baro-
nesque et nobiles reverentiam et obedientiam romanis pontificibus exhiberi soli-
tam sibi exhibentes in processione solempni cruce precedenti ... more

perpulit et duxit ad ecclesiam monasterii sancti Mauricii ordinis sancti
Augustini in dicta solitudine constituta precedentes, et tunc ipse electus
fuit altari prostratus devotavit deum oravit et ympnum Te deum laudamus
decantatione finita, et post eius et aliis suffragiis, et electa collecta consueta
per dominum Cardinalem dictis eiusdem electum intronizaverunt ipsumque super
altare manibus dicte ecclesie elevantes, ipse quoque electus, assistentibus ibidem,
solempnem benedictionem dedit et indulgentias concessit, in aliis omnibus decen-
tibus et congruis solempnitatibus observatis. Que quidem premissa omnia
per notarios publicos, et decem ad hoc specialiter requisitos testibus, plerisque
prelatis principibus Comitibus Baronibus nobilibus magistris doc-
toribus et aliis insignibus et notabilibus viris ibidem presentibus gesta
fuere prout in instrumentis publicis, quorum tenores apud sanctam Synodum
presenti decreto licet et haberi vult pro sufficienter expressis, plenius continetur, pre-
fata igitur sacra Synodus que electionem felicis tunc Amedei, huiusmodi
eius solempni decreto cunctis christifidelibus publicatam, eiusque consensum
per eundem electum dicte electioni prestitum, ac suum aplacitus acceptationem
tam consensus, prestatione professione investituram et entroni-
sationem gratas et ratas habens, auctoritate universalis ecclesie ex certa sciencia
approbat et confirmat, decernens et declarans, eidem electo tanquam summo
vero et indubitato ecclesie Romane pastori ab omnibus christifidelibus de ne-
cessitate salutis obediendum fore, ac debere obedire, ac eisdem christifidelibus
de ~~necessitate salutis obediendum~~ fore, quatenus etsi imperiali Cardina-
latus patriarchatus pontificali Abbatiali seu alia quavis ecclesiastica
vel mundana dignitate prefulgeant aut principatus ducatus mar-
chionatus Comitatus seu cuiusvis alterius dominii titulo poti-
antur, necnon Civitatum Comitatibus ac opidorum villarum ac stu-
diorum quorumlibet communitatibus et ecclesiarum tam metropolitanarum
aliarumque cathedralium quam collegiatarum Capitulis et monasteriorum
Conventibus, necnon ordinum mendicantium generalibus ministris et pro-
vincialibus ac quibuscumque aliis cuiuscumque dignitatis, preeminentie, gradus
ordinis vel conditionis fuerint, sub obtestatione divini iudicii, necnon
excommunicationis suspensionis ac interdicti ac privationis omnium dignitatum
honorum et officiorum ecclesiasticorum et temporalium iurium quoque feudorum et
beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet penis, quas et alias iuris penas
Cardinales patriarche episcopi archiepiscopi Abbates, generales ministri et provin-
ciales magistri et doctores, capitula conventus, ceteri quoque supra nominati
et alii ecclesiastici quicunque mandatis huiusmodi inobedientes, seu in ali-
quo contravenientes, ipso facto incurrant. Ad ipsas penas contra re-
ges principes duces marchiones Comites Barones milites et
alios dominos temporales et seculares personas quascumque, qui similiter inobe-
dientes et rebelles fuerint, ipsa sancta Synodus seu ipse Felix sua apostolica
auctoritate procedere curabit iusticia mediante auctoritate dei omnipo-
tentis et eiusdem universalis ecclesie precipit atque mandat quatenus eidem electo

vero et indubitato dicte sancte Romane ecclesie pastore reverenter inte-
nentur, obediant et intendant. Et insuper omnia et singula indulta,
litteras, processus et similes censuras et mandata premissa per Gabrielem olim
Eugenium papam quartum, qui tamquam scismaticus, hereticus et aliis diversis
criminibus quibus ecclesiam incorrigibiliter scandalizabat irretitus ab
omni honore et dignitate papali per prefatam synodum iusto iudicio de-
positus et amotus extitit, seu eius auctoritate quomodolibet concessa, promul-
gata de facto et que in premissis obviare possint, prout sunt cassa, irrita
et inania, nulliusque roboris vel momenti, fore decernens pronunciat et de-
clarans, committens Christi fidelibus supradictis super prenominatis et aliis in
decreto deposicionis et amocionis dicti Gabrielis, quod incipit Prospexit
dominus de excelso sancto suo, contentis, utpote fautoribus scismatis et
heresis et aliis ecclesiasticis penis, quas contra fautores et rebelles ipso
facto incurrant, inhibibit ne prefato Gabrieli sic deposito et amoto eorum-
que eiusdem mandatis, nunciis et litteris ac eorum execucionibus processibus sentenciis
et censuris premissis quomodolibet obediant, pareant seu ea exequantur aut exequi
faciant seu procurent, vel eidem Gabrieli seu nunciis mandatis litteris et
premissis processibus sentenciis et censuris suis huiusmodi utentibus vel ea exequen-
tibus assistenciam, auxilium, consilium vel favorem prestare presumant,
decretis aliis eiusdem synodi in suo robore nichilominus duraturis.
Datum Basilee in sessione nostra publica in maiori ecclesia Basiliensi sole-
mpniter celebrata iiiio kalendas marcii anno a nativitate domini millesimo CCCC XL°

Sessio quadragesima prima

De pretensa sentencia Gabrielis olim dicti Eugenii contra beatissimum dominum Felicem
et omnes huic concilio adherentes

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata u. e. r.
ad perpetuam rei memoriam. Licet, sicut sacrorum canonum apostolice testatur
auctoritas, contendentibus de ecclesia et ab ecclesia dei precisis
nulla super catholicos iudicandi sit attributa nec permissa potestas, ac fi-
delibus christicolis quemquam illorum communio sub gravissimis iuris divini
et humani penis sit penitus interdicta, quia tamen invalescente hominum
malicia et humani generis inimico omnium heresum satore procurante, plerumque
non nulli tales dampnati sic suos obdurant animos in sua pertinacia
gloriantes, et simplices ecclesie ac deo devotos sub premisso colore sue iudicialis
libelli scandalis et deceptionibus plenis in commissa afficere et perturbare non ve-
rentur non solum debitum sed et eciam reputacionis, ut contra dampna-
biles huiusmodi conatus debita ordinemus antidota, digna quidem causa disso-
contra talium fautores armis concitamur. Super siquidem dudum Gabriel
olim Eugenius papa quartus multiplicatis multiplicia et enormia crimina
simplicem eciam dei scandalizancia, que adeo notoria erant quod nulla
tergiversatione celari poterant, perpetravit et eciam dei audire ac precepta
statutis et ordinacionibus sinodalibus contempnens, licet sancta synodus
convictum et iudicatum, ut impia eius perderet correctio, debita eius pravitas

scissio, propterea quamvis in longanimitate patientia et mansuetudine, per plures
menses a monitiones expectaverat eiusdem, ut salutarem emendationem et
divinum preceptum efficeret, tandem eum amplius differre non posset, tamquam fi-
dei catholice et saluti commisse christiane religionis sua auxilia sponsus pati-
ti provide eadem sancta synodus in sessione publica Basilee vij° kalendas
Julii anno a nativitate domini Millesimo quadringentesimo tricesimo nono solempniter celebrata
prefatam sententiam inter alia, dictum Gabrielem fuisse et esse notorium et manifestum
scismaticum et hereticum, ac diversis aliis criminibus commissis, etiam scandalis talibus
incorrigibilem, eundemque extra a papatu et Romano pontificatu ipso iure privatum esse
declaravit et pronunciavit, ac ipsum ab eisdem amovit et deposuit, inhiben-
do singulis christifidelibus sub gravissimis penis, ne expressis, ne eidem
Gabrieli sic privato et deposito, tamquam summo pontifici obediant parerent
vel intenderent, aut eum quovismodo sustinerent vel receptarent, aut
auxilium consilium vel favorem prestarent, prout in sententia et decreto inde desuper
confectis plenius continetur. Cum autem sicut accepimus quedam fa-
mosa scriptura scandalosa iniuriosa scismatica a fide devia et heretica,
quam ipse sententiam diffinitivam appellat, que incipit: Etiam sanctorum patrum
sententiam etc. per quam dictus Gabriel inter alia sanctissimo domino Felici
quinto in Romanum pontificem electo, vero canonico et indubitato constituto
et eiusdem Felicis quinti electoribus per hoc sacrum concilium cum debita matu-
ritate et prudentia circumspectis, adhuc tunc ordinatis, ac aliis qui in Con-
clave pro electione Romani pontificis in hac sancta synodo ingressi fue-
rant certe, et in ea intraverunt, eis quod credentibus et adherentibus convicia
plurima et turbationes in suis personis dignitatibus, beneficiis et rebus
terrena temere et calumpniose inferre molitus est, detinendo et declarando
eos fuisse et esse dignitatibus, beneficiis ac officiis suis privatos et inhabi-
les ad eadem, licet de facto nomine ipsius Gabrielis emanavit, et publi-
cata fuit contra sacras ecclesie et dicti Felicis quinti ludibrium dedecusque et contemptum.
Nos attendentes quod scriptura illa ad decipiendum simplices tendit, quorum dampnum anima-
rum, et ne ex dicta scriptura prefata, per quam idem Gabriel se pertinacius
obduratum ac magis et magis hereticum et omni crudelitate repletum
comprobat, incipiat fidelium in hac re seduci aut turbari contingat, hec sacro-
sancta synodus, ut tenetur, simplicium saluti providere, prefatam scripturam aut
quodcumque contra secutum est, declarat fuisse et esse omnino irrita et inania nul-
liusque debere ac debuisse sortiri effectum, seu nocumentum vel notam afferre cuiquam
nec quodlibet attulisse, ipsam quod contenta processerunt de facto et que in posterum
sequi possent in irritum revocat, cassat et annullat. Inhibet quoque man-
dat et precipit omnibus et singulis christifidelibus cuiuscumque status gradus
ordinis dignitatis vel condicionis existant, etiam si imperiali Regali
Ducali Cardinalatus patriarchali Pontificali seu alia quavis eccle-
siastica vel mundana prefulgeant dignitate ac Civitatibus communitatibus

Comitatibus villis opidis castris et collegiis quibuscumque sub sententie suspensionis et hiis ac excommunicationis, quo ad singulares personas, interdicti vero quo ad Civitates communitates Comitates villas opida castra et Collegia predicta necnon privationis omnium et singulorum dignitatum beneficiorum officiorum privilegiorum et honorum Ecclesiasticorum et mundanorum, ac inhabilitationis ad eadem aliisque in dicto et ceteris iuris decretis contentis penitus penis, ipso facto contra facientes et rebelles ipso facto incurrere volumus, ne scripturam et in ea contenta huiusmodi acceptare, publicare, approbare seu defendere aut eisdem quomodolibet consentire nec favere vel eis obedire seu ea attendere seu observare aut eorum seu quorumlibet premissorum premacionibus ac processibus inde secutis etiam quasitinus censuris contentis per ipsum Gabrielem dampnatum factorum aut in posterum forsan faciendorum forsan, pretextu dignitates beneficia personas vel bona, felicis quondam electorum [illegible] et aliorum in eadem premissa scriptura quomodolibet impetrare, vel occupare, invadere perturbare vel detinere, aut ipsos impetentes invadentes perturbantes capientes vel detinentes ad possessionem eorum, seu alias se recipere admittere seu eos in illis sustinere, aliasque ipsis ac dicte scripture, et in ea contentis aliisque premissis assentientibus et illis utentibus, seu ea publicantibus et defendentibus, auxilium, consilium, vel favorem prestare quoquomodo audeant vel presumant, necnon premissa contra in eis est contentionem demandare permittant. Datum Basilee in sessione nostra publica in Ecclesia maiori Basiliensi solempniter celebrata, xo kalendas Augusti Anno a nativitate domini Mo CCCCo xxxx. Lectum in sessione generali per Reverendum dominum Episcopum in Monte regalis sabbato xxiii mensis Iulii.

Sessio quadragesima secunda

De provisione quinte et decime partis denariorum omnium dignitatum beneficiorum etc. domino

Sacrosancta generalis synodus domino felici pape quinto Basiliensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans Ad futuram rei memoriam. Inscrutabili divine altitudinis providencia ad extollendum et conservandum domini gregis agrum in convocatione sancti spiritus adornata que multiplicatos nobis incumbentes sollicitudines, illa nos cura propensius angit et urget, ut que pro extirpatione religionis augmento ac rei publice utilitate per nos summo studio edita sunt et decreta, exitum debitum et firmitatem valeant adimplere et ut Romanus pontifex decretorum huiusmodi executor et conservator precipuus, ea tanto amplius tutato atque liberius persequi possit et manum tenere, ac alias felicis regimen ecclesie dei ardenius intendere, quo congrue provisionis auxilio intus sim statutus exigentiam ab omnibus etiam suffultus incumbentium sibi et suis expensarum onera expensarum gravissima, commodius et felicius conspexerit posse supportare. Verum cum sanctissimus dominus noster Felix papa quintus ad summum appellatus apice assumptus vel mundanorum virum cupiditate, eius patrimonium beati Petri et terras Romane Ecclesie pro dolor per alios tirannide teneret occupatum, allectusque diuc

limitate resistere volens, et ecclesie dei unitatem in fluctuatione constitute
precompatiens, ingressus tanti oneris pro dei reverentia fidei conservatore, et [illegible]
ecclesie consolatione suis humeris suscipiens pro nostris delictis, decreta huiusmodi
cum omni humilitate suscepit, ea quoque et fidem catholicam observare et manu-
tenere pure et simpliciter iuxta mentem et tenorem eorundem professus fuit
ad prosecutionem totius boni rei publice et religionis sane, necnon de-
fensionem auctoritatis generalium conciliorum et decretorum predictorum affe-
ctibus sinceris anhelans, quamvis et importabilia expensarum onera
diversis et magnis ecclesie dei incumbentibus negociis, presertim pro executione
illorum sanctorum operum propter que hec sancta synodus congregata est, tam de
patrimonio beati Petri, aut aliunde nulla adhuc subventione sibi hactenus
suggesserit et pertulerit ac huiusmodi minima dietim subire preferre habeat
[illegible] considerans et sperans idem felix papa patrimonium huiusmodi et terras
ecclesie recuperare, paternoque dare potius domus conciliare attendens, etiamque quod
sancta synodus quia spiritualia sine temporalibus diu subsistere nequeunt, premissis
et aliis diversis rationabilibus et evidentibus causis permota volens etiam
quod in decreto sue sessionis duodecime, tercio idus Julii anno domini mcc
cc tricesimo tercio quod incipit sicut ~~inter~~ construenda domo etc. or-
dinatur, laudabiliter adimplere, hoc irrefragabili decreto, usque ad
quinquennium a die date presentium computandum, quintum et deinde ad aliud quin-
quennium continue proxime secuturum decimam denariam, iuxta valorem annui
secundum communem extimationem quorumcumque fructuum redditium et proventuum
primi anni et dierum et singulorum canonicatuum et prebendarum, dignitatum
personatuum administrationum, patrimoniorum, patrimonialium portionum et
aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura et sine cura secularium et regularium
cuiuscumque conditionis ordinis aut religionis fuerint et quocumque nomine
censeantur, etiam si dignitates ipse patriarchales archiepiscopales episcopales abba-
tiales, prioratus conventuales ac in metropolitanis seu aliis cathedra-
libus maiores post pontificales aut in collegiatis ecclesiis principales
ac elective fuerint a dicta die in antea, sive per obitum aut liberam seu ex causa
permutationis vel alias quomodocumque et qualitercumque preterquam per privationem
reformationis, aut resignationis simpliciter in foro conscientie seu per optiones
prebendarum in ecclesiis sibi illarum optiones fieri consueverunt, ubicumque
in Romana curia vel extra vacaturorum, oneribus eorumdem illis pro tempore
incumbentibus deductis et quottidianis distributionibus, necnon beneficiis
de hiis pauperum hospitalibus, in quibus hospitalitas actu tenetur,
leprosariis quoque et aliis in titulum beneficii concedi non solitis dumtaxat
exemptis et non exemptis, cuiuscumque dignitatis status gradus ordinis seu
conditionis existant, illa pro tempore possidentibus, aut fructus redditus et prove-
ntus huiusmodi ex statutis vel consuetudinibus, commendis seu alias per-
cipientibus pro una, infra sex et alia medietatibus infra alios sex menses
inchoandos post primum annum, sanctissimo domino felici pape quinto suis ve collectoribus

et Subcollectoribus per eum deputandis specialiter et in effectu persoluendis et per
alios leuandum exigendum et recipiendum eidem domino Felici pape pro sua ac Car-
dinalium et officialium predictorum pensione auctoritate vniuersalis ecclesie tenore
presentium reseruat constituit deputat et assignat statuit et decernit capitula quoque
Collegia et personas ipsis ad solucionem quinti et decimi denarii huiusmodi dicto domino
Felici pape eiusque Collectoribus et Subcollectoribus modo premisso faciendam fore
efficaciter obligatos Ita quod si infra vnum mensem a die quo Collectores vel Subcol-
lectores huiusmodi in ecclesia cathedrali sequentis vel decimi denarii huiusmodi ab
illius debitoribus recipere paratos obtulerint et publicauerint capitula conuentus predi-
ctorum sapientum in solucione huiusmodi defecerint negligentes seu remissi
fuerint, singulares persone excommunicationis, Capitula vero Conuentus et Collegia ecclesiarum suspe-
nsionis a diuinis sententias eo ipso incurrant a quibus quidem sententiis nisi ab aliquo
a nobis aut dicto domino Felice papa seu in illa vero dumtaxat committendum
preterquam in mortis articulo constituti, nisi prius de toto debito eis premittitur
denario eidem domino Felice pape quinto eiusque Collectoribus et Subcollectoribus
satisfecerint aut desuper cum eis concordauerint absolucionis beneficium nequeant
aut obtinere et si capitula Conuentus collegia et persone predicte excommunica-
cionis et suspensionis sententias huiusmodi per tres menses dictum mensem immediate
sequentes animo quod absit sustinuerint indurato extunc eorum ecclesie mona-
steria et loca ecclesiastica sint supposita interdicto tamdiu et quousque a sententiis ut
prefertur absolui et interdictum huiusmodi meruerint relaxari non obstantibus
quibuscumque constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis [illegible]
et consuetudinibus ecclesiarum monasteriorum prioratuum locorum et ordinum quorum
cumque iuramento confirmatione apostolica vel quauis alia firmitate roboratis innoua-
tis vel quauis gratiis graciis priuilegiis libertatibus exemptionibus et
concessionibus capitulis et conuentibus et Collegiis predictis ecclesiis
monasteriis prioratibus dignitatibus locis et personis in genere vel in specie
auctoritate factis et concessis etiam si de eis aut eorum totis tenoribus
in presentibus specialis et expressa mentio fienda foret et que quoad hec eis
nullatenus suffragari volumus ceteris quoque contrariis quibuscumque aut si capitulis
Conuentibus et per Collegiis et personis predictis communiter vel diuisim a
sede apostolica indultum existat aut imposterum indulgeri contingat quod ad solucionem
prestacionem denarii aut quorumcumque aliorum onerum vel subsidiorum non teneantur
et ad id compelli aut quod interdici suspendi vel excommunicari seu ipsorum vel
eorum loca interdici non possint per litteras non facientes plenam et expressam
ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi eorumque ecclesiis monasteriis dignitatibus
beneficiis locis personis et ordinibus predictis mentionem velit tamen et asserit
si [illegible] modo quod si aliqui racione regiminis vel prioratus modum pensionis huiusmodi
sibi non conuenire senserint aut allegauerint onerosam prefatus dominus Felix audite
aut eius personis prout racionabile ex parte videbitur conueniet et eo

cordare tunc eis possit. Et quia super eo, cum hec sit conventio antea concordata
fuit, eadem ipsa sancta synodus gratum et ratum proinde habet, decernit et declarat, ac si de
hac in presenti decreto plena et expressa mentio haberetur. Denique denarii predicti
exactione predicta, quotiescunque infra primum annum huiusmodi contigerit vacare dicte ecclesie
et eo durante, nisi semel duntaxat exigatur, nec quicunque ad illud solvendum amplius
teneatur. Insuper vult et decernit hec sancta synodus, quod si que capitula, collegia
et conventus ac ecclesie seculares necnon universitates cuiuscunque dignitatis status ordinis seu
conditionis existant, fructus, redditus et proventus annuos huiusmodi, ad aliarum ecclesiarum quo-
rum sive parte ex statutis, consuetudinibus seu privilegiis aut alias quovismodo
levare et percipere consueverunt, per hoc presenti domino Felici pape pro exactione huiusmodi
denarii nullatenus preiudicetur, districtius inhibendo capitulis, collegiis,
conventibus et personis ipsis, seu singulis et personis supradictis, ne illos nec alias
in preiudicium dicti denarii pro eo anno quoquomodo petere vel exigere audeant seu
presumant. Per hoc tamen hec sancta synodus capitulis, collegiis, conventi-
bus et personis predictis, communiter annum dictum primum exactionem ante supple-
tionem illos et alium pro ea parte que ab impositione denarii huiusmodi eos
defecerit, petere et exigere valeant, non vult nec intendit preiudicium generari. Preterea
cum in nonnullis nationibus consuetudine aput eos constituti fructuum ipsorum precium
per eos foret quantitate coram nobis allegaverunt, si cum ea denarium absque alia mo-
deratione exigi deceret et levari, hec sancta synodus, hiis et aliis bonis rationabilibus
causis emota, beneficia quecunque et qualiacunque in predictis nationibus consisten-
tia, iuxta valorem quem in marcharum argenti sibi communiter extimatorum eorum in partibus com-
munibus deductis, vero existentia, hoc decreto nullatenus includit, nec de
illorum fructibus, redditibus et proventibus denarium huiusmodi solvi levari
vel seu exigi decere decernit et declarat, volens et statuens quod si de vo-
calibus cum premissis quomodolibet hesitari contigerit aut contendi, collectores, collectores
et subcollectores huiusmodi, vinculo et hiis cui solutio denarii huiusmodi pro tempore
incumbit, aliam personam per discussione dignum dubii et contentionis huiusmodi
eligere, et si illas discordiam contigerit, loci ordinarius vel eius in spiritualibus
vicarius, seu officialis generalis, seu vero actione metropolitane vel cathe-
dralis ecclesie dubium aut contentio exortum fuerit, casu discordie huiusmodi
capitulum cum alia personarum sit electurum, dubium huiusmodi decidant. Et nichilominus quod per
quamcunque personam ac in casu discordie huiusmodi ordinarius seu eius vicarius et
capitulum predictorum fuerit et terminatum partes huiusmodi inde stare et parere
sine omni contradictione debeant et teneantur. Et ceterum hec sancta synodus
collectoribus et subcollectoribus denarii prefati pro tempore deputatis
sub obtestatione divini iudicii ac excommunicationis pena, quam contra
facientes incurrere vult eo ipso districtius inhibet, ne quicunque vel de denario
huiusmodi a personis pro tempore solventibus et dantibus preter cedule quitantie sue
liberationis pro ipsum de eo quod sibi solutum fuerit facere petere vel exigere au-
deant seu presumant, sed quod de competenti salario eis per cameram dicti
domini Felicis pape assignando contenti remanere debeant, decernit vult et ordinat
quod collectores et subcollectores ipsi sic in exigendo denarium huiusmodi

Modum obseruent quod persone de indebito quamuis eo minuto quecumque
cogerentur | ac propterea calices libri iocalia et alia ornamenta ecclesiastica | in nulla
tenus impignorentur | distrahentur | vel alienentur | voluit ante et decreuit
eadem sancta Synodus | ne personas sententijs predictis pro tempore illaqueate
vltra modum in absolucione obtinenda | ad eius remedio grauamen con
cessit quod prefatus dominus Felix papa quintus | Collectoribus et Subcollectoribus
ipsis vel alijs prout opus | et expediens videbitur | personas sic ligatas a
censuris huiusmodi absoluendi et interdictum relaxandi et tollendi | plenam
et liberam concedat facultatem | Teneantur quoque ipsi Collectores et Subcollecto
res solucione dicti denarij facta | Capitula | Conuentus et Collegia ac personas
predicta | a penis et censuris predictis | gratis et sine aliqua difficultate
absoluere | interdictum quoque forsitan positum similiter tollere et relaxare | Singulisque
absolucionis sublacionis et relaxacionis litteras | etiam sigillatas, si predicti eas
habere voluerint | etiam si pro maioribus simul subscripte ad soluendum vltra sextam
partem vnius floreni de Camera in illatis taxacionibus ascripti existant nihil persolui
Eos autem qui contra formam recommendacionis sue mente volunt ipso facto
post terminum a data decreti computandum assignato promissionis huiusmodi tenentur
minus et exigerit | Capitula quoque et Conuentus Collegia et persone predicte ad so
lucionem denarij huiusmodi racione dignitatum et aliorum beneficiorum predictorum
eorum in matricula vacatiuorum de certo cumulatas tenentur | detinendo ius
et similibus pressus penas suas et censuras quod et quas contra Capitula
Conuentus Collegia et personas huiusmodi ob non solucionem eorum subsidiorum post
decretum vacatiuorum pro quibuscumque etiam si pontificali dignitate prefulgeant siue
auctoritate sacri concilij et priuilegiis contingeret irritas et inanes
et inanes | quomodolibet in contrarium sciente vel ignoranter fuit attemptatum
Datum Basilee in Sessione nostra publica in ecclesia maiori Basiliensi
solempniter celebrata pridie Nonas Augusti Anno a natiuitate domini
millesimo quadringentesimo quadragesimo

Indulgencie festi visitacionis marie

Sacrosta gnalis Sinodus Basilien in spu sco legitime congregata vniuersalem
ecclesiam representans Ad perpetuam rei memoriam Inter assiduas militantis
tribulaciones et procellas quibus ipa dietim affligitur nulla singularis ornitati
fidelium maior iocunditas nulla exultacio plenior nulla iubilacio suauior
relicta quam ut dum creatorem nrm intimis precordiis diligentes eundem in sanctis
eius deuote glorificent per hoc enim et ipse dns qui graciam illis prestitit digne
collendam et eorum sanctorum pinciora erga nos redduntur patrocinia quod quidem
est singulariter agendum cum omni tpe benigniorem ac clemenciorem erga
nos diuinam pietatem expriamur propterea cum tot miserie et calamitates ircruant
que absque demeritis hominum non contingunt ad laudaciones et glorificaciones
sanctorum est procedendum Sunt quidem ipi sancti sancti qui apud diuinam maiestatem
pro nobis intercedunt quique nimam suppeticie hominum implorantes quamuis
genus ab imminentibus malis et infirmitatis periculis preseruet Inter ceteros
aut que ad celestem regem aut pro nobis interpellat et quamuis genus reconciliat
principatum obtinet virgo maria ad gloriosissimam illam et omni laude dignissimam
dei genitricem virginem mariam est recurrendum que et quanto altior existit
tanto humilior ad nos respicit omnes ad se trahere cupiens pro quibus in
vtero saluatorem gestauit Hec apud deum quem ipa peperit sedula pro nobis
interpres nos iuuat nos tuetur nos protegit nos exaltat Hec omnibus
qui ad eam recurrunt promptissimum exhibet presidium Hec iniquitates
habundancie vincit Hec tristicie profunditatem extimat Hec meroris
tumulum deprimit hec omnes velud aurora exurgens tenebrarum effugiat
densitatem Huic igitur sanctissime virgini et si plures dies veneranda maiorum
prima antiquitas consecrauit illum tamen diem absque celebri festo preterire non
queunt que virgo eadem beatissima celesti edocta nuncio ex spu sco dicte
ascendens cum festinacione in montana ciuitatem zacharie domum intrauit
et grauidam precursoris pondere cognatam visitans non minus suam quam
fructuoso salutauit obsequio quis omni deuota fidelium turba diem
hunc absque singulari iocunditate transibit qua matres ille gloriose
totius nre salutis ferentes primordia tam familiariter introse exul
tarunt quo diem hunc sine speciali gaudio decurrendum qua virgo excellentis
sima de stirpe dauid maria et veneranda inter filias aaron elizabeth
inuicem colloquuntur quarum altera creatorem suum et saluatorem nrm altera
precursorem Iohannem gestat in vtero Quo die hunc non magnis prosequitur
honoribus quo solo inter omnes ille miraculo matres affecte maria et
elizabeth diuina inter se commemorant misteria Felix illa visitacio et ma-
gnis diuine gracie splendoribus illustrata quod tales et tante matres in
vnum affuerunt quarum altera virgo ex spu sco et sterilis altera et in
senectute concepcerat et vtriusque partus celesti nuncio sunt premonstrati
Felix ille dies quo Iohannes adhuc maternis inclusus claustris veniente

ad se dnm in marie utero veneat. Felix illa dies quo repleta spu sco eliza
beth conceptu filij dei et saluatoris hom gratulatur / felix illa dies
qua prophetans elizabeth btissimam dicit mariam que credidit et reuelata
sibi misteria pandit / Felix denique dies illa qua repleta ineffabili ga
udio mr dom maria in corde suo conferens que prius ab angelo et
tunc elizabeth perceperat in canticum et laudem dni prorupit nunc ad
mirabilem dei potentiam qui respexit ad humilitatem ancille sue collaudat
nunc magnitudinem opm eius glorificat / nunc refert miam eius que
a progenie in progenies super se timentes defendit omnem iusticiam qua
superbi eiciuntur et humiles exaltantur magnificat nunc promissionem
abrahe et semini eius factam et iam tunc completa commemorat ac quod se
btam oms generaciones usque in consummacionem seculi dicerent diuina inspiratione
prophetauit eandem quam prophetiam satis uidemus magis magisque adimpleri
Quis igitur huius sollempnitatis leticiam satis poterit explicare / quis tanta
huius diei misteria cum dignis laudibus prosequatur. Quis gaudia
huius diei sufficienter exponat dum Joh nondum natus exultat elizabet
aduentu uirginis colletatur maria in misteriis gaudet clausus in utero
a suo recognoscitur precursore iubilant angeli circumstantes. Celum et terra
iubilant letatur et tota trinitas nouis laudibus glorificatur. Hec igitur
magnitudo spiritualibus est extollenda preconiis hec singularibus solen
nitatibus celebranda hodie et dnm qui gestatur in utero et uirginem que
portat et sterilem que concepit et precursorem qui uisitatur condecentibus de
bemus prosequi honoribus hodie qui tribulati sunt mariam implorant hodie
mariam adeunt que gaudiorum huius diei maior non solum supplicantes
exaudiet sed sicut pro sua singulari clemencia consueuit supplicacionem
eciam uolentium preces preueniet. Hec autem considerans hec sca synodus
quam in hoc tpe prochdolor tota xpianitas in laboribus et angustiis con
stituta cernatur. Cumque fere ubique diuisiones et bella per humani generis ho
stem introducta uigeant et ipsa etiam ecclesia uniuersalis non mediocriter
ultra solitum fluctuat et agitatur procellis / dignum quidem censuit sollempni
tatem huius diei que congrue uisitacio btissime uirginis appellatur in singulis
xpianorum ecclesiis celebrari et honoratam in hac celebritate per preces et de
uotas fidelium mentes ad uotata generis humani consolacionemque mater gratie
et omnis consolacionis sacratissima uirgo maria benedictum filium suum iam iniustas
hominum pietas assiduis sua intercessione conciliaret pacem et utilitatem fideli
bus largiatur Ideoque statuit et decreuit hec sca synodus ad honorem
ipsius uirginis dei genitricis / ut sicut festum Resurreccionis Ascensionis
Penthecoste Corporis xpi Johis bapte Petri et pauli aplorum ac deinceps
solennitatibus et aliorum festorum octauas habentium per singulas xpia
norum ecclesias quolibet anno VI nonas Julij festum huiusmodi uisitacionis gloriose
uirginis marie celebretur. Hoc igitur solempne festum amplectantur xpifideles
et omnis qui btam uirginem singulari deuocione prosequuntur / festum in hac solen
nitate sue exultacionis congaudeant quod ut celebrentius in diuinis honorent
officiis quo se magis ac magis spiritualibus muneribus uideant refectos
Eadem sca synodus omnibus xpifidelibus qui matutinis processionibus

nonn

in sermonibus missarum solemnijs vel primis aut 2is vesperis huius gloriose festiuitatis
interfuerit pro vnaquaque dictorum officiorum auctoritate omnipotentis dei centum dies de
iniunctis sibi penitentijs misericorditer elargitur Dat in sessione nostra publica
in ecclesia maiori Basilien Anno domini etc xli

Epistola concilij Basilien

Sacrosancta Synodus etc Dilectis ecclesie filijs presidentibus ceterisque con
siliarijs Regijs parlamenti Parisius existentibus Salutem et omnipotentis
dei benedictionem Contemplantibus nobis ecclesie sancte dei qua volente domino defen
dendam suscepimus dolores acerrimos etsi sepenumero cor nostrum amaritudine
sauciat recipimus tamen spiritum leticie et exhilaramus faciem quotiens intueri
et probos et fortes viros amatores equi et honesti circumstare conspici
mus nouissimisque fatim hostiles et prophanas erroris in eo concurrentes turmas
cum plurimos veritatis zelatores partem ecclesie sancte dei fouere conspicimus
Inter quos dilecti filij et nos laudem non modica mereri arbitramur
pro ea animi et fidei integritate quam in hijs caliginosis temporibus ob
tinetis Ita ut quamquam multo domino inualescat tenebrosus error lu
cidis oculis cognoscatis veritatis sedem et intelligatis quibus artibus
perditionis alumpni oculos simplicium fascinare moliantur Nam enim
clarius est aput fideles et xpicolas veros prestancia et dignitate ecclesie
quid proximius quid consequentius ad illas quam sacrorum generalium conci
liorum auctoritas In quibus fortis ecclesiastice disciplme neruus consistit
profecto tanto manifestius disseminata falsitas se denudat quanto
antiquior et grauior ipsius katholice veritatis supereminet maiestas Ita
quod licet possemus deuotiones vestras longioribus persuadere argumentis
et veluti quibusdam tubis ad arma sumenda concitare confidimus quod zelum
religionis xpiane adeo continuare studebitis quod splendore vestre fame
aliquid superlatiuum hoc in tempore adicere intenimi scientes patrantes opus
quo nullum sanctius existat studet multi prodesse sibi vulgare nomen de re
publica mereri optime sed cunctisque virtutis amor insitus est constat neque
cum ad quod ubi manus apposuerint non modo terrarum laudes et bea
titudines sed celi gloriam amplectitur eo enim loco sita est ecclesia ut auxilium
expectet ab omnibus caris suis explorareque videatur in hoc sue necessitatis
tempore qui sibi fidelia prestabit obsequia Ergo dilecti filij vos iuste ex
hortamur et monemus ut quanto xpianam fidem vereremini tanto vos ecclesie
vniuersali deuotos exhibeatis habentes illam sanctam pre oculis dilectorum
ecclesie filiorum doctorum et magistrorum vniuersitatis Studij Parisien nuper
captam conclusionem qua recognoscit huius sancte Synodi ipsius continu
acionem et progressum approbantes prout per diuersorum litteras gaudentes ac
cepimus Meminneritis denique in operibus mundi nichil altius esse et
quod in terris factum mercedem immortalem capit in ceteris quale autem sit
illud predicamus vos fidem seruetis ecclesie dei auctoritati inhereatis illam con
seruantes et augentes possetenus scitoteque certum locum tandem tribuendum
esse vobis cum xpo qui diligentes sponsam suam intemeratam diliget in fine Dat B

Amedeus dux Subaudie

Sacrosancte generali Synodo Basiliensi in spiritu sancto legitime congregate et humilis et
devotus Amedeus dux Subaudie decanus militaris solitudinis
Ripallie recommendationi supplicem et devotam. Obductus stupore moyses
conspicatus sacratissima diu rubus arderet nec combureretur et solutus
esse calciamentum pedibus eius quia locus que calcabat terra sancta erat
quamvis enim responderet domine assum non tamen illum audebat respicere desursum
qui tamen ovens ex alto visitans visitavit vos et vidit omnia que acci
derunt vobis ut ambuletis viam trium dierum per solitudinem et ymoletis
domino deo salvatori nostro ihesu christo filio suo unigenito qui de summis
celorum fastigiis sua ineffabili clementia ad yma descendens terre za
bulon et populis qui sedebant in tenebris lucem infulsit exinaniens se
metipsum ut prothoplasti lapsum deleret prava et aspera in plana
reduceret ac mirabili transformatione sua discipulos eius in faciem
collapsos timoreque valido contusos nube lucida obumbraret
Nequid forte antique latentis energie aut caliginis condense in hua[n]d
genus proprio sanguine suo redemptum retorqueret aut recidivo mortis
piaculo vergeret dissipavit excelsa contrivit statuas succendit
lucos zeloque zelans servos suos vos deduxit in montem oreb que ac
quisivit dextera eius in medio vestrum stans ut rectas faciatis semitas
vestras quas cohortes saluberrima sicut lex vite die hesterna venerent
recepte profitentur. Novissime his diebus domini de capitibus et summi
pontificis canonica electione tanta sanctimonia tantaque modernarum
rerum et temporum circumspecta indagine tractaretis in me virum satis iam
etate valitudinarium corpore effetum humanarumque negotiationum
secessum querentem ut in ea deo acceptum mentibus postea vestrum satisfa
ciente et ad tantum onus ferendum capace placuit voto unanimi
concurrisse verum licet rem ipsam celestis fastigii nutu divinoque nu
mine cui supplices referende sunt gratiarum actiones prodisse non sit hesi
tandum quia tamen supreme sublimitatis culmen attingit et ceteros hu
manis imparibus meritis antecellit probare debet seipsum homo
primusque de pane illo tritico sine fermento edat et de calice bibat ut
sit nova conspersio tibi azimorum potusque letificationis non amarus
botrus sed vitis vera fel de suburbana gomorre non paritura Sin
his igitur omnibus seriosius explicandis solemnis legationis vestre
salutiferi cetus adventum iuxta tante rei exigentiam parati et decentiam
prono tremulique animo prestolari paratus ferventer illo qui sponsam
suam immaculatam usque in consumationem seculi nullo divortio relictura
in capite et in membris temerariis conatibus interdum collidendam solidare
et solidatam defensare dignetur. Datum in ede decanali Ripallie xviii
mensis Novembris anno domini etc. xxxix





Sessio xlv.

acrosancta Synodus Basiliensis Generalis in spiritu sancto legitime congregata univer-
salem ecclesiam representans ad futuram rei memoriam. Desiderante Ezechias rex ut fieret
pax et veritas in diebus suis, Et nos desiderio desideravimus ut pax et unio
ecclesie in diebus nostris hoc sacro durante Basiliensi generali durarent. Verum cum ex plurimis
impedimentis que dietim ingeruntur et in futurum succrescere possent
formidetur ne pax et unio huiusmodi desiderate in hac Civitate Basiliensi
fieri aut actus conciliares libere exerceri valeant, volentes propterea casibus
futuris providere ac ut sedes et auctoritas generalium Conciliorum univer-
salem ecclesiam representantium illibate permaneant, et quod unio et
pax valeat ecclesie dari tutius immo ut commode celebratio generalium Conciliorum,
attento quod iam sanctissimus dominus Felix papa quintus premedas nunc-
tasium pro futuro Concilio nominavit inclitam Civitatem Lugdunensem
in partibus Galliarum. In hoc quod satisfacientes decretis sacrorum
Constanciensis et Basiliensis huiusmodi generalium Conciliorum dictam Civitatem
Lugdunensem quam experientia docuit generalium Synodorum hactenus
in ea celebratarum accommodam ydoneam reputamus tenore presentium
in nomine sancte et individue Trinitatis pro futuro proximo celebrando
de Concilio nominamus deputamus et assignamus. Cumque immineat urgen-
tissime cause ut in brevi fiat alterius generalis Concilii cele-
bratio, propterea statuimus et ordinamus ut infra triennium a data presen-
tium deputatum generale Concilium in prefata Civitate Lugdunensi
celebretur, decernentes quod Cardinales patriarche Archiepiscopi
Episcopi prelati seu ceteri alii seu qui ad generalia Concilia de iure
vel consuetudine convenire debent in termino premisso ad dictum locum
accedere teneantur, dummodo post dissolutionem huiusmodi Concilii hic
vel alio in loco continuati restet unus annus ante huiusmodi termi-
ni finem. Volumus etiam et specialiter concedimus quod predictus terminus
futuri celebrandi Concilii abreviari valeat per sanctissimum papam Felicem
per premissa ante et si rerum emergentibus aliud videbitur non debeat.
ad maiorem tamen rerum manifestationem declaramus quod non intendimus
nec volumus hoc sacrum generale Concilium Basiliense dissolvere
aut dissolutum quomodolibet esse censendum, quinymo in hoc loco conti-
nuandum fore et continuari debere. Dum tamen plena et integra
libertas atque securitas ibidem salviconductus per inclitam Basiliensem
Civitatem nobis et eidem Synodo concessi serventur illese. Atten-
dentes quod si aliquid fieret impedimentum quominus in hac Civitate
Basiliensi cum pro rerum consuetis actus Conciliares libere exerceri
possent aut libertas seu securitas et salviconductus huiusmodi non
servarentur quibus casibus seu eorum aliquo quod deus avertat

advenientibus super quo stari volumus arbitrio seu attestacioni dilectissi-
morum Cardinalium et venerabilium episcoporum aliorum quoque dilectorum ecclesie filiorum
per nos hodie deputatorum aut maioris partis eorumdem pro tempore
presencium cum subscripcione eorum unde super conficiendo instrumento publico
et sigillis eorumdem muniendo continue prout convenit. et convenit
prout continue hanc sanctam Synodum presentis continuatam ab hac
Civitate Basiliensi ad Civitatem Lausanensem eiusdem utique
provincie bisuntinensis locum habilem tutum et ydoneum ad ge-
neralis Concilii celebracionem In nomine patris et filii et spiritus sancti
tenore presencium transferimus et translatum esse decernimus cum eisdem
modis formis qualitatibus et ordinacionibus cum quibus in hoc
loco Basiliensi continuata fuit ac sancte decreti Datum Basilee in
nostra publica sessione in Ecclesia maiori Basiliensi solemniter
celebrata xvii kalendas July Anno a nativitate domini millesimo
quadringentesimo quadragesimo octavo :

Medrubricam

Sacrosancta Synodus Lausanensis in spiritu sancto legitime congregata
universalem Ecclesiam representans presidente in ea sanctissimo domino
Felice papa quinto ad futuram rei memoriam Dominus attestatur ser-
mo. quod ubi spiritus domini ibi libertas. libertas namque agendi que
suadet spiritus domini cuiusmodi illa sunt que agunt Synodo per agu-
tur quia ita fieri decet et asserendo quam prodest et a patribus ibidem
congregatis dicit enim visum est spiritui sancto et nobis Actionibus
igitur Synodalibus permaxime est debita libertas propter quod si de
libertate universitatis posito impedimento assit publica secularis
potestas ne libere cuiusmodi actiones spiritus locus ille a patribus reli-
quendus est sicut nos instruxit discipulos Salvator in quacumque
intrassent civitatem si non reciperet eos nec audiret eorum sermo-
nes quod exirent foras de civitate illa ut agminibus recedebat
intelligens non discipulorum temporali lucro sed eorum fructui ecclesie
et utilitati in eam Civitatem convenisse Synodo vel generali id
profecto aptum convenit Experiencia namque ab initio christiane re-
ligionis aperte nos docet patrum conventus ad Concilia cele-
branda fuisse honori atque glorie illis Civitatibus apud quas
generales Synodi celebraciones earum fine acceperunt Etenim quarum
nomina celebre reddunt per secula que in eis fiunt declaraciones fidei

qui virtus domini manet in eternum decreta quoque ibidem condita ad
perpetuam rei memoriam quemadmodum nomine generalium acceperunt apud gre-
cos Nicena Ephesiana Calcedonensis et Constantinopolitana Civi-
tates Apud latinos vero Romana Lugdunensis Viennensis et Constanciensis
alieque plures Sed et preter eciam carminum nomine laudum preconia atque
multiplex utilitas temporalis illis attestatur Unde novissimis
experti diebus quamplures Civitates desiderant apud se celebrari
generale Concilium offerentes Salvosconductus suos aliaque multa
accommoda ut in plena libertate apud eos celebracio fiat Concilii
generalis Item notissima eloquium translacionis Sancte Synodi
Basiliensis iustas et manifestas exponentes causas Sancta hec Sy-
nodus Lausanensis in Basiliensi Civitate dudum constituta multis
perseveravit annis pro felice consummacione sanctorum operum ad que
ab inicio fuerat legittime congregata et pro tali tempore vere universalem
ecclesiam representans ab omnibus christifidelibus recognita atque vene-
rata permansit verum hiis ultimis diebus ea presertim racione ut
inibi unio fieret et pax vera atque integra ecclesie darentur pro qua
assequenda certa avisamenta in dieta Gebennensi de mense decembris
proxime lapsi celebrata concepta fuere in presencia solemnium oratorum
Carissimorum ecclesie filiorum Caroli Francorum Henrici Anglie et
Renati Sicilie Regum Illustrium Ac nobilis viri Ludovici
dalphini Viennensis primogeniti prefati Francorum Regis Illustris
inter cetera continencia ut in sacro Basiliensi Concilio unio et pax
darentur ecclesie Quod magis ac magis nunc fuit desiderium
in dicta permanere Civitate quanto ad pacem ipsam dono secu-
tura propinquiore inspecta eius disposicione sed necessitas cogit
prout habemus testimonium vivum die sabbati xiiii mensis Junii proxime
preteriti venerabilis fratris Friderici Episcopi Basiliensis presentibus aliisque pluribus
de capitulo et Clero Item antiquis magistri civium aliisque pluribus
de Consulatu Basiliensi coram Notariis et testibus ad finem
ut dicerent ut nos sciremus id quod faciebant et semper ac me-
lius secundum hoc scire cuius et possemus nos regere atque providere nobis
intimarunt significatum eis fuisse per suorum literas oratorum quem-
admodum feria sexta post festum Corporis Christi in Iudicio camere Roma-
norum Regis super articulo Salviconductus continente quod per eos
revocari debet contra eos lata fuisset sententia Cedeque magna ad
difficultatem adhuc faciendum obtinuissent arcere spacium duorum
mensium sed quod interim in ea Civitate non fieret actus

Conciliares / verum quod de hys non haberet adhuc testimonium autenticum
literarum ipsius domini Regis sed intimabant nobis illa relatione hys
intellectis quod infra paucissimos dies oratores ipsos regressuros ex-
sperabat post quorum adventum sicut postea intimarunt a Rege ordinatum
erat actus non fieri Conciliares Attendentes nos iam fuisse amici-
tos nec Concilii indempnitati providere posse si post ingressum di-
ctorum oratorum non erant faciendi Conciliares actus Spiritu sancti
auxilio cum incessas referimus gratias singulariter assistente iuxta
decretorum formam premissa matura deliberatione et scrutatis votis sin-
gulorum suppositorum in sacris deputationibus et generali congregatione
unanimi omnium consensu accedente publicatum est decretum sessionis
plv dicti Concilii incipiens desiderant Ecclesias Rex de assig-
natione loci pro futuro Concilio et de translatione ipsius sacri Ba-
siliensis Concilii in hanc Civitatem pro eius continuatione deinde
post reditum dictorum oratorum qui papam appellaverunt Ebdomadam
non obstantibus requisitionibus et exhortationibus nostris ex premis-
sis quomodo alias pluries factum erat per dilectissimos Ecclesie
filios Johannem tituli sancti Calixti et Guillermum tituli sancti
Marcelli Sancte Romane ecclesie presbiteros Cardinales alios quoque pre-
latos et doctores in Consulatu dicte Civitatis factis quoniam presentem
vellent in salvumconductum per eos nobis concesso post relationem
suorum oratorum ut deprius maturis deliberationibus habitis
in novo antiquo et magno consulatibus per eosdem revocatio
dicti salviconductus facta est et die xx octava dicti mensis
Junii sed specialem eorum responsionem de mandato presidentis ipsius
Sacri Basiliensis Concilii vocatis et in loco sacre deputationis fidei
ubi similes fieri conventiones consueverunt congregatis suppositis
eius presentibus dicto Episcopo et multis de Capitulo et Clero Novis
magistricivium antiquis magister Zunftmeister alii quoque plures de Con-
sulatu dicte Civitatis Basiliensis publicis scribis et testium per-
hibentibus qui ad infrascripta specialem a Consulatu habebant commis-
sionem legi fecerunt in vulgari theutonico quo scripte erant
et deinde latinus interpretantes sermone literas prefati Romanorum Regis
de renovatione facienda dicti Salviconductus alias certa consi-
lius gravia committentes mandata contra mandatum contra liberta-
tem et auctoritatem ipsius Sacri Concilii asserentes cessisse voluisse
dictum Romanorum Regem ut post reditum ipsorum oratorum in dicta
Civitate non fierent actus Conciliares quod quidem ex parte et de man-
dato ipsius hec nobis intimabant et exhortabantur quod renovatum

bant et actu rennovarunt dictum salvumconductum publice asserentes quod
Civitas Basiliensis nollet apud dominum dominum Regem de inobedien
cia sive rebellione quamquam notari, sed vellet prout necesse ha
bet voluntati et mandatis Regis humiliter plenarie obedire prout
de hiis aliisque multis causis concernentibus materias publicas constat
instrumentis que inter alia gesta huius sacri Concilii redigi man
davimus. Sancta igitur hec Synodus Lausannensis de premissis veram
atque plenam habens noticiam presenti decreto suo decernit atque declarat
condiciones in dicto decreto contentas fuisse et esse purificatas ip
samque Synodum Basiliensem Synodum pro eius continuatione fuisse et
esse translatam in hanc Civitatem Lausannensem tamquam habilem tutam
et ydoneam fore ad ipsius sacri Basiliensis Concilii continuationem
iudicat atque censet. decernens eciam et declarans sacrum generale Con
cilium quod in dicta Basiliensi Civitate usque ad eius transla
cionem congregatum mansit in hac Civitate Lausannensi In nomine
patris et filii et spiritus sancti. in eisdem modis et formis quali
tatibus et ordinacionibus cum quibus in dicta Civitate Ba
siliensi continuatum fuit. eratque sive translacionis tempus continu
andum fore ac presentacionem habere omnesque et singulos qui quali
buscumque Conciliis interesse tenentur in ipso convenire debere ad ea san
cta opera propter que Basilee congregatum fuit et presertim ad pro
secucionem dande in ecclesia unionis et pacis de quibus supra solemni
presenti decreto Sancta hec Synodus Lausannensis specialiter et expresse
assentiente inter Sanctissimo domino nostro Felice papa quinto publice
asserit et declarat quod parata est et intendit hoc in loco omnia
et singula facere pro unione et pace in ecclesia danda spe
cialiter que per suas litteras predicta avisamenta concernentes prefatis
principibus necnon carissimo ecclesie filio Johanni Castelle
et legionis Regi illustri directas facturum se obtulit et
quemadmodum si Basilee prout sperabatur desiderabat perma
nsisset. Datum Lausanne in Sessione publica ipsius Sancte Sy
nodi in ecclesia maiori Lausannensi solemniter celebrata nonis kalendas
Augusti Anno a Nativitate domini Millesimo cccc xl viii ! —

Ad Concilium ab universitate Cracoviensi

Sacrosancte generali Synodo Basiliensi in spiritu sancto legittime congregate
universalem ecclesiam representanti cum debita reverencia et de
vocione/ : —

Reverendissimi patres et domini colendissimi. Dignetur est sacro
sancta Synodus vestra in spiritu sancto legittime congregata universalem

Ecclesiam representans memoriam unanimitatis vestre et plures suas desidera
tissima internae nostra / alias profecto suspiriis et suspiriis addimus assiduis
precibus hactenus expectatam / Et ne et si pro omni tempore pro singulari
tate sint iocundissima Nos tamen hoc tempore tribulationis nostre quam
persensimus / quasi quoddam diuine gratie munus amplius consolantur
Venit etenim in hanc urbem dominus Baptista de Roma Episcopus Cameri
nensis tamquam nuncius Apostolicus cum potestate legati de latere ad Regiam maie
statem missus / quem quamquam ut legatum Apostolice sedis recepimus et ve
neratione recolimus ne contrarium haberemus doctrine et scripture nostre gra
viter tamen nos surrexerunt / grauem querelam contra nos coram maiestate
regia mouit querelam Constitutum ob eam rem in presentia Regis
et procerum ac Baronum multitudine copiosa arguimur temeritatis
et tamquam contemptores sedis apostolice conuenimur / Instat denuo le
gatus ille ut velut scismatici aut pellamur de sedibus nostris
aut debitas fore facti luamus penas Respondimus mansuete
ad singula prout ratio exigebat Et quo efficacius clarius insset
Omnes nobis virtus simul et iusticia / retexuimus qualiter
superioribus temporibus postquam Concilium generale in Ciuitate Basi
liensi pro reformatione Ecclesie dei in Capite et in membris con
gregatum fuisset / nulloque ambigente de auctoritate illius / cum consta
bat ad ipsius legittimam conuocationem Concilii Constanciensis et
duorum summorum pontificum Martini videlicet et Eugenii auctoritatibus
accessisse Serenissimus et celebris memorie Wladislaus Hunga
rie et polonie Rex moderni Regis frater germanus
missis ad illud suis oratoribus et nunciis solemnibus / se
inter inde aliorum Regum catholicorum incorporatos promeruit
Et quo satore dimissionis procurante ne unitas et reformatio
diuinitus tam expectata in dei ecclesia per opera dicti Concilii
subsequeretur / grauis inter papam tunc Eugenium et dictum Concilium
exorta fuit dimissio / et quod sub hac occasione missi fuerunt
ad regnum hoc repetitis vicibus nuncii et oratores solemnes
dicti Concilii ostendentes iusticiam eiusdem / qui etiam nos sub debi
ta professionis nostre requisiuerunt Ut tamquam doctores catholice ve
ritatis / veritatem illam / quam super eiusmodi infausta differencia ex
sacris cognitam haberemus scripturis et verbo et scripto profiteremur
fecimus quoque debitum nostrum / et innixi sacre scripture auctoritatibus
et sanctorum patrum unitati sentenciis / scripsimus tractatum / in
quo ostendimus et professi sumus / Quod sacrum Concilium Basiliense
sicut et quodlibet aliud generale legittime congregatum habeat
potestatem immediate a Christo in hiis que pertinent ad fidem

et extirpacionem scismatis Et ad generalem reformacionem Ecclesie in Capite
et in membris et quod potuit tamquam suadere legittima deponere papam tunc Euge
nium et alium instituere / cum ab omnibus tunc tempore esset obediendum
Adiecimus tandem quod huiusmodi professio / et scriptura ut eam publicam factam
est fere per omnia xanitatis Regna et in multis studiis genera
libus et signanter parisius fuit et est tamquam katholica laudata
et approbata Ex quibus et aliis que essent longum / tota Regia maie
state et tota illa concione Baronum suorum referebant / conclusimus
quod auctoritate talium per nos professa desistere nulla racione non possumus
nec volumus / quousque noverimus scripturas magis efficaces / aut racio
nes valenciores contrarium concludentes Verum quia hec omnia
proficere nequiverunt ad sedandum animum Regis et Baronum / instancia
dicti legati concitatum / Idem quoque legatus inter alia nos sermones
inde hec incredulus fuit / quod omnes reges xpianitatis / et non
solum ipsi sed et universitates studiorum inter quos continuant pa
risien / se iam pro Nicolao papa declarassent Nos talibus
verbis permoti precati sumus instantius dari nobis inducias /
quibus universitates alias et presertim parisien velud universita
tum omnium matrem et principem possemus consulere / et opperiri si ita
res se habet et quid eos permovisset ad hec faciendum Semper
cum protestacione sumus / nichil nos in ea re pertinaciter asserere sed
omnia sub correctione ponere non volgi sed magis sapientum Cetera
tamen conclusum est ut super hiis que taliter nobiscum et per nos
agitata dicta quod fuerunt per dictum legatum qui et nunc ad urbem profi
scitur informaret sanctus Nicolaus papa / et dominum id quod
ille de nobis decreverit Rex execucioni mandabit Atque nunc videt Sa
crosancta synodus vestra patres colendissimi / in quo periculo non quidem
animarum sed rerum et corporum / pro veritate laboramus / certe no
bis credimus / quo potestis opem Nos siquidem quo nobis utrumque
possumus consulamus / ut quod universitatum aliarum et potissimum pa
risien fulciamur presidiis / scribimus illis eorum implorantes succursum
/ quia nobis magnam pollicerentur confidenciam quod verum non sit quod
de illis dictus legatus taliter coram Regia maiestate et consi
liariis suis suggessit / profecto si dicte universitatis parisien intel
lexerimus habere / que tantopere cupimus et petimus scripta / magno nobis
illa adiumento esse poterunt Atque ideo ut talibus votis
pociamur votis Vos etiam patres colendissimi dignemini per vestra
misericordie dei fieri Et si quid aliud est pro nostra consolacione

// Adiutores

accomodum / nobis scripsimus per hunc nuncium nostrum qui celerius redire
digneretur cum de [illegible] Et signavit ea que contulisse sunt Gebbennis illu-
strissimum dominum nostrum Felicem papam et Ambasiatores Regum et prin-
cipum Et si qua execucio illius nunc iam facta sit et que adhuc
spes Sacrosancte synodi vestre de execucione futura eorundem
insit et habeatur. Mittimus etiam copiam litere predicte nostre
universitati Parisiensi misse presentibus inclusam / E. P. R. V.
humiles et devoti Rector doctores et magistri studii Crac.

Litera Sacri concilii Lausanensis universitati Cracoviensi missa

Kodex Uniw. II. 81.

Sacrosancta generalis Synodus Lausanensis in spiritu sancto legitime con-
gregata universalem Ecclesiam representans dilectis Ecclesie filiis Rectori
magistris et doctoribus universitatis Crac. Salutem et omnipotentis
dei benediccionem. Gracias deo nostro pro vobis quas possumus agimus
quia quas deberemus pro isto aliis quam suis beneficiis nobis concessis referre
non valemus. Tanta enim est fidei vestre magnitudo ut hiis diebus
malis luceat sicut luminaria in mundo, verbum vite continentes ad
gloriam nostram in die Christi / Fides quippe vera filii adversarios stupidos
reddit, in ea torpentes ad melius incitat, eius defensores in
bono confirmat. Nec mirum, cum sumentes scutum fidei et galeam
virtutis, ante reges et principes constituti bella ignea adversariorum
extinguere conati estis, non humana quidem virtute, sed spiritus
sancti ope, cuius vos cooperatores estis, qui in vobis locutus est, adim-
plens Christi promissum in persona Ecclesie se futurum cum fide-
libus usque [illegible] / Licet quidem exemplo sepe terruit multos co-
moveri / et a male incepto pedem trahere, bene quam inchoata
usque in fine prosequi, cur non vestro exemplo ope infirmi et
mundi potestates timentes / vires accipient / iam enim vestram
insuperabilem publicam veritatis confessionem lucerna incensa est non
sub modio, sed super candelabrum posita est / ex ipsa luce ante ocu-
los obiecta est, quam [illegible], non turba, non vulgus, non potens
ut antea extinguere sunt / ne si cecus cecum ducat ambo in foveam
cadant / sed lux vera illuminans omnem hominem venientem in
hunc mundum / de cuius fonte potastis / doctrina quam hausistis / quam
tenetis / omnes quam accipiunt qui bene sentiunt de scripturis sanctis
ut vos nunc recte agitis / cuius contrarium si quispiam, etiamsi
angelus de celo predicaverit anathema vobis sit / An forte
deus inter se repugnancia locutus est / unum in terris / alterum
in celis / unum principio conciliis / alterum universitatum

doctoribus / viris hominibus per orbem diffusis / alterum in Concilys
congregatis / absit / christus dominus non est / veritas est / mentiri non potest
nec falsa asserere / Quem igitur meliorem doctorem unquam aliquis
quereret / spiritum christi / ducentem omnem veritatem / Intra vos habetis quod
petitis / hic vos docuit vera / si tamen de moribus de salute de fide
quid nunc recte quod tenendum sit / ab hominibus sive capitibus / ab
eorum sive factis dictis doctrinis exemplis / sicut sabemini / quorum in me-
dio christus est / congregatis in nomine suo / deserens nunquam et ab errore
conservans / hii non sunt / qui in Concilys generalibus / legittimum con-
ventum faciunt / Unum est velle docere de rebus ut intelligamus / et in-
telligendi munus / docentem intelligencia consolamur / inde electum quod
docentes indicamus / Aliud est velle docere ut acquiescamus / eciam si non
intellexerimus / et sine ulla racione eorum auctoritati / primum quidem omnie est
et ut intellectualis generis deingratum / docere sic et docere / de questione
convertitur / Alios alterum quod verius arbitrari / in hiis que per
Ecclesiam determinata non sunt / Reliquum vero est singulare / et paucis
concessum / semper docere / et non errare / hoc autem ipsum generalium syno-
dorum est / quibus in hiis que attinet ad bonos mores / ad
fidem rectam / ad animarum salutem / cum spiritu sancto semper idem visum
est / nisi ingenium singulare / legittima Concilia docta et assisten-
cia firmata vera semper diffiniunt / et in veritate semper firma per-
manent / Exauditus siquidem fuit apud patrem / orans pro Ecclesia /
ut post eius ascensum / alium daret consolatorem / secum in eternum
mansurum / declarans illum esse spiritum veritatis / quem mundus non per-
cipere / huius neque ergo Ecclesie / quam generalia Concilia verissime re-
presentant / super se sine condicione acquiescere / simpliciter quod credere / soli
fideles cupiunt / tamquam a matre puerulam surgentes / Si vero in eundum
humanum requiratis / noscere ecce eum quemque / optimum esse iudicem
eorum / que bene cognoscit / ipsius quod iudicium constans esse debere
/ vobis aut quis melius sit illud quod quesitis facturo vobis
notum / nisi quod clarum est / Super utroque sepe a sancta Synodo
Basiliensi / copiosissimas litteras doctissimos quod viros accepistis
/ viam spacione usque in hodiernum diem / in sancta Synodo fuit
/ ex vobis quosdam / de rebus gestis facere certiores / vehemen-
tissimum quod studium circa vos Ecclesie semper habuisse / Edidistis
R de hiis amplissimum volumine / catholice fidei explicans
veritates / atque invictis racionibus confirmans / tandem tamen
fidei subiectis circa Illustri Rege vestro / per Concilii quod regni / consiliarys
tempore deposicionis Eugenii Basiliense Concilium non fuit dissolutum quod etiam
in causis arduis et veris rite fundatis faciendis eundem deposuit Eugenium
tunc vobis a recta fide et a tramite cognite veritatis non licet propter quamcumque
turbacionem quomodolibet retroire. Cum mota salvatoris sinceri verbi sunt qui propter
sermonem propter iusticiam patiuntur. Difficilis tamen est in tali casu ex veritate
concludens certitudo. Alioquin prestantes prestandum ... viam que semper in
dubiis eligenda est consultius eligatis. Facta enim universitati non impugnat
si eis facti veritas sit ignota. Licet quisque vos probabiliter in hac re teneatis
aut presumpcionis argui potest cum sitis parati de huius rei veritate a quibuscumque
similiter edoceri. Offerentes nos pro hac scripta ad singula vobis grata. Scriptum
Lipczk Anno domini M° cccc° xl octavo xxvii die mensis Septembris Rectoratus
sub sigillo

Viennensis Universitatis
ad Cracoviensem

Perpetuam in Christo caritatem. Literas vestras amicabili sinceritate transmissas
de data Anno domini Millesimo cccc° xl octavo vicesima septima die
Julii Egregii prestantesque viri doctores et Magistri domini et fratres honorandi
affectione fraterna ac reverencia qua decuit recepimus super quarum literarum vi-
sitacione et honoris exhibicione tibi multas graciarum actiones vestris caritatibus
nos offerimus. Sed quia harum tenorem diligenti inspectu conspicimus quod in-
tellectu specialia puncta comprimunt super quibus tam relevantur in pluralia negocia

respondeo Enim pro rei de qua agitur arduitatem et difficultatem Eam pro modo viribus dominacionum vestrarum estimamus quasque vestras sagacitates pres optime credo que acta sunt hic publice in hac re vere questionis que omnia gesta sunt in Gracia dei in pacis unitate semper optata requiescat vestras hortarum cunctas vestras prinitates et fraternitates vestras quas hec scripta equaliter vestris suscipere et si ad singula vestra desiderata minime ad pns dari non debent potuit minime admovere affectum vestro reputam pro effectu Sperans enim quod comunitas vestra dei nacta sint comodioris temporis opportunitatem si qua particulariter scribenda occurrerit vobis patris amis insinuare curabit Dat Vienne Anno dni Mo cccc xlvm xv die augusti

Bulla Concilii Lausanensis
Universitati Cracoviensi

Sacrosancta Generalis Sinodus lausanensis in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans Dilectis ecclesie filiis Rectori Magistris Doctoribus Universitatis Studii Cracoviensis Salutem et omnipotentis dei benedictionem Vestris dudum literis per Nicolaum et Jacobum vestros tabellarios nobis oblatis per eorum unum littera expedicionis per alterum ex ipsis ad vos confestim redimitem remisimus alterum vero scilicet Nicolaum ultra parisius abeuntem per nos redditurum spectavimus Post cuius regressum fecit vos de omnibus per eum plenius faceremus certiores Res enim ecclesie postquam adesse nil certi habebant etiam apud nos donec retinuimus Rebus vero transactis quo deo placuit ordine collatis ipsum remittimus presentes ad vos allaturum cum copiis omnium gestorum supra alias ministris faciemus vos certiores De omnibus apud nos publice rebus pro quarum utriusque consumacione redemit ad urbem romanam principum quorum interventu pacis causa acta est oratores Jam etiam aliis rebus nostro pariter hactenus laboravimus Servidus per ipsos oratores in urbe agendarum spectatis enim gravis est ut facile per ipsorum diligenciam fieri possint ab omnibus hortamur aut respondere ut que pacis sunt sectantes que edificacionis sunt custodiatis unitatem Datum lausanne viii Kl may Anno domini Mo cccc xlix

Dinawerde

Copia bulle a papatu cessionis

Felix episcopus servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam Quas ob causas
vocati et electi curam apostolici regiminis suscepimus, toto septennio manifestavimus orbi
Cumque eius imparitatem virium nostrarum ad sustinendum huiusmodi oneris gravitatem
sentiremus Nichilominus tamen viris ecclesie basilee in spiritu sancto legitime congregate piis
exortacionibus simul ac sanctis missionibus accepimus, quibus ad succurrendum sancte ecclesie
subpresse minime instanter commovebamur Contulimus universis cor nostrum pietate que
ad omnia valet, et caritate que omnia sustinet, cum formidulosis congemiscentibus
patribus confidentes in illo qui omnia potest, et demum agitatur negocio tranquillitatem
solitudinem relinquens laboriosissimum et immensum aggrediens opus Nanque nichil
commodius deo placencius offerre posse existimavimus, quam quod conatus nostros in obsequium
ecclesie grandibus et insuetis oppugnacionibus oppugnate conturbate Cuius neque
condignum reddi potest ab homine illi munere nostro vice, nisi in primo fidei quisque salu-
tem consequitur, pro qua unigenitus dei filius dominus noster Jesus cristus de sinu patris
ad terras descendere et sanguinem proprium effundere dignatus est Cumque ipsam vide-
remus tantis perplexam ambiguitatibus quod nullus mortalium ab exhibicione possibilis auxilii
deberet cessare. proferto urgente necessitate. devocione suadente. spe denique in fructum
optimum [illegible] fretti personam opes facultates quod vires quod integra devocio-
ne obtulimus nanque temporibus quo ab aliis vehementes restringere debebat intendunt
et tanto [illegible] fortiori quod presidio opus erat quanto sacratissimum generalium conciliorum
auctoritas ferocius agitata nonmodo fluctuaret, et quasi conculcata prostrata quod iaceret
Non enim excidat a memoria nostra sacri Constanciensis Concilii nulla umquam
oblivione delenda diffinicio, quod videlicet sancta Synodus in spiritu sancto legitime congre-
gata generale Concilium faciens ecclesiam catholicam militantem representans potestatem
immediate habet a cristo Cui quilibet cuiuscumque status vel dignitatis etiam si papalis
existat obedire tenetur in hiis que pertinent ad fidem et extirpacionem scismatis
et ad generalem reformacionem ecclesie dei in capite et in membris. Satis etiam recenter ede-
tum decretum sacri Basiliensis Concilii [illegible] hanc veritatem [illegible] con-
firmans [illegible] eandem ab ecclesia catholica susceptam et predicatam
etc. Proinde satagentes [illegible] et horrendis periculis possetenus obviare,
ac ostendere cunctis fidelibus certitudinem [illegible] deo inspirante voluimus quod [illegible]
[illegible] concedere salutis causa fidem Apostolicam tenemus
[illegible] precesse si prodesse [illegible] in sancto Synodo Basiliensi personaliter comparare [illegible]
[illegible] pro salute publica laboravimus Cumque nobis in [illegible] successu

luculenter deploratum fore dissensione et diuturnam in ecclesia sancta dei magis ac
magis abundanti dubitantes ne a quouis hominum de scandalo notari possemus, oblaciones
multas et pergrandes regibus et principibus orbis desuper factas inuenimus ex quibus quamad
uertere potuimus nos propria non querere sed que Ihesu Cristi publicam ac pacem. Nec veriti
a fornimus incommodis ac pressuris a patribus diuinum scismata surgentia pro vnitate et pacis
obtentu tradidimus et petitatis dimittere. liberali appetitu ac animo semper acquieuimus omnibus
et singulis que ad vnitatem redintegracionem ac ecclesie vnitatem iudicata sunt quomodolibet
opportuna. ac longe feruenciore studio inuigilauimus pro unitatem cessionis et re-
nunciacionis nostre deiectos distantes ac animos cristifidelium conuenire ac in sede petri
manente sessura diuinus ... Non ignorabamus enim scismatis incommoda
mortifera, quam ecclesie christiane religionis a patre auctore fundata sine pacis vin-
culo dampnose confusioni subiaceret. Cum pax omnium rerum tranquillitas sit et ea nichil
gracius soleat audiri, nichil desiderabilius concupisci, nichil postremo melius inveniri,
Debito filiali astringebamur pietate ipsi ecclesie nostre matri luctuose ... unitatem
integritatem honorem et pacem extrema possibilitate procurare. Continueque pro huius gratiss-
et desideratissimi boni consecucione perseueranter ac indefesse laborauimus, apud ipsos reges
et principes ceteros ac fideles quo curis accuratissimis diligenciis multiplicatis quoque
laborum tenoribus totus pene nouit orbis. Nunc igitur ut semper constituti sub ineffa-
bili incomprehensibilique prudencia dei omnia dirigente et disponente, innumeros post
alternos gemitus ac labores, quos solius caritatis manifestande Cristi ac saluo-
geralium conciliorum ... gratiam voluimus amplecti. Post maximas ...
in isto filiorum Francorum Regis Anglie et Sicilie Regum necnon Dalphini
viennensis primogeniti Francorum Regis illustrium supplices frequentes ac instantias
quorum saluberrimis suasionibus intentas semper accommodauimus aures, omnes cogitatus
per orbem dispersos in arcem conuenire consideracionis redigimus desiderantes namque toto
corde in hoc dierum medium ... veram pacem in ecclesia dei dissensionem que salutem
a qua egressa manauit in corda omnium fidelium dilaberetur ... unitatem cessionis
per eum testatum. Exemplo domini nostri Ihesu Cristi qui sic dilexit ecclesiam ut pro ea suo modo ...
... accepit ... tradere semetipsum. Sancta in hac Synodo Lausanensi in spiritu sancto legitime congrega-
ta ... concilium ... pure libere simpliciter et sponte realiter et in effectu Dei nomine
patris et filii et spiritus sancti papatui eius ac omni honori dignitati titulo et possessioni cedimus et
renunciauimus per presentes, prelatis et aliis ecclesiasticis quibuscumque huiusmodi nostram relacionem acceptissimam
fore indicauimus ... sacrorum conciliorum generalium assistentes, eam ac tenebitur et de-
bent ... Christi per nostram dignitati superueniencia et omnem totius ... pu-
gnauimus, nos apud clemenciam ... et eum pastorem qui ... pacifice ...
contemplatum suis deuotis regibus ac ordinibus commendabit. Dat Lausanne vii aprilis
Anno domini millesimo ccccxlix pontificatus nostri anno nono

Sacrosancta generalis Synodus Lausanensis in spiritu sancto legitime congregata. Ad perpetuam rei memoriam.
Nam beate pacis aperta fore domino concedente quam tandem Ecclesia Dei ad tam lon-
gevis omnis pietatis respexit summopere et diligenti providendum est studio ne divisionis
nulla amplius supersit vestigia, nullius metus aut quibusvis ambiguitatis scrupulis mentes
multorum censurarum latarum et promulgatarum sententiarum ac censurarum formidine tabescat ac
scandalum paratur. Sed propterea christianorum que secuta dimisit per nubilosa discordia, restaurat
ac reintegrat concordia. Ac communis unitas. Superiori sane tempore sancta hec Lausanensis
Synodus dum Basilee in spiritu sancto legitime congregata persisteret, ne assentiret Eugenio
tunc pape quarto Ferrarie congregationem sub nomine generalis concilii erigere ac demum
postquam erecta fuerit per alios alibi subortis dudum ad ipsius curiam suam sequentes omnesque
et singulos eidem adherentes et sancte generali promulgavit similes censuras ac penas etc.
sed cum per renunciationem quam beatissimus dominus Felix papa quintus facere voluit de papatu
pure simpliciter et sincere remedium paravit et aperuit ad conservationem perfecte ac integre unionis
in Ecclesia sancta Dei videatur. Cupiens eadem sancta Synodus tamen concessio etiam per bonum
contemplatur eo qua cum prefato beatissimo domino Felice dudum hactenus non pepercit laboribus
tolli de medio medio que unionis tranquillitati et paci omnibus que repugnare aut obsistere
possent quomodolibet omnes et singulas excommunicationis suspensionis et interdicti ac privationis
beneficiorum officiorum dignitatum etiam si cardinalatus patriarchalis archiepiscopalis episcopalis
abbatialis aut aliarum quarumcumque sedium vel ordinarum necnon etiam privationis feudorum loco-
rum privilegiorum ac quorumcumque bonorum et iurium spiritualium et temporalium inhabilitationum
que ad illa seu alias censuras sententias et penas quascumque et quecumque ab eadem sacra Synodo
seu eius auctoritate contra quascumque personas ecclesiasticas vel seculares ac etiam laycales cuiuscumque
status ordinis conditionis vel preeminentie etiam si cardinalatus patriarchalis archiepiscopa-
lis episcopalis abbatialis aut alterius cuiuscumque dignitatis ecclesiastice vel mundane existant contra
capitula quoque et collegia quarumcumque ecclesiarum et monasteriorum et ordinum necnon dominia
communitates universitates civitates oppida et alia loca quorumcumque premissorum, occasione dictarum
generaliter emanatas inflictas et promulgatas cum omnibus inde secutis. Etiam si ad singularum
censurarum privationum atque penarum predictarum declarationem seu illarum ad aliorum earum pu-
blicationem sive plenariam executionem contra personas capitula collegia dominia communitates univer-
sitates ac oppida et loca predicta nominatim vel divisim quomodolibet processum foret earum omnium et
singulorum tenores etiam si de illis plena et expressa ac de verbo ad verbum presentibus mentio
adhibenda esset vel alia exquisita forma pro expressis habens decreti huius tenore ex certa sua scientia decrevit et declarat
effectum sortiri non debere sed perinde haberi ac si nullatenus emanassent. Et nichilominus ad su-
perabundantem cautelam a predictis aliisque censuris et penis occasione divisionis predicte, cuius-
que earum absolutio et remissio sancte Synodo reservata fuit in aliis suis decretis generaliter
promulgatis singulas personas absolvens, omnemque irregularitatem notam et infamie

maculam tam in rebus quam fama sibi quavis fortassis contractam, removendo et penitus abolendo abilitat et in eis quatenus indigent dispensat ipsasque singulas personas collegia universitates comitatus communitates oppida quoque et loca huiusmodi ad famam et honores restituit reintegrat plenarie que reponit. Datum Lausanne in sessione publica huius sacre synodi in ecclesia maiori basilice Lausanensi solemniter celebrata xvi kalendas maii anno domini M°cccc°xlix°.

Sequitur decretum electionis

Sacrosancta generalis synodus Lausanensis etc. Ad perpetuam rei memoriam. Multis ab annis circumspicientes ecclesiam catholicam gravissimis impedimentis et conturbacionibus infestari, tum consurgentibus erroribus hinc moribus depravatis, tum periculosis invalescentibus scismatibus, quo mentes christifidelium parvo momento huc et illuc mutatas inutiliterque vagabantur, iam vigilantissimis studiis invigilavimus providentibus periculis occurrentibusque malis in virtute Spiritus sancti obviare et pro nostra possibilitate consulere publice saluti. In id enim tempus devenimus permittente deo, quo non modo perniciosa erroris aliorumque audacia castiganda vel promulganda disciplina verum etiam pace inter dissidentes principes populosque firmanda concordia videtur omni opere providendum. Fuit autem ecclesie unitas insolentius oppugnata, viribus annullatis et extremis defensa, ac tanto fervencius invenimus eo animo gloriose quo eandem cum tanta offensa suppressa que veritate iudicavimus populum christianum in scandalum irreparabile collapsurum. Nec sibi proficere persidentes in nullo unique commendatione fructuosius que labore detineri posse, cum tanta in tempestate fluctuantis ecclesie mitigatis fluctibus turbulentis succurrenda auctoritatem firmavimus unitatis unice confessionis unique pacis in domino caritatis. Ut quemadmodum una fides et unum baptisma unus deus dominus noster Iesus Christus, ita unanimitatem integritatem et pacem unam sancta catholica confitetur et amplectitur ecclesia. In hac que sua peregrinatione tranquilla est tranquilla civitas, et eterna tranquillitatis presentem sanitate fruetur saluti ordinavimus ante accomoda. Quo eciam finis a multorum laborum initio ante oculos versabatur, hic presentaliter continue propositus. Ad id ipsum non semper efferbuere cogitaciones et actiones omnes nostre quamque diu per decretis rescissionibus et compluribus legationibus innumeris pacem longanimitate que nostra nulla pene racionem arbitramur incognitum. Cumque sanctissimus dominus Felix quintus papa ex suo erga pacem affectus quantus que congratulacionibus oblata media unionis non solum suscepit verum etiam declaraverimus unitatem ac pacem ecclesie in hac nostra diffinicione sacrosancti Constanciensis concilii illibata permanere, intervenientibus presertim carissimorum ecclesie filiorum christianissimi Francie, [illegible] Anglie et Sicilie regum necnon delphini Viennensis Bourgondie ducum et aliorum illustrium complurium in dictis solemnes oratores et novissime eidem presfati sanctissimi domini [illegible] tunc Felicis pape in pleno congregacione que solemniter, videns ipse perpetuum dominum pro ecclesie unitate integra pacificacionem quiete que finali obtinenda providere sibi et suis realiter cum effectu cessit et renunciavit papatum. Verum quod dominus cum Christo episcopo maiorum generat

[C]unctis semetipsum dedit et ecclesiam in suimet tranquillitate sublimi collocaret atque sue gratie
admirabili remedio populum christianum per unam fidem morum et pietatis actionum servaret [illegible] pacis
consignandi [illegible] pietate cordis laudibus altissimus extollendus nunc inclita [illegible] nec [illegible]
cordis qui [illegible] sunt [illegible] retinentia [illegible] potius sepelire Et etiam [illegible] ad [illegible] suspendo
suspendendo in omni promptitudine et alacritate ambarum partium [illegible] in sempiternum agende sunt et
reddende gratie clementissimo deo nostro qui ecclesiam suam [illegible] temporibus feliciter donavit
et [illegible] caligine [illegible] per oriens ex alto corda omnium fidelium illustrando letificans [illegible]
[illegible] animos pia devotione sublevans attenta quoque meditatione pensantes [illegible]
illam [illegible] pertingentem fortiter a fine usque ad finem et disponentem omnia suaviter aptissimam
viam ad [illegible] plenitudinem quoque tranquille unionis ostendisse bonum quidem superexcellens
et incomparabile quod longa expectatione [illegible] ad presens [illegible] agendum super [illegible]
arbitramur [illegible] ut in [illegible] voluntate [illegible] felicis [illegible] pacis [illegible]
[illegible] per quam omnis [illegible] elaboratum est In una tandem ambarum atque [illegible]
[illegible] consensione complectamur sicut [illegible] pacis [illegible] semper [illegible] finem et
[illegible] sollicitudinis [illegible] amenitas pacis consistat [illegible] pacem et potentem
et opulentam [illegible] Desiderantes itaque de [illegible] pastore [illegible] sancte katholice
et apostolice ecclesie providere [illegible] sanctitate [illegible] ministerio populus christianus feliciter gubernari
atque pacificis et salutiferis semper [illegible] valeat incrementis [illegible] florentibus
et [illegible] et [illegible] dilectionem [illegible] unionis et pacis in ecclesia sancta dei [illegible]
dilectissimi ecclesie filii Thome Nicolai qui in sua obediencia nominatur [illegible] generalis
[illegible] ac [illegible] que [illegible] facere tenere [illegible] quoque [illegible]
tes eundem credere et tenere [illegible] pro conservanda manutenenda quoque [illegible] ante [illegible]
in sacrosancta synodo Constanciensi diffinita et declarata ac in sancta Basiliensi [illegible]
renovata [illegible] a prelatis regibus principibus communitatibus quoque orbis suscepta [illegible]
tam et [illegible] videlicet quod [illegible] generalis synodus in spiritu sancto legitime congregata
[illegible] ecclesiam [illegible] potestatem immediate habet a christo cui quilibet cuiuscumque status vel dignitatis
etiam si papalis existat obedire tenetur in hiis que pertinent ad fidem extirpationem scismatis
et ad generalem reformationem ecclesie dei in capite et in membris Et quod quicumque cuiuscumque
status vel dignitatis etiam si papalis existat qui mandatis statutis sive ordinationibus
aut preceptis huius sancte synodi et cuiuscumque alterius concilii generalis legitime congregati
super premissis seu ad ea pertinentibus factis vel faciendis obedire contumaciter contempserit nisi resi-
puerit condigne penitencie subiciatur et debite puniatur etiam ad alia iuris subsidia si opus
fuerit recurrendo Ad laudem igitur gloriam et honorem dei omnipotentis salutem pacem et [illegible]
[illegible] sancta hec synodus in spiritu sancto legitime congregata [illegible]
ecclesiam [illegible] matura [illegible] concordia [illegible] deliberatione prehabita in suis sacris [illegible]
[illegible] dilectissimorum ecclesie filiorum Ludovici [illegible] et sancte ecclesie [illegible] Ludovici
tituli sancte Susanne de [illegible] Georgii et sancte Marie trans Tiberim [illegible]

vulgariter nuncupatorum Johannis et sancti Calixti Nicolai et sancti Stephani in Celio monte de Arlis Bartholomei et sancti Marci Cornetan vulgariter nuncupatorum et Guillermi tituli sancti Marcelli sancte Romane ecclesie presbiterorum cardinalium ac sacri collegii nostri dilectorum archiepiscoporum episcoporum electorum abbatum ducum et aliorum minorum et maiorum et doctorum omnium et singulorum eiusdem sancte synodi incorporatorum prefatum dilectissimum ecclesie filium Thomam in summum elegit pontificem romanum qui nunc appellatur Nicolaum quintum appellandum votis pro summo pontifice habetur presentis decreti tenore ex certa sua scientia statuit ordinat et decernit omnibus decretis et ordinacionibus etiam sacri Basiliensis concilii quibuscumque non obstantibus quibus quo ad huiusmodi actus validitatem non valituris ac derogatis supplentes omnes et singulos defectus si qui intervenerint in premissis etiam si tales sint de quibus deberet in presentibus fieri mentio specialis mandat preterea iubet atque precipit haec sancta synodus omnibus et singulis christifidelibus quatenus eidem domino nostro vero et indubitato summo pontifici obediant pareant et intendant. Datum Lausanne in sessione nostra publica in maiori ecclesia Lausanensi solemniter celebrata xvi kalendas Maii.

Copia decreti de dissolutione concilii Lausanensis

Sacrosancta generalis synodus Lausanensis in spiritu sancto legitime congregata etc. Ad perpetuam rei memoriam etc. Sanctorum ecclesie operum finem atque bonum pacem esse docet regnum ipsius testimonium perhibens. Deus qui suam confortat portam ecclesie. Fines eius posuisse pacem. Ad hanc autem in populo christiano procurandam et firmandam haec sancta synodus ab initio sui congregata solicitudine continua laboravit ut quemadmodum una fides est unum baptisma unus deus unum ecclesie caput dominus noster ihesus christus ita et in ea presideat unus et indubitatus christi vicarius unus pastor unus pontifex summus qui in ethere salutem cunctos fideles dirigat salutari exemplo actionum et sanctarum operum salutis. Quam vero pacem in persona beatissimi domini Nicolai pape quinti operante altissimo huius dudum salutis donatam ecclesie conspiciens eadem sancta synodus deo acceptabile arbitratur tam felici tamque optimo fine suas concludere actiones. Providens in continuatione loci futuri celebrandi concilii sancta per patres in decreto translationis sue a Basilea in hanc civitatem iustis et maturis causis digne presidentibus sue impositis celebrationis sue presenti decreto semetipsam dissolvit et dissolutam esse decernit omnibus et singulis in ea consistentibus ad propria remeandi licentiam impartitur ad laudem et gloriam omnipotentis dei patris et filii et spiritus sancti amen. Datum Lausanne in sessione publica huius sancte synodi in ecclesia maiori Lausanensi solemniter celebrata vii kalendas Maii anno domini millesimo quadringentesimo xlix°.

Copia Anni Iubilei

Nicolaus episcopus servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam Immensa et innumerabilia sunt divine clementie munera que fide magis attemptari quam explicari sufficit humano quibus in salutem humani generis dei patris et domini nostri Jesu christi ineffabilis clementia operata est et semper operatur Hinc compatiendo humano generi et ab eterna morte liberando Quamobrem pater coeternum sibi filium misit Cum dei filius ut homines dei filios faceret et hominis filius voluit quam humiliavit se ut iacentes erigeret quam simile corpus induit ut in libertatem filiorum subditos servitutis vendicaret quam vulnerari se passus est ut vulnera nostra curaret quam mortem sustinuit et immortalitatem mortalibus exhiberet Que sunt magna et ineffabilia Sed qualis et quanta est divina clementia que redemptionis hominum salutis rationem prospexit ut si post baptismi regenerationem per fragilitatem et imbecillitate sua homo nova peccata contraheret salutaria remedia curandis sanandisque vulneribus inveniret Laudet ergo dominum nostrum davidicam vocem omnes gentes et collaudet eum omnis populus Quoniam confirmata est super nos misericordia eius Inter hec beneficia divine clementie illud annumerandum est quod ipse conditor et reparator noster qui factus est nobis a deo sapientia iustitia redemptio et sanctificatio discipulos suos relicturus corporali presentia et ascensurus ad patrem apostolo petro quem super gregem dominicum vicarium suum esse voluit atque pastorem ligandi atque solvendi plenariam contulit potestatem Et quod ille ligasset in terris ligatum esset in celis Et quod solvisset in terris solutum esset in celis Eamque potestatis plenitudinem in omnes petri successores permanere voluit ut illius ministerio salutis vinculis peccatorum exutis fidelium in regno celorum facilior pateret ingressus Illud preterea inter dona celestia computandum credimus quod placuit spiritui sancto qui sanctam regit docet et instruit ecclesiam ut petri apostoli quem ianitorem celi et ethere curie te regerem commissa per orbem terrarum catholica legit et tenuit ecclesia nonnulli successores predecessores nostri Romani pontifices ministri christi et dispensatores misteriorum dei quedam elegerunt tempora in quibus fidelibus populis uberius fluenta divine misericordie effluerent scientes omnipotentem deum lapsi hominis vetustatem quibusdam periodis temporum nunc diluvio nunc circumcisione nunc lege nunc aliis atque aliis modis Novissime autem per incarnati verbi misterium mirabilius innovasse Cum vero illuminante spiritu sancto intelligerent quod ad vetus testamentum secundum literam pertinebat hoc novo secundum spiritum pertinere quoniam iubilei annum misterium in quo fiebat terre remissio libertas servorum possessionum restitutio que prius fuerant comparate christiano populo spiritualiter exhiberi curarunt ut quolibet anno quinquagesimo omnibus quibuscumque etiam gravissimis delictis obnoxiis vere penitentibus et vere confessis si qui apostolorum petri et pauli limina ac lateranensem et beate marie maioris de urbe basilicas visitassent sub certis modis et formis que in ipsarum literis apostolicis continentur Et presertim felicis recordationis Clementis sexti et Gregorii undecimi predecessorum nostrorum quarum tenores presentibus annotavimus ac de sue ad eum misericordie fiducia, cum peccatorum suorum plenissimam indulgentiam obtinerent Tenor vero literarum prefati Clementis sequitur et

Clemens episcopus servus servorum dei Ad perpetuam rei memoriam Unigenitus dei filius de
sinu patris in uterum dignatus est descendere matris in qua et ex qua nostre mortalitatis substantiam
divinitati sue in suppositi unitate ineffabili unione coniunxit id quod fuit permanens
et quod non erat assumens ut haberet unde hominem lapsum redimeret et pro eo satisfaceret deo
patri Ubi enim venit plenitudo temporis misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege
ut eos qui sub lege erant redimeret et adoptionem reciperent filiorum Ipse namque factus
nobis a deo sapientia et iustitia sanctificatio et redemptio Non per sanguinem hircorum aut vi-
tulorum sed per proprium sanguinem introivit semel in sancta eterna redemptione inventa Non
enim corruptibilibus auro et argento sed sui ipsius agni incontaminati et immaculati precioso
sanguine nos redemit, quem in ara crucis pro nobis innocens immolatus Non guttam
sanguinis modicam que tamen propter unionem ad verbum pro redemptione totius humani generis
suffecisset sed copiose velut quoddam profluvium noscitur effudisse Ita ut a planta pedis
usque ad verticem nulla sanitas inveniretur in ipso Quantum ergo exinde ut nec supervacua
inanis aut superflua tante effusionis miseratio redderetur, thesaurum militanti ecclesie acqui-
sivit volens suis thezaurizare filiis pius pater ut sic sit infinitus thesaurus hominibus quo qui
usi sunt dei amicitie participes sunt effecti Quem quidem thesaurum non in sudario repositum
nec in agro absconditum sed per beatum petrum celi clavigerum, eiusque successores suos in
terris vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum et propriis et rationabilibus
causis nunc pro totali nunc pro partiali remissione pene temporalis pro peccatis debite tam generaliter
quam specialiter prout cum deo expedire cognoscerent vere penitentibus et confessis misericorditer appli-
candum Ad cuius quidem thesauri cumulum beate dei genitricis et omnium electorum a primo iusto usque
ad ultimum merita adminiculum prestare noscuntur De cuius consumptione seu diminutione non
est aliquatenus formidandum tam propter infinita Christi ut dictum est merita quam pro eo quod quanto plures
ex eius applicatione trahuntur ad iustitiam tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum Felicis
recordationis Bonifacius papa octavus predecessor noster pie sicut indubie credimus, considerans et
attenta meditatione revolvens quanta apud homines gloriosi principes terre petrus et paulus
per quos evangelium Christi Rome resplenduit et per quos ecclesia religionis sumpsit exordium
facti populi christiani per evangelium genitores gregisque dominici pastores fidei lucerne ecclesiarum
columne prefulgent apostolatus peculiari quadam prerogativa in terris salvatoris fidei virtute pre-
cellunt Quorum unus scilicet apostolorum princeps sicut bonus dispensator claves regni ce-
lorum commisit alter tamquam doctor magisterium ecclesie eruditionis impendit In speciali
veneratione haberi deberent et debita honorificentia venerari per ipsorum memoria reco-
lenda crebrius et frequentius a cunctis Christifidelibus eis devotius exhibenda ipsorumque pre-
miis favorabilibus assequendis Necnon semper fidelibus thesaurum huiusmodi pro excitatione et remune-
randa devotione fidelium voluit aperire decernens de fratrum consilio suorum ut omnes qui
a nativitate domini nostri millesimo trecentesimo et quolibet anno centesimo extunc secuturo ad dictorum apostolorum
basilicas de urbe accederent reverenter Quas et si Romani adminus xxx si vero peregrini
aut forenses xv diebus continuis vel interpolatis saltem semel in die dum tamen
vere penitentes et confessi existerent personaliter visitarent suorum omnium obtinerent plenissimam

veniam peccatorum. Nos autem attendentes quod annus quinquagesimus in lege mosayca
quam non venit dominus solvere sed spiritualiter adimplere iubileus remissionis et gaudii
sacerque dierum numerus quo lege fit remissio censebatur cumque ipse quinquagenarius numerus in
veteri testamento quoad legis, Canonis in novo quoad visibilem sancti spiritus in discipulos
immissionem per quem datur peccatorum remissio singulariter honorabilis, cuique tamen numero
plura et grandia divinarum adaptantur misteria scripturarum, et ad clamorem peculiaris
populi nostri Romani videlicet hoc humiliter supplicantis ac nos ad instar Moysi et Aaron
per ipsos et solemnes nuncios ad hoc specialiter destinatos orantis pro toto populo christiano et
dicentis Domine aperi eis thesaurum tuum fontem aque vive desiderantes benignius
annuere. Non quidem ut sic illius populi sitienti murmurati et murmurationis huiusmodi ipsi
predilecti ipsorumque populi fructuosorum fidelium augeatur devotio fides splendeat spes vigeat
caritas vehementius inardescat, volentes quod quam plurimos huiusmodi indulgentie fore
participes cum pauci multorum respectu propter vite humane brevitatem valeant ad annum
quinquagesimum centesimum pervenire de fratrum nostrorum consilio predictam concessionem eiusdem
indulgentie quoad suprascriptas et alias infrascriptas causas ad annum quinquagesimum duximus
reducendam statuentes de fratrum consilio predictorum et apostolice plenitudine potestatis
ut universis Christi fidelibus qui vere penitentes et confessi in anno a nativitate eiusdem
millesimo trecentesimo quinquagesimo proxime futuro et deinceps perpetuis futuris temporibus
de quinquagenario in quinquagenarium annis predictas eorundem apostolorum Petri et Pauli
basilicas ac Lateranensem ecclesiam quam inclite recordationis Constantinus, postquam per
beatum Silvestrum sicut per eosdem apostolos deo revelante cognovit, renatus fonte bapti-
smatis fuerat et a contagio lepre mundatus in honorem salvatoris construxit idem beatus
Silvester novo sanctificationis et consecrationis genere dedicasse legitur. Et in cuius ecclesie
parietibus prefati salvatoris imago depicta primum toti populo Romano visibiliter
apparuit devotionis veneranda quam quoad hiis et aliis certis et probabilibus causis ut ipsa
ecclesia pari indulgentie predicte privilegio decoretur, et devotius populus ab eodem salvatore
qui in prefatis apostolis mirabilis predicatur eorum precibus et meritis indulgentie
mereatur prospere largitatem. In hoc censuimus honorandam causa devotionis eius pro ipsis
visitaverint plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequentur. Ita videlicet ut quicumque
voluerit huiusmodi indulgentiam assequi si Romani adminus xxx diebus continuis seu interpolate
saltem semel in die basilicas et ecclesiam accedere post iter arreptum impediti legitime
quominus ad urbem illo anno valeant pervenire aut in via vel dierum predictorum
numero non completo in dicta urbe decesserint vere penitentes et contriti et confessi
eandem indulgentiam consequentur. Omnes insuper et singulas indulgentias
per nos vel predecessores nostros Romanos pontifices tam prenominatis quam aliis basi-
licis et ecclesiis de dicta urbe concessas gratas et ratas habentes eas auctoritate apostolica
confirmamus ac approbamus et etiam innovamus et presentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre concessionis reductionis constitutionis adiectionis confirmationis approbationis et innovationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Avinione vi Id. Febr. pontificatus nostri anno primo. Tenor autem litterarum prefati Gregorii etc. Gregorius episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Salvator noster dominus Ihesus Christus humanum creaturam suam ymaginem et similitudinem signatam pie pietate respiciens et collapsum fore prothoplasti lapsu considerans illam non deserens consilio relevandam statuit sub forma servi carnis nostre mortalitate assumere ut mortem nostram moriendo destrueret et dampnationis sententiam quam incurrisse per reatum hominis humanum genus possidebat videbatur clementi miseratione bonitatis aboleret. Elegit sanctam et immaculatam ex clara stirpe Regiam ex Regum in qua utero misterio spiritus sancti carnem susciperet ut egrederetur virgo que compleretur virga de radice yesse et flos de radice eius ascenderet et requiesceret spiritus domini super eam preelecta Regina et mater eligens quam tanto Regi dignum meruit habitaculum parare. Hec enim virgo sanctissima et omnibus floribus virtutum insignita omnibus fidelibus invocatur ... que redemptorem nostrum ineffabili spiritus sancti cooperatione genuit ob cuius reverentiam ecclesie latera eius vocabulis insignita sunt Christifidelibus venerandam ut ipsius precibus adiuti suffragiis eterne retributionis premia consequi valeamus. Hinc dudum felicis recordationis Clemens sextus predecessor noster de fratrum suorum consilio et apostolice potestatis plenitudine indulgentiam quam felicis recordationis Bonifatius papa viii predecessor noster omnibus vere penitentibus et confessis qui beatorum Petri et Pauli apostolorum basilicas de urbe in anno a nativitate domini millesimo trecentesimo et deinceps quolibet anno centesimo certo modo visitarent concessit ad annum quinquagesimum duxit reducendum statuens quod quicumque vellet indulgentiam huiusmodi assequi basilicas ac Lateranensem predictas similiter in anno eiusdem domini millesimo trecentesimo quinquagesimo proxime secuturo et extunc deinceps quinquagesimo anno in quinquagesimo certo modo visitare deberet prout in litteris eiusdem Clementis predecessoris super hoc confectis plenius continetur quarum tenor talis est Clemens episcopus etc. ut supra. Considerantes igitur et in nostre mentis arcana revolventes que gloriosus deus in sanctis suis et in maiestate sua mirabilis opera mirabilia sua misterio olim non dispositi ordine ecclesiam beate marie maioris de urbe fundari et construi et gloriose dedicari. Et qualiter ipse omnipotens deus etiam in ecclesia ipsa omni veneratione colenda ob intercessionem eiusdem virginis ut pie creditur multa operatur miracula. Et ideo ac ex aliis causis et probabilibus causis cupientes ut dicta ecclesia beate marie maioris pariter ut eisdem basilicis ac ecclesie Lateranensi prefate indulgentie privilegio decoretur auctoritate apostolica et ex certa nostra scientia volumus statuimus et etiam ordinamus ut quicumque christifideles qui huiusmodi indulgentias in prefatis litteris eiusdem Clementis predecessoris nostri declaratas assequi voluerint prefatam ecclesiam

Beate Marie maioris Urbis basilicas et Sancti Iohannis Lateranensis predictas visitare de-
beant et etiam teneantur Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre volun-
tatis constitutionis et ordinationis infringere vel ei ausu temerario contraire Si quis autem
hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius
se noverit incursurum Dat. Avinion. iii Kl. maii Pont. nostri anno tercio Nos igitur
qui licet immeriti eius vices gerimus in terris et dicti Petri successores sumus eius ve-
stigiis inherentes prefatas concessionis litteras ratas et gratas habentes de venerabilium
fratrum nostrorum Sancte Romane Ecclesie Cardinalium Consilio et apostolice plenitudine
potestatis innovamus approbamus et presentis scripti patrocinio communimus innovamus quoque [illegible]
decernimus statuimus et ordinamus ut omnes Christifideles qui vere penitentes et confessi
iuxta formam in ipsis litteris comprehensam in anno Nativitatis Domini M° ccc [illegible]
proximo futuro prefatas sanctorum Petri et Pauli apostolorum basilicas ac Lateranensem et
beate Marie maioris Urbis ecclesias visitaverint omnium suorum peccatorum plenissimam indulge-
ntiam consequantur Preparent ergo omnes corda sua Domino et mores in melius commutare
contendant a malefactis abstineant satisfaciant Domino per puros dolores per humilitatis de-
bitum gemitum per contriti cordis sacrificium cooperantibus elemosinis et peregrinationibus ut
sanctorum templa visitantes quorum multa fere innumerabilia dona in gloriosissimis apostolis
Petro et Paulo in alma Urbe requiescunt, qui morte pro Christi honore passi eius con-
spectum semper assistunt Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre innovationis
approbationis communitionis constitutionis statuti et ordinationis infringere vel ei ausu temerario
contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beato-
rum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum Dat. Rome apud Sanctum Petrum
Anno Nativitatis Domini M° ccc [illegible] nono Kl. februarii Pontificatus nostri anno 1°



















































residebit in audiencia causarum apostolica mane hora causarum consueta ad iura reddendum pro tribunali sedente
iudicio coram nobis vel Surrogando Auditore prefato per se vel per alium seu procuratorem suum ydoneum
causas huiusmodi sufficienter instructos cum omnibus et singulis actis actitatis litteris scripturis iurisdictionibus munimentis [illegible]
tam seu causas huiusmodi tangentibus seu tangere valentibus prefato domino Johanni principali seu eius legitimo procuratori de iusticie [illegible] in toto
negocio ac causa et causis huiusmodi ad omnes et singulos actus gradatim et successive et usque ad diffinitivam [illegible]
sine debitam et consuetam finem et dilacionem procedendum ut est moris processuri et procedi visuri aliasque [illegible] [illegible]
et recepturi quod iusticia suadebit et ordo dictaverit racionis Certificantes nichilominus eosdem sic citatos quod sive in dicto [illegible]
termino comparere curaverint sive non nos nichilominus ut Surrogandus Auditor prefatus ad premissa omnia et singula prout [illegible]
paterimus procedemus seu procedet dictorum citatorum absencia seu contumacia in aliquo non obstante Et insuper [illegible]
et causa huiusmodi coram nobis in Romana Curia indecisa pendente nichil sit in partibus per quemquam innovandum seu attemptandum
in eisdem Pariter auctoritate apostolica predicta vobis omnibus et singulis supradictis quibus presentes nostre littere diriguntur cum et dum
sub tenore presencium committimus et mandamus quatenus post dicte citacionis execucionem faciendo in [illegible] et dno dei et apostolice
sedis gracia Episcopo Cracoviensi eiusque in spiritualibus vicario et Officiali generali necnon universis et singulis dominis officialibus
iudicibus Commissariis Executoribus subexecutoribus delegatis subdelegatis ordinariis extraordinariis quibuscunque quo-
cunque auctoritate fungentibus per Civitatem et diocesim Cracoviensem supradictas et alibi constitutis Et presertim dicto Stanislao [illegible]
ad [illegible] principali omnibusque aliis et singulis quorum interest vel intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum quibus
nominibus nuncupentur de quibus pro parte dicti Johannis [illegible] principalis cognitore prout fuerit requisitum seu alter
vestrum fuerit requisitus ex parte nostra immo verius apostolica committimus et districte inhibeatis quibus nos eciam tenore presencium
inhibemus ne ipsi seu eorum aliquis in preiudicium litispendencie et iurisdictionis nostre huiusmodi immo verius apostolice sedis contemptum et prefati
domini Johannis [illegible] principalis preiudicium et gravamen in causa seu causis huiusmodi coram nobis indecisa pendente per se vel
alium seu alios publice vel occulte directe vel indirecte quovis quesito colore attemptare seu innovare presumant seu alter eorum
presumat Quod si secus factum extiterit id totum revocare et in statum pristinum reducere curabimus iusticia mediante Dictas vero
citacionem et inhibicionem nostras huiusmodi atque formam et quicquid in premissis feceritis nobis per vestras patentes litteras aut instrumentum pub-
licum harum seriem sive sufficientem designacionem in se continentes sive continens remissis presentibus fideliter intimare curetis
Absolucionem vero omnium et singulorum qui prefatam nostram execucionem incurrerit quoquomodo nobis vel superiori nostro tantummodo
reservamus In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras sive presens publicum instrumentum huiusmodi nostras
citacionem et inhibicionem in se continentes sive continens exinde fieri et per notarium publicum infrascriptum et huiusmodi cause coram nobis scribam
infrascriptum subscribi et publicari mandavimus sigilli reverendi patris domini Berardi de Narnia Auditoris nostri quo ob nostri caret usu
nunc et ferimus appensione communiri Datum et actum Rome in ecclesia Sancti Petronii per audiencia causarum apostolica specialiter deputata nobis ibidem
mane hora causarum consueta ad iura reddendum pro tribunali sedente Sub Anno a Nativitate domini Millesimoquadringentesimotricesimo
sexto Indictione quartadecima die vero lune decima mensis Septembris pontificatus prefati domini nostri domini Eugenii divina providencia pape quarti
Anno Sexto presentibus ibidem discretis viris magistris Eberhardo de Buthe et Johanne Slupper Notariis publicis Scribisque nostris
clericis Osnabrugensis et Coloniensis diocesium testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis

Et ego Johannes Smacht de Venetiis clericus Coloniensis diocesis publicus Apostolica et Imperiali auctoritatibus Notarius necnon
reverendi patris domini Baptiste de Roma Auditoris prefati et huiusmodi cause coram eo Scriba Quia dicte Citacionis vnacum
Inhibicionis peticioni et decreto Omnibusque aliis et singulis premissis dum sic ut premittitur fierent et agerentur vnacum
prenominatis testibus presens interfui Eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi Ideirco hoc presens publicum Instrumentum
per alium fideliter scriptum exinde confeci subscripsi publicavi et in hanc publicam formam redegi Signoque
et nomine meis solitis et consuetis vnacum memorati domini Berardi de Narnia Auditoris Sigilli appensione signavi
Rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum Et in Cathedrali Cracoviensi [illegible]

T [illegible] S

de Venetiis

1=1